

no 1
5-69

18

PLUM
NADA
A
1

R. 1134 1134
P. P. A. C. L. A. R. A. E.
R. V. D. I. M. E. N. T. O. R. V. M. M. E. D. I.


C. I. N. A. E. L. I. B. R. I. O. C. T. O. qui eorum quidem, pro vera
Medicorum fortuna consequenda, nunc pri-
mum Enchiridion natum di-
cuntur.

Doctore Antonio ab Aguilera Tunquerano autore.

Ad excellentissimum D. D. Ignatium Lupeyrum Mendocium Infamatus duccem,
multisq; alijs ditionis titulis clarissimum.

UNIVERSITARIA
BIBLIOTHECA
A
156

Χρυσός ἐστὶν, ἄλλ' ἔχει καὶ σοφία Ἀφοῖς.
Solum & aurum effed & sapientia mortalibus.



Οὐ τοιοῦτῆς ἄκρας ἰσχυρῆς καὶ
Non nimium aspiendens argentum

COMPLVTI,
Excudit Ioannes à Villanoua:

Cum licentia.

23
24
25
26
27

R. 1134 1134

PRÆCLARÆ RVDIMENTORVM MEDI

cinæ libri octo qui eorum quidem, pro vera


Medicorum fortuna consequenda, nunc pri-
mum Enchiridion natum di-
cuntur.

Universitaria
A
156

Doctore Antonio ab Aquilera Tunquerano autore.

*Ad excellentissimum D. D. Ignatium Lupeyrum Mendocium Infantatus ducem,
multisq; alijs ditionis titulis clarissimum.*


Χρυσός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ σοφία βροτῶν.
solum & aurum est sed & sapientia mortalibus.



Οὐ τοιοῦτῆς ἀνδρός, ἀγρυπνοῦ καὶ
Non numquam splendens argentum

COMPLVTI,
Excudebat Ioannes à Villanoua.

Cum licentia.



Francisci Fernandez Oriuæ, Albarrazinien
 sis in Enchiridion Antonij ab Aguilera curiosi
 doctoris Epigramma.

Qui legis agones Nicolique volumina magna.
 Summus pro cunctis est Aguilera doctus.
 Grandis ut in speculo arctatur viua figura.
 Non secus in isto magni Galeni dones.
 Qui fortunæ prauæ jactus effugere curas,
 Veræ fortunæ habes amice librum.
 Gratum opus medicis morbis remedia tradens.
 Et aromatarios omnes ybique docens.



Don phelippe por la gracia de Dios rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ierusalem, de Nauarna, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iden de los Algarues de Algecira, de Gibraltar, duque de Milan, conde de Flandes y de Tirol &c. Por quanto por parte de vos el doctor Antonio de Aguilera medico vezino dela ciudad de Guadalajara, nos fue fecha relacion que vos auia des hecho vn libro intitulado In chiridion pro vera medicorum fortuna consequenda, el qual era muy vtil y prouechofo y nos suplicastes os diesse mos licencia y facultad para que lo pudiesdes imprimir y vender mandan do que por el tiempo que nuestra merced y voluntad fuesse otra persona al guna no lo pudiesse imprimir ni vender so graues penas, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo se hizieron las dili gencias que la premativa nueuamente hecha dispone y fue acordado que de uiamos mandar dar esta nuestra carta en la dicha raziõ y nos tuuimos lo por bien, y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor de stos nuestros reynos para que pueda imprimir el dicho libro sin q por ello cayga ni incurra en pena alguna y mandamos que despues de impresso no se pueda vender ni venda sin que primero se trayga al nuestro consejo junta mente con el original que en el nuestro consejo se vio que va rubricado y fir mado al fin de Domingo de cauala nuestro escuano de camara de los que resi den en el nuestro consejo para que se vea si la dicha impressio esta confor me al original y se os de licencia para lo poder vender y se os tale el precio que por cada volumen ouieredes de auer so pena de caer y incurrir en la di cha premativa y leyes de nuestros reynos. Dada en Toledo a diez y ocho dias del mes de Enero de mil y quinientos y sesenta y vn Años.

El Marques de Villena. El Licenciado vaca de Castro.
 El Licenciado Arrieta. El Licenciado Pedrofa.
 El Licenciado Villagomez. El Licenciado Aggreda.
 Yo Pedro de Armol escruano de camara de su catholica Magestad la fiz
 escriuir por su mandado con acuerdo de los de su consejo.

Præstantissimi Auctores quorum

insigni testimonio liber hic produ-
citur sunt qui sequuntur.

- | | | |
|----------------------------------|-----------------------------------|-------------------------|
| 1 Hippocrates | 25 Saladinus | 47 Phocilides |
| 2 Dioscorides | 26 Ioânes de sancto | 48 Arimnestus |
| 3 Theophrastus | Amando | 49 Difilus |
| 4 Plato | 27 Arnaldus de | 50 Aristophanes |
| 5 Aristoteles | Villanoua | 51 Menander |
| 6 Galenus | 28 Bartholomæus | 52 Solinus |
| 7 Aetius | Montagnana | 53 Euripides |
| 8 Paulus ægineta | 29 Conciliator | 54 Thalys |
| 9 Alexander tralian ⁹ | 30 Nicolaus præposit ⁹ | 55 Similus |
| 10 Actuarius | 31 Diuus Thomas | 56 Iseus |
| 11 Oribasius | 32 Titelmanus | 57 Plutarchus |
| 12 Archigenes | 33 Porphirius | 58 Theophilus |
| 13 Asclepiades | 34 Ferdinâdus à Mena | 59 Macrobius |
| 14 Cornelius celsus | 35 Chriophor ⁹ à Vega. | 60 Cicero |
| 15 Plinius | 36 Frâciscus Vallesius | 61 Ortulus sanitatis |
| 16 Auicena | 37 Gómentator | 62 Albertus de secretis |
| 17 Serapio | 38 Auerrois | naturæ |
| 18 Gentiles de fulgi. | 39 Democritus | 63 Ioânes Manardus |
| 19 Aliabas | 40 Paulus de Venetia | 64 Andreas Befalius |
| 20 Isaac | 41 Socrates | 65 Ioânes Estobeus |
| 21 Mesue | 42 Pithagoras | 66 Antonius mûsa |
| 22 Mundinus | 43 Antilus | 67 Ioânes Fernelius |
| 23 Plateanus | 44 Rûfus | 68 Franciscus Mergara |
| 24 Christophorus | 45 Sophocles | 69 Alfonsus Ferrinus |
| de honestis. | 46 Aeschines | 70 Ioânes Arculanus |

A

ILLVSTRISSIMO EXCEL-

lentissimoque D. D. Ignatio Lupeio Mēdo-

cio, Infantatus Duci, plurimisq; alijs ditionis titulis

ornatissimo, Antonius ab Aguilera in vene-

râda medicinæ facultatē Doctor

plu. desid Felicitatē.



VAND O quidem crebra ac deantiquata

fatis meditatio fuerit, clarissima excellentia,

tam inter regios, quam illustrissimos ac ma-

ximos viros, literarum vestigia non tã-

tum insequi, verum etiam earũ curio-

los scriptores, sub eorum tam illustri ac magnanimo tuta-

mine percipere: in animum induxi meum, enchiridion siue

opusculũ hoc, tam sanè studiosis medicinæ professoribus

quàm pharmacoepis eorum ministris vtile ac necessarium

valde sub tam suprema mirificaq; protectione reponere,

Tum vt tam integro ac præclaro patrocínio tueri videat-

tur, tum etiam vt a quacũque calumnia, quę sese obtulerit

tam facili tutela vindicari possit. Quamobrem deprecor

vos dignissime princeps, ut rem hanc quantumuis humile

atque exiguam, tuendam susceperis. Non enim rei humili-

tatem atq; læguorem inspexeris obsecro, sed animũ ac ma-

ximam tantum mentem, quibus huiusmodi tam debile atq;

perpauillum seruitium sese offert. Superest iam tanti, ex-

cellentissimi ve viri encomia, eiusq; admiranda facta consi-

mili referre negotio. Sunt igitur vestrarum laudum præstã-

tissime princeps apud omnes præconia ita maxima, tantę

que laudes in tam alto ac egregio principe meritò conferũ-

tur, vt vix, imò & impossibile pro captu humano, perpēdi

possint. Quapropter dignatio excellentissima videor mi-

hi tanta ac eximia gesta describere non posse: siquidem

pro eis referendis tam inops ac exilis fuerim ingenij:

Præfatio

præterea enim quia necessaria vocis vbertas ad ea quæ de tanta ac perlustri excellencia dicenda extant non adest, in summa enim nec ora mille totidemq; linguæ vel indefessi sermonis vlla series ad ea explananda sufficient, vnde excellentia maxima iure optimo ab hac re sine culpa vlla relinquere videbor, etiam si tam pulchra explicatuq; dignissima gesta vnquam fuerim ausus, fortassis hercule nõ modicam in me audaciam quispiam reprehendet cum itaque huiusmodi negotium tam alta ac insigni tuitione supponere censuerim, sed immerito quidem illud ideo quoniam bonam & honorabilem audaciam summis ad sidera laudibus revera vehere libet, iuuat utiq; audaces ipsa fortuna, virũ enim semper audere oportet, inquit Euripides dicens, *Νεανία γὰρ ἐνδραχρήτολμάν εἰ*, erit ergo audendum, audaciã Hercle sapientiẽ iunctam habere plurimum conducit, eruditus testatur Stobeus hebeni testimonio cuius verba sunt *προσοφία μὲν ἔχωντόλμαν, μάλα συμφορὸν εἶναι*, capiuntur denique acquiruntur omnia ipsamet audacia: merito ergo modis omnibus extollenda erit, & taxãda minime, postquam eque, ac tam insigniter infumi visa est. ideoque obtestor potentissima excellencia vt vestro tam splendido atq; supremo auxilio huiuscemodi quanuis exiguum negotium tueatur.

Vale pridie nonas Maias.

Sermon e
49.

Audacia
probanda
est.

Franciscus Fernãdez Oriuelæ, Albarrãzinẽ

sis, curiosum Antonium ab Aguilera
Doctorem, Salutat.



VMNEC semel nec oscitãter (dilectissime Aguilera) assiduam apum solertiam contemplerer: venere mihi in mentem studioforum scripta, nam quemadmodum apicula diligens, per sabulosa nũc, nũc per aspera & inculta fragrantis rosas inter horridas spinas non veretur quærere: ita studiosus quisque nunc barbaros nunc latinos, nunc gręcos, lustrare non horret, quorum illi quidem sabulo sunt sicciores, isti in quibus est omnis candor spinis horridiores medio quodam affectu latini tenentur mirum plane est & secretum solo iouicognitum, istas apes ita esse natura instructas vt ex toto flore eam partem seligant quæ ex rore & rosa in vna floris parte nectare opræ tenuitate aficiatur dulcore. Has imitati doctissimi quique ea quæ sub elocutionis obscuro velamine sunt dulcia mella colligunt. Rursus apes duo distincta operantur cerã nimirum & mel ex quibus vnum efficiunt fauũ in cerã nãq; exiguis domicilijs includitur mel: non aliter scriptores verba propria, orationes elegantes faceta dicta & compendiosa adagia metunt in quibus velut domicilijs occludunt scientiarum suauia mella dantes nobis varios librorũ fauos vt tu mi Aguilera qui in alueo vno exiguo plures includisti tractatus quam in ilicis vel suberis cauis aut in fagi patulæ cauerna apum examen solët includere laboris frustra. Coarctata nanque est vniuersa medendi ars in breues octo libros quibus nihil addi potest non superfluum nec detrahi nõ necessarium. Egisti in primo ita abunde de morbis & in secundo de medicamentis, vt nihil amplius desiderari possit de medicamẽtorum ordinibus. In tertio de ratione colligendi & eligendi medicamẽta. in quarto & quinto ita perspicue & acute, vt clarius viua facies nõ occurrat in speculo de reponendi ratione in sexto. de durationis tẽpore in septimo. & de varia vacuandi ratione in octauo, ita docte vt admirationi simul & doctrinæ legentibus sint, ita tandem arctasti simulq; & explicuisti omnia vt nec prolixitas tedium nec tenebras breuitas mouere possit potueratque merito intitulari liber perspicuitatis compendium. Vale.

A 4 Partitu

cemodi liber, in octo videlicet libros, quorum totū negotiū de necessarijs verę medicorū fortunę rudimētis perscribit, quibus vtique libris perueniendum erit vti recte considerantibus fiet luce clarius, ad exquisitū medēdi culmē.

Primi libri capita.

IN PRIMO itaq; libro vniuersam morborum cōsiderationem 10. Capitibus tractatam comperimus, in quorū primo pro verę medicorum fortunę exquisita intelligentia dissertatur.

¶ Secundum autem caput de morborum exacta expositione determinat.

¶ In tertio de diuersis morborum generibus agitur.

¶ In 4. de morborum differētijs, siue eorū exacta diuisione scrutatur.

¶ In quinto de accidentibus seu morborum signis inscribitur.

¶ Sextum caput de difficili pulsum doctrina enucleat.

¶ In nono de morborum causis exactissime consideratur.

¶ In 10. denique & vltimo pro explanandis morborū tēporibus molitur.

Secundi libri capita.

¶ In secundo vtique libro vt exquisita methodo procedere videamur de medicamentis in integrum dilucidatur per decē videlicet & sex capita, quorum primum de medicamēto simpliciter deserit.

¶ Secundum vero de cōposito medicamento agit.

¶ Tertium, legitimam atq; germanā ipsius medicamenti expositionem ab

soluit.

¶ Quartum autem de symmetro & ametro medicamento declarat.

¶ Quintum, de immoderatorū medicamētorū diuersis virtutibus exponit

¶ In sexto enim capite pro medicamētorū materia interpretatur.

¶ In 7. tandem de numero materię, simplicium medicamētorū dissertatur.

¶ In 8. de diuersis medicamentorum instantijs perscrutatur.

¶ In 9. de rara & densa substātia enucleatur

¶ In 10. de molli & dura.

¶ In 11. de deleni & aspera.

¶ In 12. de multis medicamentorum naturis scrutatur.

¶ In 13. de prima immoderatorū medicamentorum natura.

¶ In 14. De secunda.

¶ In 15. de tertia.

¶ In 16. De quarta diffinitur.

Tertij libri capita.

¶ In tertio libro de medicamētorum ordinibus a summa capitis coronide ad extremos vsque vngues pertractatur, per decem scilicet & septem capita quorum primum, ordinis ipsorum medicamentorum expositionē docet,

¶ In 2. Perfectū ordinum immoderatorū medicamētorū ordo explicatur.

¶ Quinti libri doctrina.

¶ In 4. Secundus ordo siue gradus.

¶ In 5. Tertius ordo, in sexto deniq; quartus.

¶ Septimum amplius caput pro gustus exacta essentia & natura inquirit

¶ Octauum. Pręterea integram saporum generationem declarat.

¶ In 9. de falsi, acris, austeri, pontici & acidi, productione explanatur.

¶ In 10. De saporū differentijs interpretatur:

¶ In 11. De dulcis saporis nec non & amari naturis siue proprietatibus manifestum fit.

¶ In 12. de pinguis & falsi, acris, austeri, acidi, nec non & stiptici naturis declarabitur.

¶ In 13. de simplicium medicamētorum multis calefacientibus temperamentis dilucidatur.

¶ In 14. argenti viui exquisitam temperiem explicat.

¶ In 15. de simplicium medicamentorū frigidis temperaturis clarum facit.

¶ In 16. de humidis.

¶ In 17. tandem de siccis.

¶ Quarti libri capita.

¶ In quarto autem libro pro exacta temporis ratione simplicia colligendi medicamenta interpretatur, videlicet capitibus quinque quorum primum de doctrinę vsu colligendi simplicia medicamenta ostendit.

¶ In 2. vero de eadem vniuersali doctrina in integrum contrectatur.

¶ In 3. de particulari et exquisita herbas colligendi ratione, flores, semina nec non & fructus pertractatur.

¶ In 4. de succorum, gūmarum, foliorum, eadem doctrina scriptum est.

¶ In 5. denique & vltimo, de radices extrahendi ratione dissertatur.

¶ In quinto libro scitu dignā & nobis maxime necessariam simplicium medicamentorum electionis doctrinam a summo capitis vertice ad imā vsque pedis plantam explicitam faciemus.

¶ Sexti libri capita.

¶ In sexto libro necessaria omnia que ad debitam seu congruam medicamentorum repositionem expectāt capitibus 9. Exactissime dilucidabuntur.

¶ In quorum itaque primo de opportuno & cōdecēti collocandi apothecam loco declarabitur.

¶ In 2. vero de herbarum, fructicum foliorum, seminum, florum, nec non & fructuū repositionis doctrina fiet vtique conspicuum satis.

¶ In 3. de cortices, & radices reponēdi ratione dissertabitur.

¶ In 4. de succorum & infusionum, repositionis doctrina enodatur.

¶ In 5. de aromata simplicia, reponēdi ratione agitur.

¶ In 6. an diuersa simplicia medicamēta simul referuāda sint enucleabitur

¶ In 7. de syropos, rob, atq; electaria reponēdi ratione inscribitur.

¶ In 8. de oleorum, vnguentorum, & pinguium, atque conferuarum, nec non & pilularum compositionis doctrina eadem explanatur.

¶ In 9. denique de trochiscorum compositione nec non & emplastro reponēdi doctrina docetur.

¶ Septimi libri.

de morbis

7

In septimo libro perfectam pharmacorum durationem siue conservacionem. 4. cap. legitime dilucidabimus, in quorum primo quod medicamento- rum duratio maxime consideranda sit tractatur, in secundo vero de uniuersali medicamentorum duracione agitur.

In 3. de simplicium speciali.

In 4. denique de compositorum particulari.

Octauo libri.

8

In octauo libro de scitu digna vacuandi ratione planum fiet per II. videlicet capita in quorum I. pro exquisita victus ratione dissertatur.

In 2. de locis in morbis declaratur.

In 3. de clysterium vsu enodatur.

Quartum autem uniuersam doctrinam venerandae sanguinis missionis ad vnguem satis absoluit.

In quinto capite de animaduersione digna purgandi ratione explicatur

In sexto vero de vacuatione ea quae vomitus rationi fit interpretatur.

Septimum tandem caput cucurbitularum necessarium vsu docet.

In octauo capite de hirudinum ad motione declaratur.

In nono vero de frictionum per vtili vsu docetur.

Decimum tandem caput manifestam Balneorum doctrinam indicat.

Vndecimum vero de ea vacuatione quae sudorum ratione perficitur, scrutatur.

Provera medicorum fortunae intelligentia.

cap. I.



per plana magis sit quae pro necessarijs vera medicorum fortunae rudimentis nobis habenda est dilucidatio operae pretium in primis esse censui ab ipsa rei praeposita definitione exordiri, quam sane doctrinam diuinus noster galenus lib. 1. methodi therapeuticae cap. 4. docet, nec non & plato, & philosophus etiam lib. poster. 2. cap. 1. vna cum eloquentissimo Cicerone suis in officijs, atque Caio iuris consulto lege. 1. de origine iuris, quorum omnium sententia est vt quoties rei alicuius nobis fabricanda est institutio quod ab ipsa rei praeposita definitione exordiri est consentaneum vt id de quo dissertare est destinatum quid sit exactius nobis intelligatur, quod obrem peritissimorum virorum doctrinam insecutus iure quidem optimo primum veram medicorum fortunam interpretandam existimaui, tum quoniam de eius rudimentis atque necessarijs fundamentis nostra est dissertatio, tum etiam quia res est quam a principio proposuimus, pro cuius itaque rei maiori explanatione, prius quid fortuna esset, ac quibus modis ea sumatur interpretandum censui, postquam ex eius intelligentia fiet nobis vera medicorum fortuna perspicua ac manifesta magis, fortuna ideo quae solis hominibus ad stipulari dicitur, (testante philosopho lib. de phisicis auscultationibus. 2. cap. 5.) causa est per accidens extra

Lib. 2. de philosophia, dialogo in conuiuio oratione seratis. Sempere rei per tractan. de definitione inchoandū est.

semper & frequenter & eorum quae propter quippiam fiunt, quae igitur ratione, quidquid raro, ac praeter agentis considerationem acciderit, fortuna vtique dicendum erit, siquidem ex accidenti fit, & non semper nec frequenter sed propter aliquid, deus enim summus ac maximus, & natura nihil agunt frustra: igitur vbi fortunata cupiam aliquid euenerit, id enim propter aliquid factum fuisse dicemus, non autem frustra, videlicet ob bonum aut malum, quae propter si id quod fortunata acciderit bonum fuerit bona vtique dicetur fortuna, si vero malum mala, bona autem fortuna, quae circa excellentem magnitudinem habentia contigerit, prosperitas seu fors fortuna (eodem philosopho autore) dicenda est, mala vero fortuna, quae circa misera ac praua excellentia versatur infortunium: quibus praestatis, superest praedictam veram medicorum fortunam explanandam aggredi, quae vtique longe admodum ab explicita abest, siquidem praedictae proprie contrariatur, vnde merito quidem primum accidentalem fortunam exposuimus, vt tandem fortuna nostra perspicacior apparuisset, doctrina sane est comprobata vt nostram commodius sententiam introduxerimus, primum contrariam adducere, vt itaque magis illucescat praeposita doctrina: non enim medicinae candidatis ac recte intelligentibus accidentaliter datur fortuna, siquidem medicinae studiosi sanitatem non vtique praeter sui considerationem moliuntur, sed potius haud exiguo negotio atque industria magna eam a principio ad finem vsque curandi morbi adsequi conantur vt constat, non ergo minerua quidem mea, medicinae candida

Bona fortuna.

Mala.

fortune definitio. 2. cap. 5.) causa est per accidens extra

didatis scientibus vè rectè tribuenda erit fortuna, quin ea recta atque rerum exacta intelligentia & operatio fuerit, quam sane nostram sententiã quorundam prænarratorum autorum testimonijs comprobare conabimur, videlicet Coi hippocratis medicorum profecto facile principis autoritate, nec non & Galeni, atq; Cornelij Celsi validissimis rationibus in cuius rei comprobatione est diuinus noster hippocrates lib. de locis in homine dicens si quis medicinam in integrum percalluerit sicuti mihi tradita est, minime fortunam respicit aut spectat, sed citra fortunam in lógo rei medicæ negocio rectè facier, quid enim inquit hippocrates medicinæ opus est fortuna, si utiq; ad propulsandos morbos medicamenta clara ac manifesta satis sunt, in quorú sane operatione pro medendis morbis haud vnquam spectatur fortuna, potius enim citra eius adiutorium operantur, nam quæ si cū fortuna medicamenta ipsa exhibita auxiliãtur, non Hercle magis medicaméta, quã ea quæ medicamenta non sunt sanos faciunt, ex quibus sequitur quod medicinæ studiosis non datur fortuna, postquam medicamina citra fortunam vel cum fortuna sanos faciunt, dū modo tamé in vltima sui perfectione extiterint, de quorú utiq; doctrina prænarratis libris interpretatú satis est, ceu de perutili ac maxime nobis necessaria pro medendis morbis re, erunt ergo medicamenta in sui vltima perfectione, si debitam substantiam & naturam retinuerint, si etiam debitis ac congruis collecta temporibus fuerint, nec non & præiis ac requisitis conditionibus selecta, & proprijs etiam ac naturalibus locis re-

posita, & vt in summa dicam, ne nimia vetustate siue temporis iniuria consumpta fuerint, quæ omnia è medicinæ professoribus summe perquirenda sunt, quandoquidem eadè medicamenta cum in sui vltima perfectione fuerint, citra fortunam sanos faciunt, vnde & pro exquisita medicandi ratione auxiliantur maxime: quæ quidem fortunam eodem hippocrate autore, quicumque ex medica facultate aut alia quapiam arte expellerit, dicitur rem suam exactè intelligere, id circoque hippocrates dixit, eos qui probe rem aliquam sciūt fortuna non vti, illi vero qui ab arte suam eandem haud expellūt fortunam, nec rem probe sciunt, nimirum ea vtuntur, è quibus ex coi hippocratis insigni doctrina perspicue ac manifeste satis demonstratur, quòd rectè intelligentibus in rei medicæ longo negotio non tãtum verumetiam in quauis alia arte minime datur fortuna: quin ea exquisita rei intelligentia & operatio fuerit, expelenda ergo nobis erit fortuna vt exactè rem medicã intelligere dicamur, mihi autem inquit hippocrates soli fortunati ij adsequi itam quæ infortunate non assequi videntur, qui rectè quid & malefacere sciunt, ex quibus colligitur quod in rei medicæ negotio fortunati adsequi rectè intelligere & operari est, vnde vera medicorum fortuna de cuius nobis necessarijs fundamentis toto præsentis libro agitur rectè facere siue operari erit, ad utique in re medica rectè faciendum siue operandú necessaria rudimenta ac fundaméta rei medicæ sunt ceu propria ac requisita utique media quibus possimus ad culmen medendi methodi peruenire & ob id prius quam de vera medico-

rectè intelligentibus nulla in arte datur fortuna.

Vera medicorū fortuna.

In rei medicæ negocio non datur fortuna.

Hippocrates.

Medicamenta citra fortunam ad uitium operantur.

Medicamenta in sui vltima perfectione quando extimanda sunt.

rum fortuna siue recta rei medicæ operatione me dissenturum existimarem, censui librum hunc de rudimentis pro vera medicorú fortuna consequenda instituere, si quidè cuiusque operi eius necessaria fundamenta præsupponenda sunt, ideoq; huiusmodi enchiridion rudimentorum veræ medicorum fortunæ, quæ alias recta rei medicæ intelligentia siue operatio est præponendú censui, ipsi rei medicæ rectæ operationi, quam utiq; rectam rei medicæ operationem, Deo mihi ppitio paucis ab hinc annis haud dubio in lucem quoque excerpere conabor, colligitur autè ex Aristotelis doctrina sicuti & ex Hippocratis consensu, quòd rectè intelligentibus minime datur fortuna, idq; demonstrat eius verba, cum dixit vbi multum de intellectu fuerit parú utique de fortuna eueniet, volés quãtũ conector docere, q̄ qui multum de intellectu habuerit dicitur utiq; rem suam probe intelligere ac scire, & ob id ipse ceu solerti ac rectè intelligenti parú aut nihil de fortuna eueniet, siquidem rerú euentus prudenti rectè ve intelligenti, nihil latitat, sequitur ergo q̄ rectè intelligentibus atque claro intellectu præditis nequam tribuenda erit fortuna, quin ea vt dictum est recta rerum intelligentia atque operatio fuerit: datur tamé accidentalis fortuna non paucies rerum in natura non tamen intelligentibus rectè, sed parum solum de intellectu habentibus, atque inconsideratis, vti ex eodem philosopho colligitur, tum dum dixit q̄ solis hominibus inscientibus nempe fortuna ad stipulatur, tum etiam cum retulit vbi multum de intellectu parum de fortuna, è quibus excerpitur q̄ tantum homi-

Fortuna rectè intelligentibus non datur.

nibus inscijs atque inconsideratis danda est fortuna siquidem ipsis non pauca propter sui inconsiderationem atque inertiam ex accidenti fient, quorum utique respectu de accidentalibus fortuna ex philosopho scriptum est: demonstratur autem Democriti sententia quod rectè intelligentibus non datur accidentalis fortuna, quã sane sententiam refert eruditissimus Stobæus sermone. 101. de felicitate, dicens. Interrogatus Socrates quanam essent fortunati siue felices, respondit. Illi quidem qui rationem acutam ac mentem bonam possident, quicumque hercle ratione acuta ac mente seu animi destitute bona præditi fuerint, multum utique de intellectu illi habere dicentur vt constat, quare & rectè intelligentes censendi sunt, & ob id nihilum eis de accidentalibus fortuna euenit, non ergo rectè intelligentibus, sed tantum in-

Inconsideratis tantum inscijsue datur fortuna.

Galenus.

recta

recta artis intelligentia & operatione adeptum fuisse, intellexit ergo eo loco Galenus per veram medicorum fortunam rectam rei medicæ intelligentiam & operationem, postquam ea fortuna ceu exacta medicinæ intelligentia bonum nomen adeptus fuit qua quidem fortuna medicorum non pauci ob sui imperitiam vti nesciunt vnde imperiti medici testante Galeno vera medicorum fortuna re vera vacant, periti vero ea funguntur, siquidem ea vtuntur, pro qua re ipsi, scientes ac recte intelligentes atque fortunati in rei medicæ artificiosa cōiectura dicti sunt, quam autem sententiam confirmat Galenus ipse de hippocratis, & Platonis decretis. 4. lib. vbi inquit, res fortuna fieri cognitione nostra, non autem casu dicitur, res enim quæ in medicina fortuna fiunt cognitione nostravt dictum est, facta sunt, postquam non nisi recta rerum intelligentia fieri possunt vt patet, per fortunam ergo Galenus rectam rei medicæ intelligentiam intelligit non autem rerum euentus, præter considerantis intētionem, idē deniq; ex eodē Galeno colligitur libr. II. pro curadis morbis cap. I. cuius verba sunt sicuti ars sanitatis est causa ita quidē & eius fortuna quæ ipsi artis exacta intelligentia est, nihil Hercule prodest ars ad probe operandum nisi recte intelligatur etiam si ipsius rei potissima sit pars, igitur quemadmodum ars medica multoties sanitate dicitur causa, erit vtique eadem ratione & eius recta intelligentia ipsius sanitatis causa, quare & vera medicorum fortuna vt ex prædictis constat, sicuti enim quilibet artifex & eius artis recta intelligentia perfecti operis dicuntur causæ, pari quidem

ratione, medicus ceu corporis humani artifex, ac eius artis exacta intelligentia, dicuntur quoque & sanitatis causæ quæ vtique sanitas ipsius artis medicæ testante Galeno libello de sectis ad eos qui introducuntur cap. I. finis est, quem vtique summo cum artificio medici adsequi moliuntur, igitur ars medica & recta eius intelligentia quæ vera medicorum fortuna est dicuntur sanitatis causæ, vnde constat quod vera medicorum fortuna recta rei medicæ intelligentia & operatio sit, superest tandem Latini Hippocratis quem Cornelium Celsum intelligo, testimonio eandem confirmatione est Cornelius Celsus. lib. 3. cap. I. dicens quod in morbis minus fortuna quam ars sibi vendicare potest vtpote cum repugnante natura nihil medicina proficiat, non ergo in præclara medicinæ arte danda erit fortuna siquidem ars ipsa magis quam fortuna nobis præstare potest: absint igitur in re medicæ concedentes fortunam, quos quidem videri meo nec immerito vituperandos ceseo, postquam in re medica rem turpem & ipsi contrariam concedunt, quemadmodum itaque vehere laudibus quæ pulchra sunt est opportunū, sic enim quæ turpia videntur vituperare decet, iure ergo optimo vituperandi sunt, in re medica fortunam concedentes, ceu stulti ac ipsius artis ignari siquidem id affirmare ipsi medicinæ contrarium satis est, postquam in ea non datur, laudibus autem vehere artem ipsam medicam rationi est cōsentaneum postquam ea veneranda nobis & pulchra satis est tum quia magis quam fortuna sibi vendicare potest, tum etiam quoniam eius gra-

Medicinæ finis.

Latinus hippocrates.

tia

tia honorabiles ac laudabiles fiunt homines merito ergo nostra medicinalis ars summis ad sidera laudibus, extolli debet, quandoquidē etiā ipsi sacrū nomen inditū est, & quoniam eā creauit altissimus autore ecclesiastico cap. 38. vbi inquit. Medicinam de terra creauit altissimus & vir prudens nō abhorrebit eā, ac deniq; quoniam ea sanctorū non pauci, vti fuerunt, præter id etiā medicina merito laudanda est, quia circa dignissimū subiectum versatur nēpe circa corp⁹ humanū, quod quidē corp⁹ humanū dum viuit ipsius medicinæ est subiectum & dignissimū Hercule est vtique huiusmodi viuens corpus humanū (homo nēpe) nobilissimū ac dignissimū, & non quidem absque ratione, quandoquidē omnia quæ in toto vniuerso extant, hominis seruitio subordinantur vt demonstratur ex propheta Dauid Psal. 8. vbi inquit. Subiecisti omnia sub pedibus eius oues & boues vniuersa insuper & pecora cāpi &c. Necnō autē quia imaginem ac similitudinem Dei summi ac maximi representare fuit capax. Faciamus vtique; hominem ad imaginem & similitudinem nostram, dixit altissimus Geneleos. I. & 5. cap. nec non & libri sapiētie. 2. et. 10. atq; Ecclesia st. 17. dignissima ergo res atq; totius vniuersi charior homo est ob cuius vtique rationem nostra medicina periculosa ac timorosa iudicatur postquam in homine experiri nō est citra periculum, & timorem testāte Galeno commento. I. libri primi Aphorismorum, ex quibus sequitur quod medicinæ subiectum dignissimum est, qua ergo ratione ipsa medicinæ ars dignissima quidem ac veneranda est, postquam subiectum cir-

Medicina subiectum quid.

Medicina periculosa iudicatur.

ca quod ipsa medicina versatur dignissimum est, est vtique scientiæ dignitas penes subiecti nobilitatē circa quod versatur summēda, vnde iure optimo summis ad sidera laudibus extolli debet nostra medicina, ea vtique ratione quia de sanitate agit, quæ quidē sanitas omni thesauro est charior, docente Saladino in initio cōpendij aromatariorū, landāda ergo ac honoranda maxime omnibus medicina erit, & ex consequētū eius studiosi artifices, laudandi ac honorandi admodum sunt, ea nempe ratione quia medicinæ artifices medici nēpe, debita ac hominum sanitate pertractare conantur, ceu de re totius vniuersi chariori, honora medicū, dixit Ecclesiasticus parte supra citata iure ergo optimo medicinæ candidati laudari ac venerari debēt, quibus habitis, non enim tātum ars medica verum etiā quæcumque alia fuerit omnibus laudari debet, postquā quæcumque ars res est magna atque in vita solatium summum, hac summa prouidēs docente amphide in vitoribus cuius verba sunt, *δουκ δειν ου δε της ατυχίας ανθρωπων παρεμυδιον γλυκυτερον ωβιωτεχνης*, id est. Non est vllū humani infortunij solatium dulcius in vita quam ars, vnde Hipparchus in pictore dixit, *πολύ γ δειωντων κτιμιώτατον απασιν ανθρωποισιν εισγαρ ζυντεχνη*, hoc est. Res vtique est multo oīum preciosissima ad viuendum hominibus omnibus ars. Menander item in Auletride vnum vitæ præsidium in artibus situm esse dixit, vnde artes quæcumque fuerint, laudandæ sunt quæ quidem à principio admodū necessariæ nobis sunt testāte plutarcho lib. de diuinatione vbi inquit. Artium vt apparet alias à principio necessi-

Medicina dignissima est quæ ab omnibus veneranda.

Medicina studiosi artifices venerandi sunt.

Quilibet ars laudanda est.

tas

Artium fundamētum.

In prota-
gora.

Sermo. 6.
cap. 10.

tas constituit, & hucusque cōseruat, omnia denique docuit necessitas eodem Plutarcho autore, quare & artem texendi, edificandi, medicinam agriculturam, & quæcunq; circa ipsam agriculturam versantur è quibus constat q̄ artiam fundamentum, necessitas fuit, & eius causa prouidentia humana docente Platone, hisce ergo omisis, vt ad rem redere videamur constat q̄ ars medica & quæcūque alia fuerit magis quam fortuna nobis præstat siquidē artis industria & fundamentis, fortunam ipsam recte expellere possemus, ideoque vbi medicina pro curandis morbis non proderit, ad expellendam fortunam ex negotio medico arte prognostica vti est necessarium videlicet prænuntiando ac medicinæ præceptis declarando id fieri posse nō hercle ex medicinæ defectu sed ex naturæ repugnantia, cuius ratione multoties ex medicina nullum consequitur auxilium vti ex latino Hippocrate loco superius citato aperte satis demonstratur multo itaq; magis ars quam fortuna sibi vëdicare potest, si igitur repugnante pro curandis morbis natura, medicinæ nullum consequitur remedium, non modicum ergo pro expellendis morbis naturam conferre dicemus, quandoquidē millies absq; medicinæ auxilio sed solum admirabili naturæ opere deperdita sanitas recuperatur, vti cōstat in quibus medicamētorum vsu maxime nitimur, vbi per medicamenta sanitatem frustra quærimus ac sine eorum auxilio sed solum naturæ operatione restituitur, vti docetur ex Aetio & Cornelio Celso, lib. 7. in initio vbi inquit, q̄ huiuscemodi doctrina in oculorū passionibus aperta & plana satis nō

paucies reperitur, siquidem oculi qui à medicis diu vexati sunt absque eorum auxilio interdum sanescunt, idque videri meo fieri in oculorū passionibus non solum affirmo, verum etiam in multis alijs corporis humani affectionibus, vti in longa medendi Methodo millies comperitur, non ergo pro curandi ratione medicamētorum nimio vsu conandum est, postquam eius vsus ratione, medicamentorum operationibus consistit natura & merito quidē, tum quia eorum superfluo vsu, & qualitate vexatur, ac affligitur nostra natura, vnde attritionis, afflictionisque ratione, atrita est vnde & impeditur ipsorum medicamentorum operatio, est vtique eorum qualitas ipsi naturæ contraria, vti latius explanabitur libr. 8. cap. 5. de purgandi ratione: non ergo immerito multoties ex nimio medicamentorum vsu & qualitate sequitur naturæ repugnantia & afflictio, docente etiam Aetio, qua vtique repugnante medicamentis vti non consulor, postquam tum eorum causa nullam egrotis cōsequitur remedium, sed potius dānum, tum ob eā pugnam quæ inter naturam & medicamentis operationē est, tum etiam ob malā eiusdem medicamentis qualitatem quā ex sui admotione imprimit, repugnante igitur pro medendis morbis natura melius erit & ex arte quidem, eā prætermittere circa morbi expulsiōnem, ipsam nempe refocillando, quæ eandem molestia, circa medicamentorum resistantiam distrahere, quandoquidem repugnante natura medicamenta minime administranda sunt quæ sane medicamenta ex se quatenus humanis corporibus admouentur, pro nihilo ducenda sunt, restan-

Natura frequentē medicamētōrū vsu, multoties nō operantur, unde multoties curatiōnem intermittere, ac naturæ remissionem dare quā optimum est. Ex assiduo medicamētōrū vsu sequitur naturæ repugnantia et afflictio Sermo. 6. cap. 10. De melancholico. ad finem. Repugnante natura medicamētōrū vsus minime ad ministrandus est. Medicamenta p se nihil sunt sed mediāte natura.

*medicamēta naturæ sunt stru-
mentā ad consequendā sanitatem.*

Diluitur Hippo. locus.

te Galeno lib. de renum. affect. di- gnatione & medicatione cap. 5. & libro etiam sexto de compo. phar- ma. secundum locos, cap. 3. ipsi ta- men medicamentis natura, seu pro- propriis eius instrumētis quod de- cens est perficit, medicamēta vero sine naturæ auxilio minime: potius ergo in recta rei medicæ operatio- ne necessarium erit instare circa na- turæ corroboratiōnem, quam ipsam à suo opere distrahere, obtinet ergo pro medendis morbis natura ipsa primatum, postquā se sola & absq; medicinæ ministerio multoties de- perditā sanitatem restituit. & me- dicamenta sine naturæ adminiculo minime, eodē testate Galeno. lib. 11. de curad. morb. cap. 1. quibus præli- batis cōstat sane latini Hippo testi- monio quod vera medicorū fortu- ta recta rei medicæ intelligentiā & operatio est, neq; enim obstat q̄ li. 7. in initio scriptū est vbi legitur q̄ in morbis multū natura cōfert, si quidem ibi impressiois vtique; aut scriptoris saltim error est, nanq; v- bi dicitur fortuna legēdū vtique; est natura & sic habebit verū illius lo- ci doctrina, & minime repugnantia cū prædictis. postquā natura in mor- bis multum cōfert vt expositū est, fortuna vero parū aut nihil, & hac quidē ratione minime Cornel. Cel- sus sibi ipsi contrarius erit, postquā locus ille potius correctione indi- get, quā q̄ excelso ne tātilū derogā- dum sit, quibus hacten⁹ probe intele- ctis remanet planū satis quod in ve- neranda medicinæ facultate nequa- quā datur fortuna & quid per verā medicorū fortunā nobis intelligen- dū sit, quare nec abs re erit eiusdem fortunæ munus declarare, nō parū

enim ex veræ medicorum fortunæ munere comodū nobis subsequitur postquam vt cōstat eo fungētes ex- seruis ingenii sūt ex illiberalibus aut liberales, & audaces, & in sum- ma ex pauperie, magna ex parte ad opes escandūt, & quotidie se locu- piores fiunt vt patet, superest am- plius interpretādum aggredi qua- ratione mihi nō tantum verū etiā ex multorum aliorū sermone. Hip- po. & Galenus diuini vocantur, ap- pellantur vtique; diuini ea quidē ra- tione, quia præ ceteris perfectiorē ac elmatiorē rei medicæ indutria ediderunt, & quoniam tempestate sua, singulariter ac citra vllius in- iuriam atque detrimētum arte me- dica vsi fuerunt, & vt in summa di- cam eorum exaltationis gratia, in sui nempe cōscribendi facultate, quibus itaque de causis iure optimo diuinorum nomen merentur. Præ- ter hæc autem nec immerito natura ceca (quam vulgum appellito) no- bis taxanda est postquam fere in continuo eius vsu est, indiscrimina- tin quosdam medicinæ studiosos in- fortunatos miserisque ac inscien- tes non paucies vocitare, ea nempe ratione quia in quorundam cura- tionis progressu aliquorum vitā in mortem cōmutatur quantūuis ex parte sui ac rei medicæ recte opera- rint, nōne docente diuo Paulo con- si serare tenemur statutū esse homi- nibus semel mori, nullus vtique; im- mortalis cēsendus est, vti docetur etiā per diuum Matthæū ex sacro euāgelio, vbi dicitur. Iota vnū aut vnus apes nō præteribit. &c. est vti que cuiq; mortaliū suæ vitæ deter- minata tēporis perihodus & mēsu- ra ita quidē vt vltra eā progredi

*Munus ue-
re fortu-
ne.*

*Hippo et
Galen⁹ di-
uini qua-
re uocab-
ant.*

*Cūstis ho-
minibus d-
bet mori*

non posset, vti demonstratur per prophetam, Psal. 103. vbi inquit. Quia terminum posuisti quem non transgredietur. & c. igitur qui hac in vita misera ac curis plena recte philosophantur mori meditari tenentur, post qua cunctis hominibus debetur mors, testante etiam Euripide, cuius verba sunt. Mortalibus omnibus debetur mors & nullus eorum certo nouit an die crastinum victurus sit, sunt ergo ex aequo omnes homines mortui obnoxij vti phocilidis doctrina demonstratur qua quidem Eschines affirmat, dicens. Cum omnibus ex aequo mors sit fatalis non tardè sed gloriose mori, facilitas est, ideo que quantum opinor, interrogatus Arimnestus quodnam maximè hominibus bonum esset, bene mori respondit. Moritur utique quis cum eius anima à corpore separatur ideoque mors nominatur eius modi solutio vti ex Platonis doctrina demonstratur diphilus aut cum sis naturalis mortalis mori ne timeas dixit, qua quoque sententiam reddit Aristophanes, cuius verba sunt. Metuere nanque mortem magna stultitia est, siquidem eam pati nobis fatale est, communis denique locus omnibus est, tum pauperibus tum etiam regibus, dicitur ex Phocilide, qua ob rem, nemo sibi immortalitatem comparare possit inquit Menander. Considerandum tamen censeo, quod tunc magna stultitia est timere mortem quando plus iusto atque superflue timetur, siquidem omnibus communis & fatalis est, vel tunc stultitia est timere mortem, cum eius timore respondere animum, ita quidem ut amplius refocilari non valeant ad impetrandam diuinam Dei summi

ac maximi misericordiam. Timere utique mortem hac via videri meo stultitia est, & ut in summa dicam, timetur mors & non immerito, quia quo ituri sumus nescimus, quando dissoluitur anima à corpore. Est utique mors ipsa nobis timenda, hac videor mihi ratione, nec fieri potest quomodo timeatur quandoquidem Abraham metu mortis Saram uxorem suam sororem appellauit, vti demonstratur Genesios cap. 2. 0 Iacob etiam mortem timens ex Esau eius fratre, fugit in Mesopotamiam, David denique vitam seruare desiderans ex Saule & Absalone fugit, reuera ergo mors timenda est moderata & nec fieri potest quin utique timeatur: quibus prelibatis constat necessario nos esse mortales, quam ob rem dummodo studiosi medici ex se & ex parte rei medicæ recte operarint, minime ex natura ceca taxandi sunt, tum quia manifestum est prouenire posse morbos ex se in salubres & letales, quos medicus sanare non tenetur, siquidem ex se letales sunt & ex necessitate mortiferi, satis utique est medicus præcognoscat, esse curatum impossibiles tum etiam quia naturalis mors arte medica minime dubitari potest, testate philosopho, lib. 3. de phisic. audit. vbi inquit. Quodcunque sit necesse est accipere finem, est enim finalitas corruptio omnis quam quoque doctrinam reddit idem philosophus tertio Methaphisices text. coment. 12. vbi inquit sensibilia omnia corrumpuntur & nullum talium sempiternum est demonstratur autem ibidem ex Galeno libro primo, de sanit. tuend. versus medium vbi inquit. In mortale

Reuera
mors timenda est.

1. Reg. c. 1
9. & 20.
& lib. 2.
Reg. c. 15.

tale nanque fieri quod genitum est plane non potest, cum igitur tale sit corpus nostrum non est possibile medicinæ artificio hominum vitam perpetuam seruare, quod denique rationibus pluribus demonstratur ex conciliatore Different. 113. necnon ex Auicena. Fen. 3. Prim. capitulo primo, vbi inquit, ars quidem sanitatem custodiendi, non est ars qua à morte securos nos facit, à morte scilicet naturali, nanque à violenta millies liberos facit, violenta nanque mors multoties medicinæ artificiosa coniectura prohiberi ac prorogari potest, non autem naturalis, vti ex superioribus haftenus conitat, & quoniam ex necessitate corruptibiles sumus qua doquidem ex quatuor contrarijs elementis constituti sumus ac fabricamur, docente philosopho libro de Gen. 2. capitulo septimo, & Hippocrate libro de hominis natura, in principio, necnon & Galeno libro primo, de simp. medic. facult. capitulo. 39. qua itaque elementorum contrarietas, qua fabricamur, testante Ausrrhoide libro de celo, 2. coment. 71. principium & causa nostri interitus re vera est, vellant inuicem & corrumpunt se in nobis elementa semper, docente Aristotele libro primo, Phisic. text. coment. 80. tenemur ergo nos iure optimo ex necessitate mortales esse, vnde sequitur ut quotiescunque aliquis medicinæ studiosus in curandi ratione sanitatem deperditam recuperare molitur, quam non adsequitur sed potius egrotus eius curationis interuallo moritur quod non ideo vituperandus nec taxandus est dum modo recte in curandi me-

thodo operarit postquam ad mortem necessitatur, vnde cum medicus præcognouerit eiusmodi morbum curatu esse impossibile id prænuntiare rationi erit consentaneum ut ex natura ceca crimine mortis vacare dicatur: quapropter peritissimorum medicorum videri meo est, nunquam ullam morborum curationem aggredi quin prius si quid futurum est prænunciant, doctrina sane est animaduersione digna qua nos docet diuinus Hippocrates libro prognost. 1. præfationis tertio capitulo, dicens morituros aut saluandos egrotos medicus præcognoscens atque prænuntians, vacabit certe crimine mortis, quam utique doctrinam confirmat Galenus eiusdem loci comentario necnon & comentio octauo, lib. primi Apho. vbi inquit si quid futurum fuerit dum ad egrotos mededos vocamur ante eius curationem & in ipsa id prænuntiare oportet, ne rerum euentus nostro abscribatur errori, qua utique doctrina crimine mortis vacare dicemur, nisi forte male uoli quidam ac famæ detractores, versute ac nefanda malitia, eorum bonum nomen detrahente existimarent, siquidem maligne, non paucies peritissimorum virorum præclarum nomen detrahitur, malitia enim res est admodum nocentissima & ad detrahendum famam propinqua satis vti demonstratur ex Thalys doctrina cuius verba assignat eruditissimus Ioannes Stobæus sermone. 2. de malitia, dicens. Interrogatus Thales quid nocentissimum esset & ad nocendum aptum malitia dixit, malitiose igitur non dubitauimus quin maleuo-

li, atque peritissimorum inuidio-
rum præclarum nomen detrahere
possint postquam malitia ex se res
est nocentissima & ad nocendum
apta satis, quod utique nullibi fa-
ciendum consolor, siquidem grauius
peccat qui aliorum bonum nomen
detrahere mollitur, quam qui bo-
na dirimit ea utique ratione, quia
bona facile restitui possunt, bonum
vero nomē difficile, melius utique
est bonum nomen cunctis diuitijs,
quod enim nomen ut studiosis me-
dicis referuetur, & ne malorum me-
dicorum nomen sapiant, confert
magnopere, minime prauorum mor-
borum onus suscipere, quin prius si
quid futurum est præfagiant, quam
utique Hippocraticam præfagien-
di doctrinam eleganter ac erudite
fatis extricauit, eruditissimus Do-
ctor, magister meus Christopho-
rus à Vega, curiosa sua supra Hip-
pocratis pronosticam artem expo-
sitione in qua nimirum nihil pro-
cōi Hippocratis integra atque per-
fecta expositione desideratur, hæc
denique pro exquisita veræ medi-
corum fortunæ intelligentia dicta
sunt: quibus habitis deinceps præ-
dictos libros diuersis capitulis ex-
planandos arbitror, & ne igitur,
quid per capitulum intelligendum
fuerit ignorauerimus, quid capitu-
lum sit enucleandum censui, capi-
tulum ergo breue quoddam cōpen-
dium est cui non pauca veluti capi-
ti per colum aligantur, ob quam
utique similitudinem caput siue ca-
pitulum dictum est.

Pro morbi exquisita

interpretatione. Capit. 2.



Vicunque exacte de sa-
natione perquirere ve-
lit, (autore Hippo. lib.
1. de morbis versus ini-
tium) exquisitam morborum intel-
ligentiam intelligere tenetur, vide
licet, intelligendo, ipsorum quales
fuerint, & quid morbus sit, ac quid
per morbum intelligere debeamus,
& ob id quandoquidem de morbis
hoc. 1. libr. nostra est pertractatio,
ab ipsa rei propositæ, interpretatio-
ne, exordium sumere existimaui,
morbus igitur sanitati contrarius,
docente Galeno, libr. 1. de sanitat.
tuend. & libr. de different. morb.
cap. 2. & 2. lib. de sanandis morbis
cap. 1. & 3. necnon & ultimo ac de-
nique cōment. 1. lib. secundi de hu-
mana natura, constitutio quædam
præter naturam est, cuius ratione
primum & per se vitatur actio: cū
itaque actio notabiliter leditur sub
sequitur utique & corporis lesio,
corpus perturbans, vnde & mor-
bus erit, è factu digna corporis per-
turbatio, uti docetur ex Socrate, cu-
ius verba eruditissimus Stobeus re-
tulit sermone. 98. de morbis dicēs.
Interrogatus Socrates quid mor-
bus esset respondit corporis pertur-
batio, non enim poterit actio nota-
biliter ledi, quin corporis perturba-
tio fuerit, merito ergo notabilis
corporis perturbatio, morbus cen-
sendus est, videor autem mihi ex-
planandū, quo pacto prædictæ præ-
ter naturam constitutionis ratio-
ne, primum & per se impeditur a-
ctio, siquidem eiusdem constitu-
tionis causa ipsam constitutionem
præcedit, actionem quoque vi-
tiare valens, intelligendum uti-
que est quod eiusmodi præter na-
turalis

turalis constitutionis causa, merito
potest ledere actionem, non tamen
primo & per se, nisi interueniente
præternaturali constitutione, a qua
primum & per se vitatur actio, &
tunc huiusmodi constitutionis cau-
sa, actionem etiam ledit, veruntamē
secundario, seu mediate morbus ve-
ro primario, siue immediate: qua
propter morbus primo & per se na-
turales actiones incommodat, eius
tamen causa mediate ac interueniē-
te ipso morbo, non enim per se, sed
ipius morbi ratioe, ea propter: quia
morbifica causa potest forte ita de-
bile atque blande, inualescere, quod
propter eius exiguum incrementum,
actionem notabiliter vitare non
valeat, & ob id per se actionem non
ledit, sed interueniente morbo, qui-
bus intellectis, sequitur exponen-
dum quid sanitas sit, ut intelliga-
mus ipsi morbo esse contrariam, sa-
nitas ergo morbo contraria, primo
elementorum secundum natu-
ram in nobis consistentium simme-
tria seu proportio quædam est, uti
demonstratur ex Galeno lib. primo
de temp. cap. primo. & lib. tertio de
different. morb. primo cap. Necnon
& primo method. therapeut. cap. 9.
& tertio lib. cap. quoque. 3. & 1. etiā
de sanitate tuenda versus medium,
atque & ex Auicena. fen. secunda.
primo cap. de diuisione dispositio-
num corporis, igitur contrariatur
ipsi morbo sanitas, siquidem mor-
bus res est præter naturam, actiones
naturales incommodans: sanitas
vero secundum naturam, easdem a-
ctiones perficiens, vnde cum con-
trariorum contrariæ sint diciplinæ
atque diffinitiones, docente diuo
Thoma tractatu. primo. libr. 4. Me-

Sanitas
quid.Morbus
quid.

theor. cap. 3. possemus & exacte qui-
dem per sanitatis contrariū, ipsum
morbum interpretare, ita ut mor-
bus sit, dispropertio siue in nobis in-
concinitas quædam actiones primū
& per se ledens: quibus habitis su-
perest declarare, quid exquisitæ per
morbum nobis intelligendum sit, te-
nemur itaque per morbum nos in-
telligere, ametriam siue dispropor-
tionem præter naturalem, a qua pri-
mum & per se notabiliter leditur a-
ctio ita quidem ut eius dispropor-
tionis ratione egrotus continuita-
tem sui corporis solutam esse putet
ac amplius in publicum prodire nō
valeat, nec consueta vitæ munia ex-
ercere, vnde decubitu egrotans o-
pus habet, & huiusmodi utique
dispropertione laborantes, re vera
egrotare dicuntur, docente Aetio, Ser-
mon. 4. cap. 5. non ergo quæuis dispropertio at-
que displicentia, nobis morbus cen-
senda est: sed tantum ea quæ primū
& per se notabiliter actiones vitiat
ita ut amplius in publicum obire
non possint, quicunque æadem in-
temperie laborarint, qua ergo ra-
tione qui caput, nec nimis dolent,
& qui displicentiam habent, aut cor-
pore quodam modo grauati sunt,
eodem Aetio autore, minime dicen-
tur exquisite egrotare, siquidem
prædictis displicentijs laborantes,
consuetæ vitæ munia exercere pos-
sunt atque in publicum prodire va-
lent: vnde & nec decubitu opus ha-
bent, ideoque huiusmodi displicē-
ciæ, & reliquæ consimiles: non uti-
que exquisiti dicuntur morbi, sed
tantum ipsorum morborum nun-
cij & maxime si espontaneæ & ab-
sque manifesta causa apparuerint,
vti demonstratur ex Hippocr. libr.

Contra-
riorum cō-
traria
sunt defini-
tiones.Serm. 4.
cap. 5.

apho. secundo. quinto vbi inquit: Spontaneæ latitudines morbos præ nuntiant, quæ autem displicentiæ potius quidem sanitatis quam morbi nomen merentur, siquidem duplex existit sanitas vti demonstratur ex insigni Aetio sermone 4. capi. i. numero tantum differens, siue secundum magis aut minus, non enim specie sanitas vtiq; non variat speciem quantumuis magis aut minus dicat, vnde sanitatem conseruantium eadem quidam magis, quidam minus, fruuntur vt constat, variat ergo magis & minus sanitas, nõ autem speciem, sanitatis ergo quædam est perfecta siue exacta summa autem seu optima, quedam vero est non exacta, siue imperfecta, hoc est ab optima seu summa deficiens, nõ tamen in tantum vt homo exquise egrotare datur, summa ergo et perfecta sanitas, ea vtiq; est, quam superioribus explicuimus, & in summa ea est, quæ ex omni parte temperatissima existit. quæ vtiq; videri meo, in consideratis ratione potius, quam re reperiri dicitur. siquidem impossibile iudico, hominem vllũ adinuenire posse sanitatem, ita perfectissimum, quin quodam modo elementorum aliquod in eo non excedat, aut quin imperfecta partium cõformatione, aliquo modo non differat & præter id impossibile est, adinueniri posse homo, omnibus suis aet onibus ita perfectus, quin in ipso, earum quedam non super habundet aut deficiat realiter vtiq; dari homo nec maior, nec minor sed medius, nec gracilis, aut obesus sed moderatus, nec mollis, nec durus: sed medium inter vtrumque retinens, admodum & difficile, & vt

Sanitas nõ variat speciem.

Duplex sanitas.

Summa siue exacta sanitas qui.

in summa dicant, reperiri posse homo, neque niger aut albus, aut neque venis occultis seu amplis fabricatus, vel neque animosus, neque animi deiecti, somnolentus item vel vigilans, hebetè mente præditus, aut vafer, vel denique veneri deditus aut econuerso, impossibile quidem esse cenfeo: non ergo dari poterit homo ex omni parte temperatus, quare & neque perfecta siue optima sanitas. Imperfecta vero sanitas parum ab optima deficiens, alias latitudinalis dicta siquidem latitudinem continet, ea est quæ ab elementorum simmetria sine commodatione parum recedit, cuius vtiq; sanitatis graduum non modica est in corporibus differentia circa magis videlicet & minus, vti recte intuenti erit luce clarius. Poterit ergo huiusmodi latitudinalis sanitas in tantum ab optima seu summa recedere sanitate vt homo displicentiam patiat, non tamen vt exquise egrotet, quæ sane displicentia, videtur potius sanitas quam morbus dici posse, postquam nondum est morbus vt patet, re vera, nec sanitas, nec proprie morbus appellanda erit, sed medium inter vtrumque serbans, displicentia, nempe: quibus itaque displicentijs si forte fortuna quispiam laborauerit, animaduertendum est, quod medicamento rum vsu nequaquam vti tentandum est sed potius debita victus ratione pro eisdem remouendis displicentijs, vtendum est, siquidem morbus congrua atq; oportuna victus ratione reuocari potest, medicamento rum vsu minime vtendum est, vti demonstratur ex Galeno dicente, qd tunc opus est vt externo auxilio quando natu

Imperfecta siue latitudinalis sanitas quid.

Medicamentorum vsu quando utendum est.

Lib. i. de lori. affect. cap. 2.

ra. morbificam causam expellere nõ potest, quo vtiq; tẽpore, quod natura non potest, medicamentis suplere oportet, vt ipsis seu proprijs naturæ instrumentis quod decens est perficiat, sed huiusmodi displicentiæ cum morbi ad hoc non sint, merito quidem, in eis medicamentorum vsus fugiendus est, in quibus itaque melius est prætermittere vacare naturam circa earũ causæ expulsionem quam ipsam distrahere medicamentorum vsu, siquidẽ eandem causam se sola, ac sine medicinæ adiutorio, deuincere est potens, siquidem multoties ipsa proprie morbum extirpat ac propellit, vnde poterit et merito natura se sola displicentias prædictas remouere, postquam quidquid potest in magis poterit & rationabilius in minus, propter vnum quodq; tale & illud magis dicitur ex philosopho, nõ ergo leui, siue debili displicentia aut intemperie existenti, medicamentorum auxilio vtendum erit, sed tantum debita victus ratione, quæ tandem displicentiæ seu indispositiones, morbi vt mihi videor inferi dicendæ sunt postquam ipsa rum inualescentiæ ratione fiunt, & exquisiti morbi non ergo sine iure eiusmodi indispositiones, seu displicentiæ morbi inferi appellandæ erunt, quemadmodum vtiq; dicente Galeno lib. i. de locis paciẽt. cap. 2. dũ domus fit non proprie domus dicenda est, sed vbi absoluta fuerit, ita quidem censet de morbis, vnde morbus dũ fit non proprie morbus dicendus est, sed vbi factus fuerit, e quibus coligitur quod in fieri siue fiens morbus, improprie censendus est, in factu vero esse seu dum factus fuerit proprius, & proprietatis vocari

Proprius morbus quid in proprius

candus erit, sunt vtiq; ipsorum morborum quidam inferi quidam vero in factu esse docente etiam Hippo. lib. i. de dieta, vbi inquit non enim morbi de repente coacerbantur, sed paulatim collecti acerbati apparẽt, volens vtiq; vt opinor docere, qd morbi minime momento temporis fiunt, sed certo temporis interualo, quam sane morborum diuisionem. 4. sequenti cap. in integrum explanauimus, & hæc hæcenus pro morbi exquisita intelligentia atque interpretatione, dicta sufficient.

De morborum generibus. Cap. 3.



DEPTA nobis exquisita morbi intelligentia, prius autẽ, quæ morborum differentias quales fuerint interpretati fuerimus, de ipsorum morborum diuersis generibus enucleandum censui, & nõ quidem absq; ratione, postquã genus prius est differentia, ideoq; mihi primum quæ de differentijs morborum differuissem, de diuersis morborum generibus agitur, vt enim quilibet morbi cõstitutionem in quo vtiq; morborum genere cõstitutã esse intelligerimus, prius itaq; quam huiusmodi genera morborum interpretanda aggressus fuissẽ de compositione atq; eformatione corporis animantis dissertare censui, si quidẽ nec fieri potest quia in eadem constitutione omnia morborum genera consistere dicantur, quam obrem corporis animatis cõpositio atq; eformatio autore Gale

Corporis animati conformatio trifariam sumitur.

quæ in partibus similaribus simplicibus uel seu eisdem generis, quæ homogeneæ dicuntur consistit, quæ enim homogeneæ partes sunt ut uenæ, arteriæ, nerui, ossa, cartilaginee, ligamenta, meningæ, caro, nec non & sanguis, & reliquæ eiusdem generis, ea nempe ratione quia que libet pars sanguinis dicitur & sanguis, & quælibet pars carnis, caro, et sic de reliquis, ideoque huiuscemodi partes homogeneæ hoc est eiusdem generis, sunt ac dicuntur, postquam simplicem atque eiusdem generis substantiam retinent, & minime diuersi generis, quarum utique partium eiusdem generis siue simplicium compositio, prior nobis celsenda est postquam eisdem partes principia ac fundamenta prima sunt, quibus reliquæ sustentantur ac adherent, ut procreentur, qua ergo ratione prior compositio nobis dicenda est. 2. autem corporis animati compositio ea erit, quæ in partibus dissimilaribus instrumentarijs uel, siue diuersi generis, quæ heterogeneæ dicuntur, fundatur, quæ ideo ætherogeneæ partes dictæ sunt, quia diuersam designant substantiam, quæ denique partes dissimilares seu instrumentales sunt, ut cerebrum, oculi, nasum, cor, pulmo, iecur, splen, venter, ac denique renes, harum enim partium, diuersi generis substantiam quæliet continet. uti constat de cerebro, oculis, uel & reliquis, cerebrum enim diuersam substantiam tenet, uidelicet neruosam, uenosam, &c. unde quæliet pars cerebri minime cerebrum dicenda est nec quælibet pars oculi, & oculus, ut constat, merito ergo huiuscemodi partes ætherogeneæ hoc est diuersi generis dicuntur, si qui-

Prima.

Homogeneæ partes.

Secunda.

Partes ætherogeneæ.

dem diuersam substantiam habent, quarum ergo animantis partium compositio atque conformatio. 2. nobis existimatur, postquam pluribus simplicibus siue eiusdem generis partibus fabricatur. 3. denique ipsius corporis animantis compositio in utrisque simul partibus, similaribus uel licet, & dissimilaribus consistit, quare & in toto animantis corpore, postquam idem corpus animatum, utrisque conflatur partibus, ut patet, quæ tandem partium conformatio. 3. in ordine nobis pensanda est, quia. 3. compositionis ordine consequitur: quibus prælibatis, superest iam de diuersis morborum generibus tractare, morborum itaque, in uniuersum, tria tantum genera nobis explananda erunt, secundum enim quod tres solum corporis animati compositiones atque conformatio generes existunt, in quibus utique morbi necessario adinueniendi sunt, primum ergo morborum genus, erit quod in partium simplicium siue similarium compositione consistit, unde & in ipsis homogeneis siue eiusdem generis partibus: secundum uero morborum genus id erit quod in dissimilarium siue instrumentaliu partium conformatione reperitur, quare & in diuersi generis partibus seu instrumentalibus, ideo dictis quia instrumentales seu organa sunt, quibus animatum corpus suas exercet actiones. Tertium denique morborum genus illud erit quod in utriusque simul partibus homogeniis scilicet & ætherogeneis fundatur, quæ sane doctrina ex Galeno demonstratur. lib. de morborum differentijs. cap. ultimo. & lib. de optima corporis constitutione, necnon & ex Auicenna fen.

Tertia.

Tria in uniuersum morborum genera declaranda sunt.

fen. 2. primi cap. Secundo quibus in locis tria esse in uniuersum morborum genera absque dubio adinuenimus, ut itaque huiuscemodi doctrina in integrum nobis perpendatur, exponendum superest, quid per primum morborum genus, nos intelligere debeamus, quid uero per secundum, ac denique quid per tertium per primum itaque morborum genus quod in similaribus partibus consistit, morbum in temperatura consistentem, nō intelligere tenemur, qui quidem morbus uocatur *δυσκρασία*, græcis nominatur hoc est intemperies morbosa, quare duplex nobis intemperies ex Galeno demonstratur, scilicet naturalis alia, sanitatis dicta, & morbifica, aliter & morbus uocata, naturalis ergo siue sanitatis intemperies, ea est quæ modicum ab optima & summa elementorum commoderatione recedit, quare & latitudinalis dicitur, quam utriusque precedenti capite ex professo explicuimus, morbifica uero intemperies, ametria, siue elementorum in nobis consistentium disproportion quædam est cuius itaque ratione exquisitè eadem laborantes intemperie ærotare dicti sunt, quare merito huiuscemodi intemperies & morbus nobis dicenda est: cuius autem intemperie morbosa, dicitur alia proficiuntur intemperata, uidelicet æqualis & inæqualis, morbifica igitur æqualis intemperata ea dicitur, quando equali intemperata proportionem, singulae totius animalis corporis particulæ laborarint, inæqualis uero illa erit, cum prædictæ corporis animati particulæ inæqualiter affectæ sunt, quibus intellectis considerandum est, quod morbus in temperatura consistens

lib. 2. de tep.

Naturalis intemperies.

Morbifica intemperies.

Æqualis intemperata.

In æqualis.

intemperies nempe morbosa, quadrifariam sumitur, prout quatuor tantum existunt simplices temperature, scilicet calida, & frigida: humida uel sicca quare calidus & frigidus humidus uel atque siccus morbus apparere potest & ex consequenti quatuor quoque dicendi erunt morbi compositi in eadem temperatura consistentes, prout quatuor, etiam sunt compositæ temperature scilicet calida simul & sicca, calida simul & humida, frigida simul & sicca, frigida simul & humida, unde dari morbus, calidus simul & siccus, aut calidus simul & humidus, uel frigidus simul & siccus, aut frigidus simul & humidus, nulli erit dubium, non utique est possibile quin corpus humanum prædictarum compositarum temperaturarum aliqua conflatum fuerit, ideoque earum omnium singulas proprietates recensere existimaui, ut itaque nobis comparauerimus cuiuslibet hominis conditionem & naturam propriam, quæ sane haud exigua cura nobis perquirenda est: ut exquisitam medendi rationem perpendere ualeamus: uti docetur ex Galeno lib. 1. de arte curandi ad glauconem philosophum. cap. 1. ubi inquit, non tantum communem hominum naturam intelligere tenemur, uerum etiam & unius cuiusque propriam ut in curandi ratione, recte facere possimus, quamobrem primum a calida simul & humida temperatura, exordiri tanquam a digniori arbitror, calida igitur simul & humida temperies sanguinea nempe complexio, non paucas sub se comprehendit proprietates, primo enim habet huiuscemodi complexio siue temperatura hominum vitam proroga-

Temperatura simplices.

Calida et humida temperaturæ proprietates.

re, vti demonstratur ex philosophi doctrina lib. de iuuentute & senectute, cuius verba sunt in calido & humido consistit hominum vita, ita quidem vt quanto magis de calido & humido habuerit tanto in longius temporis spatium prolongari poterit, aduertamini tamen obsecro, quod non de quocunque calido & humido hoc intelligendum est, sed solum de temperato, in quo vtique tota fundatur vita, namque in ditemperato calido & humido non enim prorogatur eadem vita: sed potius in eo eiusdem vite corruptio atque putrefactio consistit, vti docetur ex Coohipocrate lib. epid. 3. vbi inquit, quod a calido & humido putrefactio atque corruptio fit, vnde inquit si annus calidus & humidus fuerit necesse est vt magna succedat pestilentia, quam sane sententiam refert quoque Galenus. lib. 1. de differentia februm cap. 5. cuius verba sunt: Quae calida & humida simul existunt promptissime putrescunt, vbi vtique de calido & humido distemperato intelligit, non autem de temperato, non ergo in quocunque calido & humido consistit hominum vita sed in temperato tantum, redit autem huiusmodi complexio homines, modestos, hilares, ac venustos, necnon & floridos, est vtique in hominibus modestia res quam pulchra quare & laudatu digna, autore Euripide in Hippollito cuius verba sunt: Papae quam pulchra vbi que res est modestia & gloriam bonam inter mortales producit: Democritus item inquit modestiam ipsam quae iocunda sunt auerere, & voluptatem maiorem facere: Iseus autem hisce verbis de modestia siue temperantia ait, Sacrifi-

cium mihi maximum videtur, vti quotidie modestam ac temperantem praestare, Pithagoras denique satius esse dixit humi cubantem viuere, & bono ac modesto animo esse, quam perturbatum & dissonum in aureo lecto, est igitur in hominibus modestia & temperantia quam pulchra res & laudatu digna, ex quibus sequitur quod calida simul & humida temperatura sanguineam nempe complexionem constituens digna est esse ferri laudibus non paucis, siquidem homines modestos ac temperatos facit, necnon & alia multa singulariter bona. Calida autem simul & sicca temperatura biliosa nempe complexio, elegantes quoque in mortalibus producit proprietatem quae sane biliosa temperatura, calida enim & sicca animi dexteritatem & prudentiam producit: vti demonstratur ex Galeni doctrina dicente, Animi dexteritas atque prudentia ex calido & sicco bilioso nempe humore produci- tur: est vtique in sapientibus prudentia ipsa praeter ceteris praestantior rebus ac necessaria magis: vti docetur ex Pithagorae doctrina quam sane demonstrat eruditissimus Stobeus sermone. 3. de prudentia dicens: Robur et murum ac arma sapienti prudentia praestat, utilis ergo et necessaria maxime sapientibus prudentia existit, est enim prudentia bonorum quam maximum, ita quidem vt prudentiae ipsi, omnia subijci videantur, testante Menandro cuius verba sunt. Subijciuntur omnia sapientiae equibus constat quod optima sit calida et sicca temperatura, biliosam nempe complexionem complens, postquam animi dexteritatem atque prudentiam progit, consideratione ta-

Calide et sicca temperatura proprietates.

Com. 1. lib. primi de natu. humana.

Iraquid.

men dignum est, quod non semper ex huiusmodi temperatura prudentia procreatur, sed solum cum eiusmodi temperatura, pacifica ac minime alterata existit, hoc est ante eius exardecientiae coacervationem, re vera namque cum bilis exardescit, deperditur prudentia ex bilioso animo & eiusce exardecientiae ratione, furor seu ira acquiritur, quae vtique ira testante Galeno lib. de caus. morb. cap. 2. necnon & Aristotele lib. de anima. 1. in prohemio quaedam passio est existentis in corde caloribus, ob immoderatum motum, qui per totum corpus nonnunquam diffunditur, vnde & nonnunquam febris quae ephemera dicitur accenditur, & non sine iure siquidem eius furoris ratione, calor facile in spiritibus accenditur, quam pro re & ephemera siue diaria febris exorditur, cauendum igitur est, ne bilis exardeat cuiusdam alterationis ratione, vt biliosa natura sui prudentiam sapientiamque serbet, non tamen ipsius bilis exardecientia taxanda, nec vituperanda est, sed potius laudanda, quidem postquam necessaria, non paucies existit, videlicet vt biliosi natura ad virilia sint propiores, quare & ad bella ac honoris tutelam siue consecutionem aptissimi. Quibus hactenus expositis sequitur nunc de frigida & sicca temperatura melancholica nempe, missa facere, postquam ex ipsius bilis aduersione melancholicum temperamentum oboritur, frigida ergo simul & sicca temperies melancholicam complexionem produciens, non paucas item in mortalibus produci proprietates, siquidem eadem temperatura eisdem scientificos produci homines, vti ex Pla-

Frigida & sicca temperatae proprietates.

tonis testimonio. lib. de scientia: & in phaedro demonstratur, cuius verba sunt. Qui scientia multum decorati fuerunt, 1) quidem melancholici extiterunt, quam sane sententiam refert eloquentissimus Cicero. phi. te stim. dicens philosophum dixisse melancholicos esse ingeniosos, considerandum tamen consulor quod etiam si melancholici ingeniosi fuerint, vt semper tales minime censendi sunt sed tantum vbi melancholia viam praebuerit ad aduersionem vnde melancholici illi, in quibus melancholia ipsa parum adusta est 1) vtique ingeniosi & sapientes extimandi sunt siquidem tunc fere biliosorum proprietates sapiunt, postquam bilis ipsa eo tempore omnino dominari non desinit, cum autem melancholia exactam sui aduersionem sibi comparauerit, aduertendum est, quod a praedicta melancholia diuersas produci proprietates, vnde melancholici exacte videlicet in quibus melancholia adusta est, minime fiunt ingeniosi nec ad sapientiam parati, cum melancholia exquisite adusta frigida nempe & sicca temperies hebetat ac comprimere habet, ita vt non sinit spiritus decenter moueri, quare huiusmodi melancholia, minime ingeniosos homines produciunt, sed tantum illa quae inferi esse dicitur, vel quae exiguam aduersionem sibi acquisiuit, namque melancholia a qua exacte aduritur, facit homines inertes & fradulosos, parcos, & abarros, tardos, item & tristes: vti demonstratur ex Hippoc. & Galeno lib. aphorif. 6. aphorif. mo. 23. vbi dicitur. Timor atque mestitia atque bilis manifesti sunt casus, & praecipue si in longum temporis spatium perseverarint

Tusculi.

uerarint, producit etiā huiuscemodi melancholia inuidios homines ac pusillanimes necnō & versutos, ex quibus sequitur quod exactē melancholici, huiuscemodi proprietates aut earum quasdam habere minime dubitabimus: denique vero de frigida & humida temperatura pituitosam complexionem producēs, verba facere superest, quare huiuscemodi téperatura phlegmatica népe, pigros facit homines imbecilis etiam siue gracilis ingenij, & minime solertis, producit etiā huiuscemodi temperatura somnolentiā, & carnis crassitiem, ac deniq; citam polorum canescentiā docetur utique ex Galeno, quā imbecilia hominum in genia ex animo pituitoso producuntur, cum dixit pituitæ natura ad morum cultum nihil facit, vnde pituitosa temperies minime animi dexteritatem gignit hæc adhuc de proprietatibus temperaturarum in corpore humano consistentibus dicta sunt: quibus obiter expositis sequitur exponere quid per secundū morborum genus in dissimilariibus nempe corporis animati partibus consistens nobis intelligendum fuerit, p huiuscemodi itaq; morborum genus, morbum in compositione seu cōstitutione consistentem nos intelligere tenemur, qui utique morbus mala partium compositio siue constitutio dicendus est, qui tandem quadripartiam sumitur, scilicet in conformatione partium consistens & positura numero vè, atq; magnitudine morbus ergo mala partium compositio dictus, in conformatione consistens, in indecenti corporis animati partium figura reperitur, vnde si figura compositionis partium corpo-

ris animantis indecenter ac præternaturam apparuerit, intelligendum est quod eiusmodi figura, morbus in partium conformatione consistens siue mala partium constitutio atq; formatio dicendus est, siquidem indecentem ac præternaturalem corporis animati figurā designat: morbus autem in partium positura consistens: tunc nobis intelligendus est quando partium corporis animati positiones siue situs, à naturali & cōdecienti loco deuiauerint, siquidem partes sibi propria & naturalia loca haut retinent, ideoque mala partium constitutio in situ siue positura consistens dicendus huiuscemodi morbus est. Morbus item in partium numero consistens, tunc nobis censendus est, cum eiusmodi partes à naturali siue proprio numero redundare aut deficere videntur cuiusmodi partium compositio, mala ipsarum constitutio numero consistens dicta est: morbus denique compositionis partium magnitudine consistens, tunc nobis estimandus est, quādoquidem eiusmodi partes, præternaturale augmentum susceperint, vnde vbi aliqua corporis animati instrumentaria pars, maior aut minor quam pro sui natura exigitur apparuerit, tunc mala partium compositio, seu morbus in partium magnitudine consistens dicenda est. Nunc vero splanādum superest quid per tertium morborum genus intellexerimus quod utique in vtrisque simul partibus corporis animantis consistit, tenemur enim nos per huiuscemodi morborū genus intelligere morbum qui in homogenijs & heterogenijs similaribus ve aut dissimilariibus partibus consistit, aut quālibet con-

Lib. 4. the rapent. meth. c. 2. continuitatis solutionē autore Galeno, vnde quālibet continui solutio, morbus in vtrisque partibus omogenijs scilicet aut ethærogenijs cōsistens appellanda est, postquam eū continuum soluitur in vtrisque simul partibus lesio apparet, quare considerandum est, vt cum in similaribus partibus fuerit quod aut reperitur in ligamenti tantum apparuerit, diuulsio appellanda est, cum autem in parte carnosa apparuerit, animaduertendum est, quod aut fit continui solutio citra vllius partis carnosæ exulcerationem, & tunc dicitur *ἕλκος* hoc est vlcus, aut cum vllius partis diuisione, citra alicuius portionem & tūc simplex vlcus nobis dicendum est, autore Galeno libro. 3. procurandis morbis cap. 4. vbi inquit vlcus est carnosæ partis sectio citra vllius portionis amissionem, si autem cōtinuitatis solutio fiat in ossē tantum, appellatur fractura, siquidem frangitur pars, si denique fuerit in neruis, appellatur cōuulsio, rigor a Cornelio Celso dicta lib. 4. capit. 3. cuius utique cōuulsio triplex est differentia, testante Galeno com. 57. libri. 4. Apho. scilicet *ὀπίωδός τινος*, hoc est tensio ad posteriora, καὶ ἐμπροσθέν τινος, hoc est æqualis & recta tensio, videlicet nec ad anteriora siue posteriora, quarum omnium cōuulsio nū causa, vel potest esse repletio, aut inanitio, vel deniq; siccitas, vnde Galeno demonstratur parte superius citata, vbi inquit cōuulsio, distentio neruorum dicta, vel ex repletione aut euacuatione partium, videlicet neruorum fit, aut ex siccitate, & maximè cum à febre arden-

ti producta fuerit, est utique prædicta cōuulsio, cuiuslibet membri versus suum principium cōtractio, quibus habitis explicuimus hætenus tria esse in vniuersum morborum genera, ex qua quidem doctrina si recte nobis cōsideretur adinuenimus, sex esse morborū genera, sub prædictis tribus comprehēsa, videlicet, vnum in temperatura consistens, & quatuor in compositione seu mala partium conformatione, & sextum quod in omogenijs, & ethærogenijs partibus cōsistit, vnde cum itaq; tria esse in vniuersum morborum genera, explicauerimus, idem etiam erit ac si sex eorum genera exposuerimus.

Cōuulsio quid.

De differentijs siue

exquisita morborum diuisione.
Caput. 4.



Ostquam iam, diuersa morborum genera dissertabimus, cōsequens nunc est, de ipsorum varijs differentijs siue integra diuisioni, disserere, idcircoque morborum omnes temporales utique, dicendi sunt, si quidem non nisi in tēpore fieri possunt, morbus enim cum affectus sit præternaturā factus, fieri dicitur, omne autem quod fit non nisi in tēpore factū fuisse dicemus, sed morbus fit vti. 2. cap. huius lib. exposuimus erit ergo in tēpore factus, non enim in stantū nec vnde iure quidē optimo, morborum qualescuq; fuerint eos temporales esse censemus, quorum omnium fundamentaliter quidam breues, quidam vero longi,

Morbi omnes temporales dicendi sunt

gi,

gi, iudicantur, & nō utique absque ratione fundamentaliter particulā posuimus, quādoquidem breues & longi morbi, ceu fundamenta sunt, sub quibus residui omnes fundantur, vel ad quos qualescunque fuerint, reduci possent, vti recte consideranti, ex sequentibus fiet conspicuum satis, breues igitur morbi, illi sunt qui breui temporis interuallo, in bonum aut in malum terminantur, qui denique ideo breues dicuntur (docente Cornelio Celso, lib. 3. cap. 1.) quoniam vel cito tollunt hominem, vel cito finiuntur, quapropter, eorū quidā sunt breues absque periculo, quidam vero sunt periculum minantes, breues itaque morbi qui periculo vacant illi nobis dicēdi sunt, qui breuissimo tempore in bonū iudicari tenentur, quales sunt ephemeræ febres, quæ testante Galeno, com. 55. libri. 4. Apho. & Alexandro Tral. lib. 12. cap. 1. vnica tantum die terminantur, licet interdū in tertium vsque diem prolongari possunt, & tunc ephemeræ febris siue diariæ dicuntur, non tamē vnus dies, se plurium, postquam in plures dies porrectæ sunt, eodem Galeno autore lib. 9. thērapent. method. capit. 1. breues autem morbi qui periculum minantur, simpliciter utiq; acuti morbi nobis dicēdi sunt, breues utique siquidem breui tempore terminantur, acuti vero quia ex sui ratione cum periculo eodem tēpore finiuntur, quorum utiq; quadru-plex existit differētia, vnde eorum, quidam acuti exacte dicuntur, quidam vero non exacte, & quidā autem peracuti exacte, & quidam peracuti non exacte, acuti ergo exacte morbi illi sunt qui. 14. dierum nu-

mero cum periculo terminantur vel quorum motus est velox seu acutus & cito adueniunt pericula, vnde utique acuti dicti sunt, est enim acutorū morborū absoluta perihodus. 14. dierum numerus, testante Hippocrate lib. Apho. 2. Aphorismo. 23. vbi inquit. Acuti morbi. 14. diebus terminantur, licet id testante Galeno, magna ex parte intelligendum sit vti ex laterali morbo constat non autem semper considerandum amplius censeo, quod huiusmodi acuti morbi, quantumuis breues dici possint, magni quoque dici poterūt, ob sui nempe acumen & malitiam magnam, non autem temporis ratione, cuius gratia ipsi morbi ad suum vigorem quam celerissime properant, cuiusmodi sunt lateralis morbus, peripneumonia phreneticis, febris ardens, καύσων Græcis dicta, necnon & lethargus docente Hippocrate, cōmentario primo de uictus ratione, in morb. acut. part. 8. necnon & Galeno. cōment. 12. lib. primi. Apho. quorum utiq; morborū non paucies vnus ad alterum fit transmutatio atque productio, eodem testante Hippocrate lib. 1. de morb. ita quidem vt pleuritis siue lateralis dolor, non nunquam inæstuantem siue ardentem febrem, transmutari videatur, & peripneumonia in phrenitidem, ea utique quantum coniecto ratione, quia ex pleuritis inflammatione, facile cordis calor in immesum attollitur, vnde & febris ardēs producit, ob modicam nempe distātiā, quæ inter cor & membranam costas subcingentem existit, in qua fit lateralis dolor, & ob eam nempe approximationem continere effumationis

Lib. 1. Apho. cō. 12. Acuti morbi. 14. diebus magna ex parte indicatur, nō semper uti ex pleuritis constat, quæ terminum suæ indicationis. 14. habet diē magna ex parte & si non hūc saltim. 20.

Et libr. de affectionibus.

effumationis causa, ab ea inflammatione, lateralis dolor siue pleuritis, continuā sequitur febrē, ob quam utiq; consimilem rationem fit peripneumonia in phrenitidē transmutatio, docēt Hippocrate lib. 7. Apho. 12. Si quidem pulmo & cerebri meningæ, in quibus fit phrenitidis inflammatio, propinque se habent, ob quam cōmunionem & pulmonis cōtinuam versus cerebrum effumationem facillē pulmonis inflammationis in phrenitidem transmutatio fit: quibus expositis de nō exacte acutis morbis dicendum sequitur igitur, acuti morbi non exacte illi nobis intelligendi sunt, qui veloci ac periculoso suo motu in 20. vsq; diem progrediuntur, docēt Hippocrate, & Galeno, lib. prognosticorum. 2. prognosti. 26. qui tandem ad aliā diuersam speciem degenerare, ac decidere videntur, & tunc, κατεκτίνωσιν, hoc est, ex degeneratione seu decidentia morbi vocantur. eodem Hippocrate autore, lib. 1. prognost. 21. considerandū tamē est quēo tempore minime horum morborum absoluta temporis perihodus. 20. dierū numerus est, sed quadragesim⁹ vti ex ipsi⁹ Hippocratis testimonijs demonstratum est, etiam si sub acutorum morborum numero compræhendantur, ea quidem ratione quia quædam acutorum morborum reliquæ ad. 40. vsq; diem protenduntur. De peracutis exacte morbis nunc dicendū sequitur, qui utique ideo peracuti vocantur, quia acutiori & periculosiori motu cōmoti, breuiori termino, quam acuti terminantur, & ideo quidem, particula illa, per ad aucta est, vt supra causę acumen &

Non exacte acuti morbi.

Ex degeneratione morborū perihodus

augmentum indicet, siquidem, per in nominum compositione augmentum significat, vbi, pro valde de summitur. Per acuti ergo exacte morbi alias extremi, siue summi dicti, autore Hippocrate, necnon & Galeno, illi nobis cēsendi sunt, qui 4. diebus in suo vigore consistunt, aut terminantur, docēt Hippocrate, loco nuper citato, quorum itaq; morborum ceu angino, & iusta angina sunt, cholera morbus, necnon & conuulsio, autore Galeno, cōment. duodecimo, lib. primi Apho. nō denique exacte peracuti morbi illi utique sunt, qui diebus. 7. iudicantur, eodem testante Galeno, cōment. 59. lib. 4. apho. rursus autem peracutorum morborum, quidam sunt febriles siue cum febre adueniētes, vt sunt angina, & iusta angina. &c. Quidam vero sunt, febre expertes, seu sine ea apprehēdentes, vt sunt, epilepsia, seu attonitus morbus, & verborum distentio, quiquidē morbi multoties absque febre inuadūt, doctrina sane est quę ex Galen. colligitur, lib. 5. apho. com. 30. vbi inquit, si enim morbus acutus febrilis fuerit, necesse est esse febrem continuam, talis enim acut⁹ est morbus, si etiā si abiq; febre aliquis alius morbus acutus fiat, veluti cōmitialis & apoplexia. &c. qui oēs ob sui magnitudinē & vehementiam multoties quoniā acuti interimunt, ynde colligitur ex Galeno, quod acutorum morborum, quidam cum febre, quidam sine ea nobis apparere possunt, qui atem morbi, apoplexia scilicet, conuulsio, vterinæ, extranguationis, & consimiles, etiam si absque febre inuadant propriissimi per acuti morbi dicuntur, siquidem acutissime

Morbi peracuti exacte. Lib. 1. Apho. 7.

lib. 1. apho. 7.

Peracutorum morborū quidā febriles quidā vero febre expertes sunt.

Breues morbi.

Ephemerarū febris exquisita perihodus

Simpliciter acutus morbus quadripliciter sumitur.

acutissimè ac vehementer satis apprehendunt, necnon & in eis citissimè pericula adueniunt, mortem forte indicantia, ita quidem vt in tri- duo, ipsi morbi iudicantur, in cuius rei testimonio est Auicena libr. 3. tract. 1. cap. 14. vbi inquit, quod in apoplecticis morbis faciènda est egrotantium mora, ad septuaginta & duas vsque horas, quæ enim horæ, tres naturales dies complent, si quidem naturalis dies. 24. horarû spatio constat, autore Galeno. lib. 1. de iudiciis cap. 16. & libello de Septimestri partu, cuius verba sunt, diei ac notis. 24. dierum interuallû diem naturalè appello, Arnaldus autem de Villanoua. lib. 1. practi- cæ. cap. 23. minorem vtique quam Auicena in Apoplecticis morâ assi- gnât, dicens. Apopletici, nunquam subterrândi nec sepeliendi sunt, ni- si post. 60. horarum spaciû, quod vtique spaciû duos dies cum di- mitio cõstituit, vti ex prædictis pa- ter, ex quibus, doctrina nobis maxi- me obseruanda coligitur, scilicet vt quicunque Apoplexia aut suffo- catione histerica, aut consimilibus morbis laborarint, quantûuis mor- toi apparuerint, q̄ minimè ante tri- duum aut saltim ante duorum die- rum cum dimidio spaciû subter- rari debent nisi fetuerint licet, non nulli ex professo tenet, q̄ huiusmo- di morbis laborantes, per diem so- lum naturalem detinendi sunt, & non amplius, cui sane sententiæ nõ semper adstipulor, si quidè pluries accidit ac visum est, aliquem præ- dictis laborasse morbis, qui etiam si mortui speciem repræsentabat, tandem post. 3. vtique diem aut sal- tim. 60. horas sic affectus vixisse

Naturalis dies.

Qui subitocem mor- tui in ter- ra cadunt et mortuo- rum specie- reserunt triu dieru interuallu detinendi sunt, a tea- pulerû fe- rantur.

reperitur in cuius itaque rei testi- monio quamplurimas fide ac ami- maduersione dignas hystorias Ar- naldus ipse, citato loco aducit, hæc hactenus de breuium differentiis si- ue exacta morborû diuisione cum periculo aut sine eo aduenientium, dicta sufficient, nunc vero pro exa- cta diutinum siue longorum mor- borum ratione explanandum sequi- tur, diutini ergo siue longi morbi, illi nobis intelligendi sunt, sub qui- bus neque sanitas in propinquo, ne- que exitiû est, aũthore latino Hip- pocrate. 3. lib. cap. 1. eam ob rem, quia etiam si temporis longitudi- nem protendunt, minime mortem futuram necessario prænuntiant, neque etiam sanitatem propinquâ, qui vtique nequaquâ, vt plurimum mortiferi neque exitiosi extimâdi sunt, videlicet, quatum in ipsis est, vti enim ex Hippocratis & Gale- ni doctrina docetur lib. de arte cu- rat. ad Glauc. philo. cap. 8. vbi in- quit. Quartana quauis morbus longus sit, haud quaquam, quatum in ipsa est, vt opinor à Galeno di- citur, quam sane sententiam ita in- telligendam, describit Cornelius Celsus (alias latinus Hippocrates dictus, lib. 3, cap. 15.) dicens. Quar- tana enim neminem iugulat, ex qui- bus coligitur quod longorum febrili- um morborum quidam quantum in ipsis est magna ex parte minimè exitiosi seu mortiferi cõfendi sunt, at vero erroris alicuius imperiti medici, aut ob aliquod egrotantis commissum, aut accessum, multo- ties huiusmodi morbi in mortè producunt, quibus habitis notâter quidem dixi quod eorum quidam sunt qui mortem non inducunt vt

Lõgi mor- bi.

Lib. 1. de morb po- pul. sect. 3

Quarta- na febris ut pluri- mû nõ pe- ri- culosa iudicatur.

intelligamus, nõpe quod ipsorû qui- dâ quoq; sunt quantû in ipsis est pe- riculosus vnde & lethales, hoc est, mortiferi, vti cõtat. de amphimeri- na febre, hoc est, quotidiana exquisi- sita, qui vtique morbo febrilis, cû sit- lógus nõ est sine periculo, vti demõ- stratur ex Gal. loco supra citato, eã- obrè, quantû cõiector, quia raro ad- uenit quû patiatu- vetriculus, vti dẽ- monstratur ex eodẽ Gal. necnõ & Auice. fen. 1. quarti tract. 2. c. 4. vbi inquit. Phlegmatica febris magni ti- moris est: quare & periculosa, qm̄ habet paruû spatiû interpolationis & quietis, & quoniã ipsa associatur corruptioni ob humoris nempe di- spositionè, necnõ & debilitati, sto- machi, quæ nõ excusatur, & illud è- ex illis quæ attrahunt accidètia ma- la, vnde sequitur q̄ huiuscemodi morbus quantû in ipso est periculo- sus existit, morbi vtique febriles illi- qui paruû habet interpolationis spatiû siue qui frequentî affligunt nõ sine iure periculosi existunt liqui- dè magnâ noxâ corpori inducunt, ob eorû nõpe in basionis frequentia ex quib; colligitur qd febriles mor- bi cõtinui periculosiores, quã inter- mittetes iudicatur, tũ quia frequen- tî affligunt tũ etiã quoniã crassam & multã materiã cõtinent, ideoque extra basa emitti nõ põt, qui tandè intermittentes tenuiorè atq; subti- liorè materiã habent, vt in extimã- cutè efferatur magis idoneã, vnde huiusmodi materia facile extra ba- sa mitti posset. qua ergo ratione fe- briles intermittetes morbi nõ ita pe- riculosi sicuti & cõtinui dicèdi sunt febris. n. tertiana exquisita, oĩno v- tiq; periculo vacat vti ex Gal. do- ctrina demõstratur. lib. 1. de art. cu- ra. ad Glauc. 8. ipsa deniq; cõtinua

Quotidia- na inter- mit. febris periculo- sa est.

Febriles cõtinui morbi pe- riculosio- res quã in- termitten- tes censèn- di sunt.

periculosa est, siquidè acutè est mor- b; qd vtique de reliquis aliis morbis cõsimilib; intelligendû erit, vnde febriles cõtinui morbi haud dubio periculosiores, ac maligniores ipsis intermittetibus cõfendi sunt. tũ. n. quia multã & crassam materiã ha- bent, & ob id ad vatorû extra mis- sionè minime idoneã, tũ etiam quia frequetissime, siquidè cõtinuè affli- gunt atq; molestât, intermittetes de- niq; quia nõ cõtinuè affligunt nec nõ & quoniã tenuè atq; subtilè ma- teriã habet, vt extra vasa mittetur idoneã, ideo vtique securiores, quia- mitiores, ipsis cõtinuis arbitrantur vel possem; dicere morbos lógos eos esse, qui acutorû morbo- rû determinatã perihodû. 20. diem scilicet trãscendunt, qui vtique mor- bi tẽporis ratione magni, sicuti & ló- gi dici poterunt: siquidè eorû tẽpor- is dẽterminata mẽsura respectu bre- uiû morborum perihodi magna est vt patet vnde breues morbi pericu- lû minâtes: lógi & magni dici pos- sunt: licet diuersis cõsiderationib; si- cuti superiorib; expositû est: cõside- randû amplius est qd longorû mor- borû: sicuti & acutorum: quidã sunt cû febre apprehedentes quidã vero sunt qui sine eã inuadunt: lógi morbi cû febre apprehedentes vt distû est sunt ceu febris quartana & quoti- diana: quæ vtique iure optimo sicuti & quartana morbo lógus est, siqui- dè à causa frigida humidaue & cras- sa procreatur, frigiditas. n. & mate- riã crassities morbu longu efficiunt (testate Gal. cõ. 4. li. 4. Aph.) ideo vtique dictum quia lógotẽpore ad cõp- coctionè eget, ob materiẽ nõpe di- spositionè quæ lógotẽpore disponi- tur ad expulsionè, qua ergo ratione notha, quoq; siue expuria intermit-

Lõgi mor- bi duplici- ter.

Morbi ló- gi cur di- sti.

De morbis

Tertiana nocte intermittens terminus.

tes tertiana, morbus longus dicenda est siquidem per longum tempus durare potest, videlicet ad sex vsque integros menses, vti docetur ex Gal. lib. 1. de ratione medendi, ad Glau. 8. cap. cuius verba sunt, vnde quandoque tertiana non exquisita, aut non incipere & definire vere, & merito quidem huiusmodi non exquisita tertiana in longum tempus perdurat, siquidem ab humore fit, ex quo mixto sita vero tertiana minime est longus morbus siquidem a materia tenui & subtili progignitur, vnde ad expulsionem facile disponitur, quae prope minime est periculosa, nec longus, siquidem septenis circuitibus cum longissima sit terminatur auctore Hippo. lib. 4. Apho. 59. vbi inquit. Tertiana exquisita septenis circuitibus cum longissima est terminatur, quae etiam doctrinam confirmat Gale. 1. lib. de art. curat. ad

Tertiana intermittens periculo uacat quae ex flaua ac sine ra bile oritur, cum autem ex uitelina uel praesina aut e ruginosa, minimae et praecipue cum exiguo sa bile progignitur teste Auerroide li. 7. colect. c. 11. Lethales morbi.

Li. de morbis. 1.

tabes, aqua intercutem ac subter carnem nascens, ob eorum nepe difficile curationem, cuius generis etiam sunt in utero gerentibus peripneumonia vehementer inuadens, aut caisson vel pleuritis, phenitis, nec non & erisipelas ignis sacer dicitur in utero factus, qui vtiq; morbi ex necessitate lethales, quantum in ipsis est existunt, eodem Hippo. auctore dicitur mulierem in utero gerentem capi ab aliquo acuto morbo lethale est, quatenus ut opinor in ipso est, & non quidem absque ratione Gal. auctore loco nup citato in utero gerentibus acutus morbus lethalis est postquam in eo morbo duplex existit mortis periculum, vnum quidem a febre ipsa, interimitate, ob eius nimium calorem factum, alterum vero quod ex longo intervallo cibum dantes, ob alimentum defectum destruitur fetus, quare si ut feruimus factum crebro cibum exhibuerimus, non dubito quin febris continua acutus scilicet morbos victu in tepesiuo augeatur grauidam ipsam in mortem properans, quae propter huiusmodi morbis, grauidae laborantes, morti vtiq; proximae sunt, ut constat: mortiferi vero non ex necessitate sed aliquoties morbi, eodem Hippo. auctore, illi sunt, quantum nepe in ipsis est, qui minime ad mortem semper necessitantur, sed aliquando, quae ob rem eos Hippo. dubios dicitur, & non quidem sine iure, postquam in dubium est an semper interimere valeant, huius conditionis sunt peripneumonia phrenitis, febris, ardens, pleuritis, angina epatitis, splenitis, nephritis, nec non & dysenteria, vna cum sanguinolento mulierum defluxu, quae vtiq; morbi etiam si lethales fuerint ob sui magnitudinem & vehementiam, multoties ob sui peruitatem interimere desinunt, & quoniam natura valida satis est, quae ergo ratione aliquando huiusmodi morbi salutem portant

Ex necessitate lethales.

Lib. 5. Apho. 30.

Aliquando lethales

Dubij.

Non lethales.

Com. 12. lib. 1. aph. Actio, ferm. 3. c. 17. una cum paulo lib. 6. cap. 40

dunt non autem lethales morbi illi sunt quae quantum in ipsis est nequaquam mortem minatur, nisi forte quid lethale ipsis accesserit, qui enim auctore Hippo. sunt ut podagra, coxendi cum morbo tenemus, hoc est, inuitabilis egerendi voluptas, οφθαλμία, Lat. lipitudo dicta lepra, in petigo, &c. Qui denique morbi ex sui ratione minime lethales censendi sunt, oportet vtiq; inquit Hippo. antea quam morborum curationes aggrediamur eorum praecognouisse, quales lethales, quales vero non lethales fuerint & si lethales, vel non lethales, quae ratione eiusmodi se habuerint, ut intellexerimus, quales sunt curatu impossibiles, & quales curatu possibiles, certum vtiq; est eos curatu esse possibiles, qui dubij ab Hippo. appellatur, aliquando scilicet lethales & qui simpliciter non lethales existunt, quia eorum magnitudinem valida virium virtus, per se & medicamentorum ministerio superare ac deuincere potuit, quam vtiq; validam virium virtutem ex pulsibus comprehendemus docet Gal. quam ob rem ut de egrotantium virtute recte iudicauerimus, incumbit maxime latissimam Galeni de pulsibus doctrinam perpendere, quae hercle eleganter ac perutile satis, insignis Doctor Ferdinandus a Mena meus magister, curiosa ac perutili sua de pulsibus pro tyronibus expositione explicauit, ac in compendium redegit, quod vtiq; omnibus, summe in rei medicinae negotio laudandum est, si quidem vti compendio in praecleara medicinae facultate utilissimum ac necessarium omnibus censetur, idque demonstratur ex Hippo. medicorum facile principe cum dixit, vita breuis, ars vero longa, non vtiq; artem longam vita breui nobis probe comparare possemus, quin com-

pendio vti moliamur: oportet ergo si huius tepestatis aliquis ex medicina inuestigaturus sit eius inuenta breui quadam methodo atque compendio se scribat, postquam vita breuis est ars vero longa nititur vtiq; praedictis verbis Hippo. docere, quod nemo nostrum erit, qui ad integritatem mentisq; rei medicae peruenire possit, absque necessario compendij vsu, iure ergo optimo in longo rei medicinae negotio compendio vti dum erit, vnde & eruditissimus doctor Ferd. a Mena laudatus est, quando quidem latissimam & difficilem de pulsibus doctrinam perspicue & compendiosè satis, dilucidauit, hanc etiam doctrinam confirmat Gal. postquam eius de pulsibus doctrinam per 16. libros explicitam, ad breue quoddam compendium ipsam redegit vti constat ex eius perutili libello de pulsibus ad tyrones, ex quibus vtiq; colligitur quod in veneranda medicinae arte vtile ac necessarium est, compendio vti, quibus obiter expositis multa quidem & magni momenti firma virium virtus permittit, siquidem sanitatem adsequatur, imbecilla vero non paucies ob eius debilitatem & morbi magnitudinem, mortem portedit: cum igitur firma ac constans virium virtus, morbi magnitudinem superauerit, possemus absque dubio sanitatem praesagire, cum vero praecognouerimus eam morborum magnitudine deuictam esse mortem vtiq; temere praedicabimus, quare quandoquidem virium virtus morbi magnitudine superata fuerit, manus admoueri non debet, quim prius futurum praenuntiauerimus doctrina sanè est Hippocratica quam nos docet libello de arte vbi inquit, eorum qui a morbis victi sunt curationem aggredi non oportet, si quidem id in confesso sit,

In medicina uti compendio necessario est.

Medicina remedia malo uict. minime sunt adhibenda.

quod tales medicina sanare non potest, in cuius sententia confirmatio ne est Aetius, serm. 19. cap. 5. dicens in hijs qui a malo uicti sunt preclara remedium sunt recusanda, elegantissimus item, Alexand. Tral. lib. 12. cap. 5. eadem insequitur doctrinam cuius verba sunt, desperatis maloque uictis manus admoueri non debet, ubi ergo vi atque morbi magnitudine natura uictam esse celsuerimus, minime remedia adhibenda sunt, ne frustra adhibeantur, & ne etiam alicuius imperiti ratione vituperentur, remedia utiq; in quibus desperata est salus minime vituperanda, nec taxanda sunt, si quidem tunc mors non accidit ipsorum remedium defectu, sed nature non potentis ob eius imbecillitate ipsis ceu proprijs eius instrumentis uti non ergo preclara remedium sunt recusanda, uti demonstratur ex Galieno cuius verba sunt, in quo enim desperata omnino salus est in prudentis consilij fuerit, apud vulgum infamare praesidia quae multis fuerit saluti, praeter haec autem morbi dubij & simpliciter non lethales, qui curatu possibiles dicuntur quia salubres recte quidem curari possunt, in quibus sane recte operando temere sanitatem praenuntiauimus, & ut in summa dicam dum modo tria ea quae pro medendis morbis necessaria sunt seruentur, scilicet, medicus oportuna faciens, & egrotus ipsi medico obediens, ac denique ministri idonei, haec utiq; tria pro exquisita medendi ratione necessaria sunt valde uti demonstratur ex Hippo. lib. 1. de morb. popularibus sectio. 2. nec non & Gal. eiusdem lib. com. 2. part. 15. qua deniq; doctrinam reddit Hip

11. lib. methodi mend. c. 9

po. ipse cuius verba sunt. Δειδὲ ὁ μόνον ἐωντόν πρὸ χειρὸς τὰ δὲ οὐταῖοι ἔονται ἀλλὰ καὶ τὸ μνοσεύειν καὶ τὰ πρὸ οὐταῖοι καὶ ἔξωθεν, hoc est. Non solum seipsum praestare oportet, oportuna facientem sed & egrum & assidentes & exteriora, quae tandem praedicta tria si recte pro morborum curationibus adseruetur, adinueniemus quidem, non modicum conferre pro violenta morte proroganda: quibus expositis sequitur aliam morborum differentiam siue diuisionem declarare, unde quidam eorum materiales, quidam vero immateriales sunt. Materiales itaque morbi illi nobis intelligendi sunt qui ab humoralis materia suam producant originem, uti sunt tria febrium intermittentiu genera, vna cum continuis eiusdem generis, quae omnes febres ex proprijs ac determinatis humoribus producantur, scilicet, quotidiana, a pituita, & tertiana ex flaua bile, quartana vero ab atra siue melanchimia, multi denique alij sunt, materiales morbi qui a materiali seu humoralis materia dependent, quales sunt longi absque febre, apoplexia scilicet, & hemiplexia siue paralisis, lethargus, caros, cathalepsis, & reliqui. Imateriales vero morbi illi erunt qui minime ab humoralis materia exordiuntur, uti sunt, ephemeræ febres quarum materia spiritus, existit non autem humorum quatuor aliquis cuius itaque ratione dicitur & hæctica siue habitualis febris immaterialis, morbus, postquam eius materia nostri corporis, solidarum partium substantia est, est utiq; febrilis materia triplex scilicet spiritus, humores & solida nostri corporis partes, sub quibus cum calor praeter naturam accen-

Lib. 1. Apho. 1.

In recta rei medicæ operatione tria sunt necessaria.

Materiales morbi.

Immateriales.

Febrilis materia triplex. Testante Alexand. Tral. li 12 cap. 1.

accenditur, fit hæctica febris, sicuti cum accenditur in spiritibus ephemera, ac denique quando in humoribus humoralis siue putrida ubi utique nostrae corporis solidae particulae ignitiores redduntur febris hæctica est docete Gal. lib. 2. prognost. cap. 1. comment. 60. rursus igitur morborum, quidam quantitatiui, quidam vero calitate peccantes apparent, quidam autem quantitate & qualitate simul, quantitatiui tantum morbi, hoc est quantitate solum peccantes, illi nobis iudicandi sunt, qui multa aut pauca materia peccant, multum utique & paucum ad praedicamentum quantitatis pertinent, uti demonstratur ex philosopho, cap. 6. de praedicamento quantitatis, unde non sine iure quantitatiui dicuntur morbi, quorum quidem potissimum signum, vrina existit de cuius doctrina. 7. huius cap. pro viribus copendiose declarauimus, dantur ergo quantitatiui morbi, postquam de eis Hippo. meminit, nec non & Gale. 1. Apho. 3. ubi dicitur exercitatorum habitus qui ad summum bonitatis attingunt si in extremo constituerint periculosi &c. qualitatiui morbi tantum, id est qualitate solum, peccantes, illi nobis dicendi sunt, qui tantummodo, mala humorum qualitate, naturales actiones impediunt, qui denique deprehendendi sunt, quarundam partium mutationis ratione, aut totius denique corporis, quorum tandem morborum meminit quoque Hippo. lib. 1. Apho. 2. & ultimo & 2. lib. 41. ubi inquit in perturbationibus ventris & vomitibus spontanis si talia purgantur, qualia purgari oportet, confert & leuiter ferunt, si minus contra &c. ubi non de mor

Quantitatiuus morbus tantum.

Qualitatiuus morbus solum.

bis quantitate peccantibus intellexit Hippo. sed de qualitate, quod quidem testante Galieno, duo eius verba scilicet talia & qualia manifeste declarant, quantitatiui denique & qualitatiui morbi simul, hoc est, quantitate & qualitate simul peccantes, illi sunt, qui utroque vitio actiones ledunt. Succedunt amplius in usus medico morborum, quidam πανόμοιοι, latine, vniuersales dicti, & quidam σπαράδες, latine particulares vocati, vniuersales igitur morbi siue communiter apprehedentes, autore Hip. lib. de aere, aquis & locis & lib. de humana nat. nec non & Gale. comment. 1. de morbis vulg. ac de uict. rati. in morb. acut. parte. 9. illi sunt qui ab vniuersali & communis causa progignuntur, vagati nepe in certo ac determinato anni tempore, determinata uel regione, quae propter biliosi morbi estiuo tempore producti, vniuersales dicendi sunt, siquidem ab vniuersali & communiter vaganti causa procreantur, nepe a calida & sicca causa bilem producente, quae utiq; bilis ideo eodem tempore vniuersaliter aut saltim magna ex parte redundat, uti ex Gale. demonstratur lib. 2. Apho. comment. 12. & 59. lib. 4. ubi dicitur accessiones. 3. die parte plurima, estate fiunt, accessiones utiq; quae ternis diebus circuitum reddunt, morbi utique biliosi sunt, ut constat, de exquisita deficiente tertiana, quae 3. quoque die accessionem facit, unde estiuo tempore communiter estuantes siue ardentes febres, exquisitae, coacerbantur, & reliqui cõsimiles morbi, qui quidem cõmunes seu vniuersales dicendi sunt si quidem a communiter excitanti causa producantur, morbi autem

πανόμοιοι, vniuersales morbi.

Biliosi morbi ut plurimum est a te sunt.

pituitosi producti, hiberno tempore eadem ratione. vniuersales censendi sunt, postquam eo tempore frigida & humida causa pituitam excitans, communiter redundat; pituitosos & communes, producens morbos: ob quam ergo rationem autumno tempore, melancholici vniuersales, excitantur morbi si quidem, tunc frigida & sicca causa, melancholia nempe, coacerbatur, melancholicos producens morbos, vti docetur ex Galeno loco nuper citato, vbi inquit accessiones singulis diebus hiemali tempore communiter fiunt, sicuti de quarto in quartum in autumno: accessiones enim quæ quotidie inuadunt, pituitosi morbi dicuntur, vti constat de Amphimerina febre, quæ à pituitoso humore coacerbatur, illæ vero accessiones, quæ quarto quoque die circuitum repetunt re vera melancholici morbi sunt vti constat de febre quartana, quæ de quarto in quartum accessionem facit, qui vtique morbi, causæ & temporis ratione, vniuersales dicendi sunt, sicuti etiam illi nobis vniuersales vocantur, qui consimiliter in certis regionibus vagabunt, docente Galeno comment. 1. Epidemiorum in initio, vbi inquit, qui sic sicuti prædixerimus generantur morbi, vniuersales vtique dicendi sunt: præter id etiam pestilentis morbi, ex anno calido & humido vagantes, vniuersales vocantur, si quidem vniuersaliter in ciuitatibus, grassantur, eo quod ab vniuersali calida & humida distemperata causa gignuntur, sub qua vtique causa, finalitas omnis siue corruptio consistit, vnde & pestilen-

Pituitosi morbi, postquam eo tempore frigida & humida causa pituitam excitans, communiter redundat; pituitosos & communes, producens morbos: ob quam ergo rationem autumno tempore, melancholici vniuersales, excitantur morbi si quidem, tunc frigida & sicca causa, melancholia nempe, coacerbatur, melancholicos producens morbos, vti docetur ex Galeno loco nuper citato, vbi inquit accessiones singulis diebus hiemali tempore communiter fiunt, sicuti de quarto in quartum in autumno: accessiones enim quæ quotidie inuadunt, pituitosi morbi dicuntur, vti constat de Amphimerina febre, quæ à pituitoso humore coacerbatur, illæ vero accessiones, quæ quarto quoque die circuitum repetunt re vera melancholici morbi sunt vti constat de febre quartana, quæ de quarto in quartum accessionem facit, qui vtique morbi, causæ & temporis ratione, vniuersales dicendi sunt, sicuti etiam illi nobis vniuersales vocantur, qui consimiliter in certis regionibus vagabunt, docente Galeno comment. 1. Epidemiorum in initio, vbi inquit, qui sic sicuti prædixerimus generantur morbi, vniuersales vtique dicendi sunt: præter id etiam pestilentis morbi, ex anno calido & humido vagantes, vniuersales vocantur, si quidem vniuersaliter in ciuitatibus, grassantur, eo quod ab vniuersali calida & humida distemperata causa gignuntur, sub qua vtique causa, finalitas omnis siue corruptio consistit, vnde & pestilen-

*Melancho-
lici morbi
magna ex
parte au-
tūnali &
quinotio
coacerba-
tur.*

tia ab ea excitatur, vti cap. 3. huius explanauimus: *σπαράξες*, Lat. particulares siue sparsim grassantes morbi, illi nobis intelligendi sunt, qui sparsim seu particulariter inter vniuersaliter vagantes morbos producti apparent; verbi gratia, cum si procedente æstuali tempore inter biliosos morbos, quidam pituitosi apparuerint, aut è cõtra qui tandem vera particulares dicendi sunt si quidem à particulari vaganti causa excitantur, cuius ratione nõ semper sed sparsim eo tempore apparent vniuersalium rursus morborum quidam *δολιχήμεροι*, hoc est, naturæ destructores seu pestilentes dicuntur quidam vero *ἐπιδημιοί*, id est, publici qui aut quibusdā *ἐπιδημιοί* καὶ *κοινὸί* hoc est, populares siue populariter grassantes appellatur, deleterij ergo hoc est pestilentes morbi illi sunt, qui cõmuniter certo anni tempore, determinatisuè regionibus exitiosi grassantur, qui etiam, epidemici seu publice grassantes dicuntur videlicet vbi mitiores apparuerant minime tamen ad mortem necessitates, vti docetur ex Galeno pestis enim, de genere est, vulgariu morborum eodem Galeno testante cõm. 1. de morb. vulg. tēpest. 1. necnon & parte superius citata, sunt ergo populariter grassantes morbi ex genere *δολιχήμερων*, hoc est, pestilentium morborum, licet secundum magis & minus differunt, ita vt pestilentes morbi quantum in ipsis fuerit ad mortem necessitentur, epidemici, vero non sed aliquando, quaprore mitiores epidemici nominantur, vnde colligitur quod pestis sit exitiosa epidemia, epidemia vero pestilentior, in summa enim morborum quidam

*σπαράξες
des.*

*Particula
res morbi*

*Pestilentes
morbi.*

*Epidemici
morbi.*

*Cõmēt. 1.
de uict. ra-
tione in
morb. acutis.
par. 7.*

*Morbis
pestilens et
epidemicus
secundum
magis &
minus dif-
ferunt.
Pestis quæ
Epidemia
quæ.*

quidam simplices, quidam vero cõpositi sunt, simplices itaque morbi, illi appellantur, qui præter sua propria, simpthomata minime naturales operationes vitiant, & clarius, quicumque simpliciter atque sincere, videlicet sine alicuius complicatione inuadunt, vnde simplicium morborum nomen merentur: cõpositi vero morbi illi sunt qui diuerforun morborum accidentibus corporis efatu dignam perturbacionem faciunt, vti constat de hæmitritæo hoc est, semitertiana, quæ morbus cõpositus est, scilicet ex tertiana intermittente & quotidiana continua, cuius vtique hæmitritæo magnitudinis, tres aliæ describuntur à Galenodine specie habetur. *περί τῆς δὴ φασὶ τῶν πυρετῶν κεφ. 3.* hoc est, de differentia febriū, cap. 7. cuius verba sunt, semitertiana morbus qui ex cõplicatione fit, quadrupliciter, cõsistit, videlicet, tertiana, quotidiana cõmixta, vel ea quæ quotidie accessione habet continuã, illi quæ per tertiuũ continua est, vel tertiana ei quæ singulis diebus accessionem facit, cõtinuè, vel quotidiana, ei quæ per tertium diem continua est, & clarius quando tertiana intermittens cum quotidiana interpolata componitur, vel quando quotidiana continua, cum tertiana continua complicatur, aut quando tertiana continua cum quotidiana intermittente coniungitur, vel denique quando quotidiana deficiens siue interpolata, cum tertiana, continua confunditur, qui denique semitertiana morbus cõpositus, docente Galeno cõment. de typis cap. 4. tres habet magnitudine differentias, cuius

*Morbi
simplices
quales*

*Morbi
cõpositi
quales.*

*Hæmitri-
tæi quatuor
magnitudi-
nes habet
tetur.*

verba sunt alia enim est exigua semitertiana, alia vero media, alia denique magna, quarum exigua est, quæ horarum. 24. interuallo, vertitur, media quæ. 36. magna denique quæ 48. ex quibus, non pauci dixerunt tres esse hæmitritæi species, quibus expositis constat sane morborum cõpositio, ex diuerforun complicatione fieri, cuius ratione diuersi cõpositi morbi, excitantur, diuersis nempe accidentibus actiones naturales vitiantes, & hæc de differentijs siue exacta morborum diuisione dicta sufficient.

De accidentibus siue morborum signis, Caput. 5.



Quidam quidem accidētibus, ceu proprijs morborum signis, singulorum eorum differentias distinguimus; ideoque sub accidētium ratione, signa etiam comprehendere censui, de quibus iure optimo me disserturū existimaui, postquam morborum generibus ac differentijs intellectis, accidentia nõ modicum conferunt, vt eadem nobis comparētur, accidentia vtique haud exiguum cõferunt ad cognoscendum quod quid est. docēte Philosopho. lib. 1. de anima, in prohemio, & gl. etiã: Est enim quod quid est demonstrationis omnis principium, qua igitur ratione nec abs re de accidentibus seu morborum signis ceu de principijs eorū demonstratiuis in præsentiarum differere censui, & præter id vtique vt intellexerimus ipsorum morborum, qui

*Lib. 10. d
cõp. pha-
loc. cap. 2
Accidētia
ad cognos-
cendū quod
quid est,
multū cõ-
ferunt.*

salubres, qui vero in salubres siue lethales fuerint accidentia ergo quia accidunt dicta primum in duplici differentia sunt, scilicet propria & communia, quare propria morborum accidentia ea nobis intelligenda sunt, quæ quantūvis proprie certis cōueniant morbis, vna cum ipsis inuadunt ac incipiunt, docete Galeno lib. I. de crisibus cap. 5. vnde ergo propria pleuritis accidētia erunt acuta febris, dolor, perinde ac si locus vel intendi aut pangi videatur, spiratio frequens & exigua, pulsus paruus & durus, & quodā modo intensus, & tussis, postquā vna cum eodē laterali morbo inuadunt, omnia denique accidētia quæ simul cum eis ledere incipiunt, ipso rum quidē morborū propria dicenda sunt, tum quoniam propriè ipsis adstipulantur, tum etiā quia simul cum ipsis inuadunt, communia vero morborum accidentia, ea nobis iudicantur, quæ non simul cum morbis apprehendunt, sed post eorū inuasionem pluribus etiā conueniūt, vnde communia vtique dicuntur, aliter etiam eadē accidentia communia dicenda sunt, quæ de pluribus prædicantur morbis, vt constat, de febre acuta & de spirandi difficultate, quæ morborum sunt accidētia pluribus conuenientia, pleuriti nempè, peripneumoniæ, iecoris inflātionis, & multis etiā aliis, qua pro re huiuscemodi accidentia communia dicenda sunt, & reliqua quidē, quæ eiusmodi se habuerint. Animaduertendum tamen est quod propria morborum accidentia respectiua quæque nobis intelligi possent, postquam respectum dicūt ad diuersos nempe morbos, vt cōstat de spirā

di difficultate, & acuta febre ac cōsimilibus quæ etiā si propria sint accidentia, seu indicia, lateralis morbi, vt prædictū est, respectiua quoque dici possunt, siquidē respectum ad diuersos morbos habēt, nēpe ad pulmonis, & iocinois inflātionē, quorū denique propria quoque intelligēda sunt, vnde propria morborum accidētia communia etiā dici poterunt, sub diuersis tamen considerationibus, videlicet si cōsiderentur, quatenus pluribus adstipulantur morbis, illa vero accidētia quæ ita proprie quibusdam conueniūt morbis, vt aliis non adstipulari videantur, absolute propria nobis intelliguntur: quibus intellectis morborum rursus quædam inseparabilia accidētia nobis dicuntur, quædam vero separabilia, inseparabilia itaque ea censenda sunt, quæ ab ipsis morbis minime separari possunt, vti docetur ex Galen. quæ quidem & propria etiā dici poterunt siquidem ita proprie conueniunt vt minime ab ipsis separari queant, erunt ergo inseparabilia accidentia, quæ à subiecto morbo minime separātur separabilia vero accidētia, ea nobis censentur, quæ possunt à morbis separari: quib⁹ ceu accidētibus ad cognoscendum quod quid est conducentibus possemus & recte proprias temperamentorum dispositiones perpendere quorum vtique signorum decem insinuat Auicenas genera, Fen. 2. primi cap. 3. quæ ibi querenda erunt: rursus iterum quædam signorum sunt quæ aut præcedunt ipsos morbos, aut in ipsis morbis sunt, illa vero signa quæ ante morbos ipsos apparent inditia vtique sunt futurorum morborum, qua de

In separabilia accidentia.

Lib. 5. de lot. pat. cap. 2.

re

re si ante morbos ea signa apparuerint videlicet ceu pigritia, corporis grauitas, sensuum imbecillitas, pulsus permutationis, & reliqua similia, signa siue inditia sunt morborū haud multo post futurorum, vnde docente Cornelio Celso, si sponte & absque causa manifesta quis macrescit, ne in malum corporis habitum recidat metus est, ante febriles morbos si etiam caput grauatum est, an ex somno oculi caligant aut frequentia sternutamenta sunt circa caput aliquis pituitæ impetus timeri potest, & non vtique absque ratione, si quidem pituitæ ratione in capite coacerbatæ quæ humida est, sternutamenta eadem exordiri possunt, sicuti ex cerebri calefactione, vti demonstratur ex Hippocrate & Galeno libro septimo, Aphorismo quinto, id est, vbi dicitur, sternutamentum fit ex capite, calefacto cerebro aut humectato, &c. At vero qua ratione calefacto aut humectato cerebro fiat sternutamentum videndum erit apud Hippocratem & Galenum, loco nuper citato, vbi aperte satis docetur, si vero in ipsis morbis quædam apparuerint signa siue inditia, aut indicant morbos exacte soluturos, aut non exacte solubiles, vel denique propria mortis signa siue inditia sunt: signa igitur quæ perfecte soluturos morbos prænantiant, alias quidem salubria dicta, sunt perfecte excrementorum coctiones vti docetur ex Aetio, quæ vtique autore Hippocrate libro primo epidem. & Galeno, comment. decimo secundo, libri primi Aphorism. & vigesimo

Lib. 2. c. 7.

Sternutatio ex capite fit. Causa sternutationis

Salubria signa.

Serm. 5. ca pit. 5. 3.

secundo. libri quarti iudicij celeritatem significant, vnde coligitur, quod huiuscemodi signa perfecte soluturos morbos prænantiant, ideoque salubria dicuntur, postquam sanitatem portendunt, accidentia autem que egrotantes facile tolerant, signa vtique sunt, quæ soluturos morbos prænantiant, quare & salubria ea dicuntur, alia vero sunt signa quæ non exacte solubiles morbos indicant, qualia sunt ea quæ grauitate egrotantes ferunt, non tamen ex toto exitiosa apparent, vt sunt vehemens, ac crebra spiratio, in morbis, quæ a Cornelio Celso mala appellantur. Signa, quandoquidem non exacte soluturos morbos indicant, cuius generis etiam sunt in egrotantibus nimie, nocturnæ vigiliæ & superflui diurni somni vel denique si vtraque quouis modo excefferint docente quoque præstantissimo Hippocrate libro secundo, Aphorismo tertio, & septimo, libro septuagesimo secundo Aphorismo, cuius verba sunt, Υπνου ἀγρυπνιᾶ, ἀμφοτέρωθεν μετρίως μᾶλλον γενόμενα κακόν, id est, Somnus atque vigilia, si vtrumque modum excefferit malum, hæc vtique & consimilia signa non exacte solubiles morbos portendunt, quare mala dicuntur signa, siquidem mala minari videntur: illa vero propria mortis sunt inditia, quæ propinquam aut si non proximam necessariam vtique mortem prænantiant, qualia sunt, in longo tempore egrotantibus apparentia, vti nares acutæ, colapsa tempora, oculorum caritas, frigida languidæque aures & imis partibus leniter versa,

Mala signa.

Lib. 2. c. 4.

C 5 cutis

cutis autem circa frontem dura & intenta. color aut niger vel perpal lidus, quæ denique ligna, exitiosa nobis celsenda sunt: & maxime quidem ubi in ædia, & vigilia, ac denique vetricis immoderata solutio nõ præcesserunt, à quibus utique causis cuiuscemodi signorum species excitari possunt autore per celebri Cornel. Celso, lib. 2. cap. 6. præter quæ etiã sunt alia signorũ in egrotantibus lethalia, vti demonstratur ex Hippo. lib. 4. Apho. 49. videlicet ubi in continuis siue acutis febribus egrotantiũ labrum, aut palpebra, vel supercilium, vel oculus, aut nasus, peruertatur, corpore videlicet iam debile existenti, ubi quidem quidquid ipsorũ acciderit proximam esse mortẽ indicavit, quod utique inditium indicavit etiã eisdem morbis, sitis immensa dummodo exteriora frigeant, interiora vero deuiantur, docente eodem Hippo. 48. excretionibus autem in acutis valde morbis calidis laborantibus, nigrescit, aut libidæ, cruentæ, ac denique fatide, mortem proximã præfagiunt, haud aliter quidem quam sudores frigidi, in eisdem morbis apparentes, vti ex Hippo. quoque docetur lib. Apho. 3. Apho. 7. Hæc denique & consimilima morborũ accidentia signa propria mortis futuræ sunt inditia, de quibus abunde fatis ab Hippo. per tres lib. prognosticæ artis inscriptum est, quibus prælibatis subit mihi nec abs re declarandum, an huiuscemodi signis & nostra artificiosa coniectura, ac deniq; certis præfagiendi artis præceptis, possemus nos certã mortis diem cõprehendere, & nõ tantum diem sed etiã & horã, quapropter

ex medicinæ studiosis ac denique abitis qui veram rei medicæ fortunam perpenderit, dies utique non solum qua egrotus moriturus est comparari poterit, verum etiam & hora, videlicet in quantũ ex rei medicæ negotio fuerit, intelligemus ergo nos diem qua egrotus moriturus est hac videlicet ratione, considerãdo puigili cura perniciosiorũ morborum exacerbationes, & præua symptomata per singulos nempe insultus, an quotidie, an alternis diebus, siue p̄ maiora interualla fiat quare si perniciosiorũ morborum, febrilis aliquis, forte nobis sese obtulerit, haud exigua cura considerandum est, an eiusmodi morbus diebus imparibus, aut paribus, intensiores, ac seniores, excitet, exacerbationes, nec non & maligniora accidentia, quarum ratione egrotus magis defatigari ac continuo interius terminari videtur, quib⁹ itaque probè adeptis, possemus absq; dubio vlllo, certam mortis diem nobis comparare, & tandem illã prænuntiare, dies nanque illa aut nox, in qua perniciosiores prædictæ exacerbationes ac deteriora symptomata magis intolerabiliter ab egro sustineri possent, certissime quatenus est ex parte rei medicæ, & eius præceptis, eger morietur, & tandẽ vt intellexerimus an cito vel tarde egrotus moriturus est, considerare expedit egri vires, videlicet si prosteruntur, ac parum resistunt, aut si morbus multo plus quam vires excedit, quare ubi multo plus quã vires expulsus doctrina præcellere videatur morbus, certe cito morietur, ubi vero iam vires parum resistunt, ita vt pulsus in formicatio-

Certa
mortis diem
es cõprehendi
põnt.

nem quandam decidere videatur, poterit utique eiusmodi egrotus, ad duas aut quatuor saltem horas, & ad summũ ad integrum diem differri, vti ex Aetio elegantissimẽ docetur, ferm. 5. cap. 55. vt autem horam tantum in qua egrotus moriturus speratur certam coniectauerimus, exquisitè particularia morborum tempora nobis consideranda sunt, de quibus in cap. 8. huius pro viribus declarabitur, vnde qua hora diei ac noctis, videlicet inter particularis morbi tẽpora, grauiorem exacerbationem irruere intellexerimus, tũc haud dubio egrotus morietur, videlicet in principio eiusdem particularis exacerbationis morbi augmentoue, aut vigore, minime tamen in declinatione, fieri utique non potest vt moriturus egrotus, ad declinationis morbi vsque tempus perueniũt, demonstratur ex eodem Aetio parte superius citata, ea nempe ratione quia eo tempore, manifesta coctionis signa apparent, salutem promittentia, & præter id, quia præceteris temporibus declinatio, melius est tempus, autore Galeno, cõment. 12. lib. 1. Apho. tum quia securius est tum etiã quoniam eo tempore, morbus remissionem integrã suscipit, vnde & eius morbi accidentia remissa apparer, quare & in eo tempore videlicet in particularis exacerbationis declinatione, vi utique atque ipsius morbi magnitudine, nullus mori contingit, nisi forte aliquid exitiosum extra ipsius morbi rationem, denuo eodem tempore successerit, cuius ratione, idem egrotus nõn unquam in eodem declinationis tempore mori contingit, qua pro re v

atque magnitudine ipsius morbi, in declinatione particularium exacerbationũ, haud dubio nullus mori speratur, sed solum in principij eiusdem exacerbationis interuallo augmentoue siue denique vigoris, quorum utique temporum, in quibus magna ex parte egrotantes mori sperantur, augmentum & principium utique sunt, vti ex Aetij doctrina demonstratum est, etiam si multoties multorum non pauci in vigore moriuntur, & non quidem sine ratione postquam ex prædictis tribus temporibus principio scilicet, augmentoue & declinatione, vigoris tempus deterius apparet, quare & periculosius siquidem eiusmodi tempus morbi summũ, inter symptomata est, docente Galeno, cõment. 7. lib. 1. Apho. & quoniam, non paucies in lethalibus ac exitiosis morbis egroti ad ipsius morbi vsque vigorem perdurare nequeunt ob naturæ imbecillitatem, vel ob morbi magnitudinem & vehementiam, qua igitur ratione multi in principij aut augmenti interuallo egri morituri sperantur, id circoque qua enim particularis exacerbationis parte, magis intollerabiliter vi ipsius morbi & eius accidentiũ causa se habuerit, videlicet circa principium, vel augmentum, aut denique vigorem, haud dubio egrotus morietur, non item circa declinationem in qua etiam si vi ipsius morbi nullus mori contingit, non paucies tamen in ea declinatione quis mori contingit, videlicet prænimiam tantum virtutis exolutionem, aut alterius exitij successione, ubi obscurus & collabens pulsus apparet, quare considerandum ar-

Morbi uigor.

bitror

utror, vt si in declinatione alicuius exitiosi febrilis morbi, eiusmodi pulsum perpederimus, etiā si febrilis calor non adsit q̄ tunc non fidere debemus, quantumuis febrilis calor non infestet, sed potius temere egrum moriturum prædicabimus, ob vitalis nepe virtutis nimia dissolutionem, quæ ex pulsu nobis cognoscitur, febrilis nanque calor potuit vtique vna cum alijs etiā à corpore diffilari, quod quidem imperitorum non pauci ignorantes, affirmant & incōsiderate in melius protendere siquidē febrilem calorē minime adinueniunt, vnde temerè salutem promittunt, quæ vtique salus non temerè nobis promittenda est, nisi magna industria atque solertia fuerit, & tandē paulo post idē egrotus moritur, vnde quidem illi malorum medicorum nomen sapiunt in huiuscemodi ergo morbis non tantum ad febrilem calorem animum adhibere tenemur, verū etiā & ad virtutis constantiam, quæ pulsus ratione cognoscenda est, vt itaque alicuius criminis vacare videamur vti loculéter quidē ex Aetio docetur ferm. 5. cap. 56. in cuius vtique sermonis. 5. 7. cap. Aphorismum Hippo. 19. libr. 2. declarat, vbi Hippo. inquit, τῶν δέων νόσηματων ὁ πικρὸν ἀσφαλῆς αἰ προαγορῆ σύσις, ὅτε τις ὕγιείσ, ὁ τὸ δανῆτα, hoc est. Accutorū morborum non omnino sunt certæ prænūtiationes, salutis aut mortis, quorum vtique accutorum morborum in quibus maxime repentina mors siue eius periculū ingruit, ob eorum nempe vehementissimā febrē vel ardentissimū humorē, quarum ratione quā citissimè & facillè transfluit, violentia eius vehemen-

tissimè febris aut ardentis humoris prænūtiatione vti nō expedit, propter materiæ velocissimam morionem, cuius ratione dictū est ab Hippocrate. ὁ ἵ καὶ εὐς ὄφους, id est, occasio autē præceps est, siquidē materia circa quam versatur medicina continuo & velocissimè fluit, momento que temporis transmutatur, & ob id non datur certitudo præfagiēdi, quantumuis, præcepta quæ ad præfagiendū traduntur, certa fuerint, vnde remanet Hippocratis doctrina perspicua & clara satis scilicet q̄ non in omnibus acutis morbis datur prædicendi certa certitudo, nempe in quibus materia acutissima ac velocissima existit, in illis vero in quibus materia nec admodum est acutissima recte vtique præfagiendi certitudo datur, vti cōtat̄ laterali morbo, phrenitideue, nec non & ardēti febre, qui quidē morbi eodem Hippo. autore. 14. diebus. ab inceptione sui acuminis iudicantur, quibus hæten⁹ expositis excerpitur quòd morborum accidentia omnia maxime nobis perpendenda sunt vt ipsorum morborū naturam & constitutionem, nec non & egrotantium futurā successiōnē nobis comparare possemus, quorum denique morborum & maximè febrilium, pulsus, & vrina potissima & maxima signa nobis existunt vti ex Galeno docetur, quamobrem singulis capitibus de ipsorum doctrina ceu de potissima ac maxime promedendis morbis nobis necessaria, quamuis compendiose ob sui nempe latum sermonem, quantum denique fuerit possibi-

le extricare moliar.

Lib 2 A. pho. 23.

Libr. 1. de medēd ar. ad Glauconē cap. 2.

De difficili ac compendiosa ex pulsibus doctrina. Cap. 6.

Cōm. 12. li. 1. apho. necnō & Actio. ferm. 3. c. 17 atq; paulo li. 6. c. 40.

Pulsuum scientia quæ autore Galeno, scitu est digna ac nobis maxime necessaria, vt de virium robore perpenderimus, tribus de causis testante Isaac. lib. 7. theor. cap. 2. sciri est difficilis ac molesta. Primum, quia nullus adeo est in expulsibus doctrina ita expertus, quod omnes non tantum, verū etiam nec medias, eorum mutationes sibi comparauerit, secundum autem quoniam medicus vbi de pulsibus implorauerit paruo temporis spatio, omnia ipsorum genera, in prōptu habere tenetur, tertium & vltimum, eo quod non adinuenit, medicus, cui adsimilēt, vnde tot habeat pulsus infirmitates, quibus itaq; de causis, atq; ob huiuscemodi doctrinæ latissimum sermonē, necessum fuisse arbitror, huiuscemodi pulsuum doctrinæ compendium declarare, quandoquidem nostra ex pul-

Ex pulsibus doctrina longa nimis & difficilis est.

leni operum, dignissimū epitome, Breuariū beatq; cōpendium, vsui medico maxime perutile, ac necessarium, in lucem edidit vnde huiuscemodi de pulsibus cōpendium, declarare censui, vt itaque eius longē doctrinæ intelligentia possimus virium robur, & quantitatem, quāuis non exacte metiri, non vtique nos intelligere possumus, pulsus ratione, exactā virium quantitātē, quantumuis eam pulsus ratio mensuret, ob eius nepe rei profunditatē, quā nos minime comprehendere valemus, non tamen inconueniens est, etiam si viriū exquisitam quantitatem, nobis cōparare haud valuerimus, vt recte pro vitali viriū robore intelligere dicamur, sat vtique est nos ad ipsius rei veritatē, proxime accedere, namq;, quāuis exactā debilitationis, aut validitatis quantitatem, comprehendere non possemus, ipsi⁹ vitalis facultatis, satis vtique est, nos recte posse, ad veritatē propinquē accedere, ita vt exquisite virtutem debilem, aut fortem cognoscere possumus, licet nō exacta distantia, & quātitate, vt itaque recte, pro vitali virium robore diiudicare dicamur, sufficit enim ad rei veritatē, proxime accedere posse, etiam si eius exquisitā quantitātē nō cōprheenderimus, vti docetur ex Galeno, cōment. 12. lib. 1. Apho. cuius verba sunt: At si nos non possemus, exquisitam virium quantitatem ex pulsibus intelligere, posse tamen quadam artificiosa cōiectura, ad veritatē proximè accedere, nemo inficiabitur, & hoc vtique sufficit, vt pro virium robore intellexerimus, quemadmodum enim vt quispiam virtuosus dicatur, nec necessarium

cessarium est, ut in medio virtutis puntali fuerit, sed quod ad virtutē re vera proxime accedat, pari quidē ratione, iure optimo, ut quispiā de vitali facultate, recte iudicare dicatur minime necessariū est, ut in exquisitā virtutis quantitatis intelligentia sit, & cognitione, satis utique est, ut prædiximus ad eius veritatem proxime accedere posse, pulsus enim exactā viriū quātitatē, ex sui ratione indicat, postquā à facultate vitali proficiscitur, quare ipsa debile existenti, debile utique procreavit pulsus, ea vero forti apparenti, fortē, & vehementē, omnibus tamen colapsis impedimentis, quib⁹ prælibatis, sequitur vnde pulsus dicatur, & quid sit explanandū, pulsus itaq; à pulsando dictus, quia arteriarum pulsus, sensum tactus patī percipimus, non quidem flatus quādam humoris incalescentis, eleuatio est uti ex Philosopho dicitur lib. de spiratione versus finē, vnde verē atque exacte, pulsus à paulo Galeni documētis diffinitur lib. 2. cap. 12. dicens σφυγμός hoc est, pulsus, est cordis & arteriarum motus, ex diastole ex sistole compositus, à virtute vitali factus, & ad conseruandā natuę caliditatis simmetriā, & spiritus animalis generationē in cerebro procedit utique arteriarū pulsus à corde quandam mediante incorporea ipsius pulsus facultate, quæ ad eundē modū per vniuersam arteriarū substātiā diffeminatur, ad quē animæ facultas per totum verborū corpus cōmunicatur, uti ex Galeni documētis demonstratur. lib. 6. de Hippocratis & Platonis decretis, vnde pulsatrix facultas incorporea est, ppriis organis

vtens, eodem Galeno autore, cuius *Pulsatrix* verba sunt, ἀσώματος δυνάμεις, τοῖς δὲ *facultas i* κείναις σφυγμῶν, ἡσώματι, id est, de pulsu *corporea* loquēdo, eius pulsus facultas incorporea est proprijs organis vtens, quod quidem, cōstat satis, postquā eadem facultas sine tēpore, à principio arteriarum, ad finē vsque permeat, vt patet, nō enim, id fieri posset, si pulsatrix facultas corporea fuerit, quandoquidē, quodlibet corporeū, minime instantaneū de loco in locum moueri potest, quibus hactenus expositis antea quā pulsū diuersa ac cognitu difficilima genera, interpretauerimus, clarioris doctrinæ gratia, fundamētorum quædam, maxime nobis necessaria, vt ex pulsibus doctrinā comprehendimus explanare censui, quare ante pulsus a tactū, manūū substantiam, & qualitātē, considerare tenemur, vnde ipsarū substantia, vt recte de pulsibus percipierimus mollis esse debet, uti demonstratur ex Aristotele. lib. 5. de gener. animal. ea nemperatione, quia carnis mollities, & cutis ipsarū manūū tenuitas, aptiorē reddūt, sensum tactus, ad percipiēdam ex pulsibus, & ideo quia faciliore, & aptiore efficiunt sensum tactus, maxime nobis cōsideranda sunt, postquam ipsius pulsus, sensus tactus, verus est iudex, quare ergo ratione, aduertamini obsecro, quod si forte medicorū quidā, prædictam natura sua mollem substantiam non habuerint, vt eandem arte ac industria quadā parare debēt, scilicet quodam oportuno, ac efficaci linimento carnis mollitudinē, & cutis tenuitatem preparāte, quo utique medicorum curiosi, saltim vtuntur, quātumuis carnis mollitudinem

Pulsus un de dictus.

Pulsus diffinitio.

Manuum substantia ad recte & pulsu percipiendū qualis esse tenetur.

Manuum qualitas, qualis ad tangēdum pulsum.

Superexcellens sensus corrūpit ipsius aptitudinem ad recte percipiendū sensibile.

dinem & cutis tenuitatem ex sui habuerint natura, tenentur etiam medici, ipsarum manuum qualitatem sicuti & substantiā magnopere considerare videlicet an ea calida, aut frigida, vel denique temperata fuerit, vnde cauendum est, ne pulsus artifices, afferant calidas aut frigidas manus. quandoquidem de pulsibus, iudicium facere existimarint, frigidum namque sensum tactus hebetat, atque eius frigidi ratione contrahitur arteria, vnde ex pulsibus frigidis manibus minime recte iudicare possemus, aduertendum ergo est, circa pulsus apprehensionem, ne afferantur manus frigidæ, vt verum de pulsibus iudicium habuerimus, qua pro re, nec calidē nimis eedem manus afferendæ erunt, postquam calidi ratione nequaquā etiam exacte de pulsuum doctrina intelligere valuerimus, ea utique ratione, quia nimia manūū caliditas obscurat, quodam modo ipsum tactus sensum, quemadmodum utique, excelsens sensibile corrumpere habet sensum, autore philosopho, lib. 3. de Anima, cap. 12. pari vt coniecto ratione, super excellens sensus, obscurat ac corrumpit, ipsius aptitudinem, ad recte percipiendum sensibile, cauendum igitur est, quotiescunque de pulsibus diiudicare censuerimus, ne afferantur manus calidæ, sicuti nec & frigidæ, sed temperatæ solum, siquidem manuum temperatā qualitas, faciliorem, ac aptiorem reddit sensum tactus, ad percipiendum ex pulsibus: considerandum autem est, vt etiam si manus afferantur calidæ q non nimis, sed quodā modo tales, quod nihil obstat, vt verum de Pulsibus habeatur iudicium

tium, dum modo nimiam caliditatem, haud adquisierint: sunt autem ante pulsus considerationem, aptiores partes in quib⁹ arteriarum pulsus, tangendus est, nobis maxime intelligendæ, si ex pulsibus recte iudicare molimur, quamobrem testante Galeno libello pro tyronibus de pulsibus, cap. 1. illæ nobis corporis humani aptiores partes, censendæ sunt, ad tangendum pulsum, quæ magis ex carne apparuerint, ac natura sua tales fuerint, ea nempe ratione, quoniam in eis, nec multa caro abundat, vnde in ipsis facilius, & perfecti⁹ arteriarum pulsus, nobis manifestabitur, siquidem minus impedimentum existit, vt patet, quarum itaque totius corporis humani partium, tres tantum potissimæ, atque elegantiores, nobis existunt, scilicet *αγρός*. Latine. Brachiale dictum, hæc enim, corporis humani pars, exquisite atque proprie agilis dicenda est, ideo quantum opinor, quia ad agilitatem & motionis velocitatem aptior existit: est autem & alia potissima pars, quæ temporaria appellantur, & tertia denique & vltima quæ tarsus pedum nobis vocatur, huiusmodi utique totius humani corporis partes, ad percipiendum de pulsuum ratione, magis ex carne sunt, quare & promptiores, vt in eis verū ex pulsibus iudicium nobis habeatur, quarum denique nullam promptius, neq; honestius, neq; ad vsu cōmodius, si carpum præter eas, tetigeris vt constat: est amplius ante ipsius pulsus apprehensionem, perūgili cura nobis considerandum, quod minime ab ingressu medici statim pulsus percipiendus est, uti ex insigni Cornelio Celso

Aptiores partes ad tangendum pulsu quales sint.

Pulsu quo tēpore percipiendus est.

fo demonstratur lib. 3. cap. 6. cuius verba sunt. Periti medici officium est, nō protinus vt venit videndum egrotum, vel forte sanum, apprehēdere manu eius brachium, sed pri- mum residere, hilarique vultu per- cuntari quemadmodum se habeat, & si quis metus eius fuerit, eum pro uabili sermone lenire tum deinde eius egroti corpori manum admo- uere, ē quibus expresse demonstra- tur quod minime statim vbi medi- cus egrotum videndum ingreditur eius pulsum apprehēdere tenetur, ne vtiq; rei nouitate alterationem vllā recipere videatur, cuius haud dubio ratione, quā facile pulsus su- bitaneas acquirit permutationes, vnde & accidentales differentias, quāobrem paulo post ab ipsius me- dici ingressu, & in summa vbi quie- uerint omnia, egrotantis pulsus ap- prehendendus est, & nō citius: post- quam tunc recte de pulsibus iudica- re possemus. Hinc igitur ante pul- sus contactum probe consideratis, superest diuersam pulsum apprehē- dendī methodum explicare quā v- ti que autore Gale. lib. 3. de digno- scend. pulsib. cap. 2. trifariam cen- senda est, quare primus apprehēsi- nis pulsus modus *ἁπλοῦς*. Lat. Palpa- tio dicitur, cuius ratione tāgitur ar- teria, solum leuiter ipsam palpādo, quo vti que modo vti tenemur quo- ties recte de languidis pulsibus iu- dicare censuerimus, necnon & vt de quiete in eisdem pulsibus exter- na, ac ex carneis arterijs, cōprehen- dere possimus, vti recte perscrutan- ti fiet clarum ac conspicuum satis, secundus pulsus apprehēsiōnis mo- dus *ὀλιψίς*. Lat. Compressio dicitur ille est cuius ratione fortiter com-

primimus arteriā, vnde hic modus tangendi pulsum specialis existit, vt ex pulsibus vehementiam, atque duritiā, exquisitē perpenderit necnon & de quiete interna, atque carnosīs arterijs, in integrum nobis intelligatur: non vti que pulsus ex- quisita vehementiam atque arte- riā duritiem, perpēdere possemus, quin forti arteriā cōpressiōne fue- rit, vt patet, nec etiā nisi eadem pul- sus apprehēsiōne possemus, verum de exquisita interna quiete, & car- nosīs arterijs iudicium habere, vti intelligenti recte fiet manifestum satis: tertius denique & vltimus mo- dus apprehendendi arteriarū pul- sum *επιπέσις ἀπλή*. Lat. Simplex appositio dicitur, illa erit, qui mediū inter vtrunque seruat, quāobrem eius ratione nec leuiter, nec fortiter arterie comprimenda est sed tantū- modo, solā manus grāuitate, atque suspensione, quā vti que pulsus ap- prehensione particulariter vtimur, quoties exacte de virium exquisito robore, diiudicare conamur: expli- citis hactenus necessarijs pulsum apprehendi modis, eius pulsus natu- ralem armoniam prēcognoscere te- nemur, vt itaque prāter naturalem pulsum, exactius intellexerim, quō- niam nisi id quod secundum natu- ram fuerit, quis nō prēcognouerit, id vti que quod prāter naturā est, exacte intelligere non poterit, vti ex Gal. docetur lib. de Oribus prā- fact. & multis alijs in locis, quāpro- pter medicorum propriū erit, nā- turalem pulsum perpēdere, & in eo- dio veriari, postquam eius ratione ipsius pulsus dissonantiam, nobis compassauimus: naturalis ergo siue secundum naturam pulsus, illa est quoniam

qui ex omni parte moderatus exi- stit, quem vtiq; inanimanti natura lem ac simmetrū statū habenti, spe- ctare tenemur: in quo enim valde moderate distentam arteriam adin- uenimus, autore Gal. Dicitur vti- que tunc valde moderate distendi arteria, cū eam mediocriter durā & mollem, necnon & plenam, ac deni- que calidā, & reliqua perceperimus Et hac vti que ratione pulsus nobis secundū naturam siue naturalis cen- sendus erit, quare & quicumq; ab eo debiatus & dissonus fuerit prā- ter naturam, siue non naturalis pul- sus dicendus est, quibus vtiq; probe adeptis, possemus & magna cū prā- meditatione, omnia pulsum diuer- sa genera explananda aggredi. Ve- runtamen cū ex pulsibus qualitates nō paucis nobis modis apparere so- lent: longā ideo diuisionem deside- rarūt, prout diuersa ac plures sunt causā, varias pulsum causantes qua- litates: quarū itaq; decē assignat ge- nera Gal. quorū primum est, quod in ratione motus cōsideratur. Secū- dum vero quod sub ratione quanti- tatis *διασολή* hoc est, extensionis ar- teriā deprehenditur. Tertiuū autem sub ratione facultatis vitalis consi- stit: quartū enim à ratione ipsius ar- teriā seu instrumenti substantiā de- sumitur. Quintū à plenitudine ip- sius arteriā percipitur, 6. in ratione quantitatis caloris cōsideratur, 7. sub ratione temporis quietis intelli- gitur. 8. pararhytmū est. 9. amplius de æqualitate & omniū inæqualita- te considerat. 10. deniq; & vltimū ipsorū ordinationē & deordinationē perscribit, quidquid ex auerhoi- de dicatur, asserente tantūmodo es- se propria ac prima pulsum gene- ra, quā ab ipso querenda erunt, qui

bus expositis singulas pulsum dif- ferentias, quā sub vno quoq; ex de- cē generibus continentur, enuclean- dū sequitur: quāpropter ex primo pulsum genere, quod sub motionis tēpore diastolis & systolis considera- tur: tres exordiuntur pulsus differē- tiā, scilicet, citus, seu velox, & lētus siue tardus, ac denique medius. Ma- nifestū enim est quod quidquid pro- ratione tēporis mouetur, aut veloci- ter aut tarde, vel deniq; mediocriter moueri debet, vnde iure quidē opti- mo ex. 1. pulsum genere, huiusmodi tres perficiuntur differētiā: quare ce- ler siue velox pulsus, ille nobis cen- sendus est, qui breui tēporis spatio suū cōplet motū, vel deniq; qui mo- dica tēporis inter capedine distēta arteria terminatur: cuius vtiq; po- tissimā pulsus causē vitalis faculta- tis robur, et pulsandi necessarius v- sus existūt. Cōsiderandum tū est, qd nō semper celer pulsus sibi adiūctā habet fortē vitālē facultatē, siquidē multoties natura velocitate fortitu- dinis loco vti tur, videlicet qn ipsi- naturā imbecillitas, aut instrumēti vitiū adest: tardus autem seu lentus pulsus ille nobis iudicatur, qui lōgo tēpore arteria distēta mouetur, vel qui multo temporis interuallo fini- tur, & clarius q tarde suā complet motionem: cuius vti que prācipue cause, ipsum pulsum efficiētes sunt prabum temperamentum frigidū, & superflua vasorum inanitio, nec- non & humores vitiosi, ob sui ni- miam malitiam vitalem facultatē dissoluentes? Hæc vti que pulsus lē- torem atque tarditatē efficiūt: me- diocris igitur ille erit, q mediū quē- dam tenorem inter vtrūque seruat Ex. 2. autem pulsum genere, quod à ratione extensionis arteriarum de-

Pulsus ap- prehēdi- di modus triplex ē.

Leuis pal- patio.

Fortis cō- pressio.

Simplex appositio.

Naturalis arteriarū pulsus.

li. de pul- ad tyron. cap. 2.

Non natu- ralis pul.

lib. 1. de di- ferē. pul- c. 3. et pau- lus lib. 2. c. 12.

10. ex pul- sib. exist. genera.

lib. 4. col. cap. 17.

Ex. 1. dul- gene diff.

Celer.

Tardus.

Ex. 2. pul- suū gene- diff. 3

prehenditur, tres utiq; producuntur differentia, scilicet longus, latus & altus. Cum enim arteria corpus sit, duplici tunica constans, ideo que a venae corpore dissidens, quia unica solum conflat tunica, autore Gal. necessarium idcirco fuit, quod quidem arteria corpus fuerit secundum trinam dimensionem motu scilicet secundum latum longum & profundum: cum itaque corpus omne, eisdem tribus dimensionibus conflat, testate philosopho necessarium ideo fuisse arbitror quod pulsus sub ratione extensionis arte consideratus, secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem differri tenetur. Pulsus itaque longus ideo dicitur, quia naturalem pulsus extensionem transcedit ille est, qui longiorem quam pro sui natura exigitur, edit pulsationem: est utique propria & naturalis pulsus longitudo, quatuor digitorum mensura, docentem Isaac lib. 7. theor. cap. 2. & merito quidem quatuor digitorum mensura, siue spatium propria ac naturalis pulsus longitudo nobis pensitanda est, si quidem proprie non nisi quatuor digitis arteria apprehendi potest: unde non sine ratione ipsorum digitorum spatium propria pulsus longitudo dicendum est, cuius denique pulsus principales causae sunt, velut instrumenti ariditas & tensio, necnon & carniarum circumiacentium liquefacio, nihilo tamen obstanti: quibus intellectis alius ipsi longo pulsus contrarius existit, qui brevis dicitur, & non sine iure postquam longum & breve inter se opponuntur, qua prore quid sit, & a quibus oriatur causis, ex praedictis constat, si qui

Lib. 6. de usu. par. Vena & arteria differentia sunt.

Corpus tribus conflat dimensionibus. li. 1. de cel. & mund. c. 1. et Gal. le. li. d. pulsibus ad tyr. ca. 2. neco. & Paul. li. 2. cap. 12.

Longus natus puls. longitudo

Brevis

dem contrariorum contraria sunt causa: latus item pulsus ille est, qui maiore, quam pulsus naturalis latitudine producit, vel qui in latitudine digitos ipsos exire conspicitur, cuius itaque causa superabundans humiditas existit, siue secundum naturam seu ab externis causis producta fuerit, humiditatis namque causa reditur utique arteria laxior, quare et ad latitudinem superflua obnoxia fatiuntur cui autem lato pulsui, alius est oppositus, qui angustus dicitur, ideo quidem quia latum et angustum contrariantur, cuius utique definitio et causa ex praedictis constabunt: Altus denique pulsus ille nobis dicendus est, qui altitudinem maiorem, quam naturalis pulsus efficit, qui enim ob instrumenti mollitiae facultate simul adacta progignitur, autore Paul. cui autem alius apparet ipsi alto oppositus, qui humilis siue profundus, nobis vocatur cuius natura et quidditas, ex alti pulsus intelligentia elucescet, e quibus nempe tribus differentiis longi scilicet, lati, et alti, simul adactis, alia componitur quae magnus dicitur pulsus: unde quidem, qui longitudine, latitudine, et profunditate adactus fuerit pulsus, magnus nobis censendus est, cuius utique pulsus causae validitatis facultas et caliditas plus equo in corde redundans, sunt a valida utique virium facultate, pulsus magnitudo exorditur, necessaria nempe ad eam redundante caliditate contemperanda: oritur autem huiusmodi pulsus, ob organi mollitiae, diastoli obedientem augetur enim in corde nimius calor, huiusmodi pulsus excitatus, vel propter causas naturales quales sunt flores siue virilis aetas et pueritia, aut denique calida temporis constitutio, vel

Partis.

Angustus.

Altus.

Parte superius citata.

Humilis siue profundus.

Magnus pulsus compositus est.

Naturalis causa.

vel regio, atque calidius temperamentum, haec utique pulsus magnitudinem efficiunt, tum ob validam virium facultatem, tum etiam ob refrigerij necessitatem, quam super excellentens caliditas exigit, augetur amplius in corde calor, ob praeter naturales causas quales sunt, calidus balneorum usus, necnon & exercitium, quod utique vehemens motus est, autore Aetio, cuius ratione eodem autore. 3. cap. eiusdem sermonis exercitationibus omnibus calor innati corporibus augmentum commune est, ciuaria etiam calidiora quam oportet, necnon & potiones calidiores, ac medicamina eadem facultate praedita, humorumque corruptio siue putrefactio, ac denique furor seu ira causa, non naturales sunt. Calorem in corde plus iusto, coacervantes, quibus intellectis a quacumque causa nimius calor in corde consecutus fuerit, animaduertendum est, quod regulariter ad eius calidam distemperiem obtemperanda, primum magnitudo acquiritur, deinde vero ubi magnitudo non suffecerit, succedit ad eundem restaurandum usum protinus & velocitas, tandem autem & frequentia simul. Unde colligitur quod deficientem magnitudine eadem velocitate, recuperatur, sicuti cum deficit velocitas eam frequentia supplet: unde excerpimus, ut exigente causa calida, pulsus magnitudinem, virtute non constante, quod ea pulsus subsequenti celeritate recuperatur, si quidem debilis natura, pulsus magnitudinem efficere non valet, postquam a debili virtuti, non nisi gracilis exorditur pulsus, & si forte celeritas defuerit, frequentiam utique

pernatales causas. Sermo. 3. cap. 2. exercitium quid.

Non naturalis causa.

consequentem necessariam habebimus, ac eius pulsus usum obtemperandum, & haec utique perutilis ac scitu necessaria methodus est, quae iu huiusmodi pulsibus seruat. Quibus praelibatis parvus pulsus nobis explicandus sequitur, ipsi magno omnino contrarius, qui ille est qui trina dimensione in minutus apparet, si quidem ipsi contrariatur magno: unde ex contrariis causis ab ipso magno parvus excitari pulsus minime dubitauimus: ex. 3. pulsuum genere, quod sub rationem vitalis facultatis consistit, tres ex tono virium proficiscuntur pulsuum differentia, scilicet vehementis, debilis, & inter eos medius. Vehemens ergo pulsus est, qui vehementer sensum tactus ferit, aut qui cum remissu quodam pulsare visus est: considerandum autem censo, quod vehemens pulsus, aut semper talis apparet, vel modo vehemens, modo vero languidus siue gracilis, pro cuius rei intelligentia consideranda eadem vehementiae inaequalitas est, quae ubi apparuerit: indicavit utique ex humorum copia, quo ad vires grauatione, uti docetur ex Gal. cuius verba sunt, ubi arteriarum nunc languidus pulsus est: nunc vero vehemens vitalis facultas, non quidem per se imbecilla est, sed humorum abundantia grauatur: ideoque tunc natura defessorum morem sequitur, eo quod humorum superabundantia, natura oppressa non potest continuam eque vehementiam seruare, sicuti & defessi, nec nimium onus perpetuo ac incessanter tollerare, unde itaque ex maiori vel minori virium agnatione, coniectabitur utique maior aut minor humorum noxium, redun

Ex. 3. pulsuum genere differentia. 3. ex tonorum proficiscuntur.

Lib. 4. de presag. ex pul. c. 1.

redundantia, quibus intellectis, si cum renisu vehemens pulsus pulsare videatur dicemus, haud dubio validum facultatis vitalis robur adesse, postquam huiusmodi pulsus a valida virium facultate exorditur, nullo tamen obianti interuallo, videlicet, uti si deficiat eius usus, aut instrumenti durities, quæ non modicum iubant pro pulsus vehementia comparanda: cui autem languidus seu obscurus, succedit pulsus ipsi vehementi oppositus, qui ille censendus nobis est, qui imbecille satis atque obscure sensum tactus impellere videtur, quæ denique imbecillitas si in multum tempus æqualis porrigitur, essentialem utique vitalis facultatis gracilitatem significavit, autore Galen. cuius verba sunt, Pulsus per se & æqualiter languidi infirmam vitalem facultatem indicant. Medius denique inter eos est pulsus, qui mediam quandam naturam ad utrumque servat: à quarto amplius ex pulsibus genere, quod circa organi seu instrumenti constitutionem siue substantiam versatur, tres quoque oriuntur differentiæ, videlicet durus & mollis, & inter eos mediocris. Durus ergo pulsus ille nobis dicendus est, ubi eiusdem arteriæ corpus durius ac aridius, quam pro sui natura exigitur, manifestatur, cuius principales causæ ipsam efficiunt pulsus, sunt organi seu instrumenti durities, & frigus nimis intensum, necnon & siccitatis, at denique arteriarum extensio ob inflammationem facta, quæ omnes causæ pulsus duritiem efficiunt. Mollis autem arteriarum pulsus per duri contrarium definiendus erit, quandoquidem ipsi duro

contrarius est, ideoque mollis pulsus ille censendus est, qui molliorem producit arteriam. A molli namque organo, mollis excitatur pulsus, aut denique mollis pulsus dicendus est, qui digitorum contactum multa cum suavitate percipit ita quidem ut ab eis digitis separari sentiat, uti docetur ex Isaac, cuius denique pulsus, principium & origo humiditas est: quare ab humiditate arteriæ mollis procreatur pulsus: suavem utique ictum efficiens. Mediocris inter eos pulsus ille denique erit, qui medium inter utrumque tenet: ex quinto ulterius pulsuum genere, quod sub ratione quantitatis plenitudinis arteriæ consideratur. Tres enim progignuntur differentiæ, scilicet, plenus, vacuus, & medius. Plenus itaque pulsus, autore Galeno, lib. de differentiis pulsuum, cap. 21. ille est qui plenior ex materiæ infusione ostendit arteriam, aut denique corpulentior, uti ex Paulo docetur, Archigenis sententia, vel ille erit qui quadam cum humiditate, quo ad sensum tactus reducere videtur uti demonstratur ex Isaac doctrina loco nuper citato, quid ergo dicendum erit ex Gal. dicente, quod pulsus plenus nobis comprehendere non potest, postquam ex eo definitur. Dicendum igitur est, quantum coniector quod Gal. ubi dixit quod pulsus plenitudo deprehendere non potest intelligendum est, nos non posse comprehendere humorum quo arteria sit plena: eius tamen plenitudinem bene, et hac utique ratione negavit Gal. nos non posse pulsuum plenitudinem cognoscere, cuius pleni pulsus respectu alius succedit, qui vacuus dicitur declarandus, et ille est qui ebullitioni

tionis, siue bulæ aquæ inflatæ, consimilem diastolem, id est, sublationem efficit. Mediocris denique ille erit, qui medio modo ad utrumque se habet. Ex. 6. autem pulsuum genere, quod in ratione caloris seu qualitatis instrumenti consideratur, tres etiam procreantur pulsus differentiarum, videlicet calidus & frigidus, & temperatus siue medius. Calidus igitur ille nobis dicendus est, ubi eius qualitatem calidam sensu tactus perciperimus, & clarius autore Isaac, cuius verba sunt, tunc calidus pulsus nobis censendus est, quando digitorum extremitatibus, calidiorè quàm oportet arteriam percipierimus postquam a calidiori quàm oportet arteria, calidus progignitur pulsus qui tandem oritur ob calorem in ipsius arteriæ substantia in faretum, quæ utique, ex materia pura ex sanguine & spiritibus intra vasa contentis, vel tra modum calefactis acquisiuit. Frigidus autem pulsus, frigidiorè quàm oportet excitat arteriam, videlicet, aut ob intemperiem frigidam, vel propter ipsius arteriæ frigidiorum ac crudorum humorum plenitudinem. Temperatus autem siue medius ille erit ad utrumque, qui quo ad sensum tactus, nec calidior, neque frigidior quam oportet percipitur, sed medius a 7. præterea pulsuum genere quod sub ratione temporis quietis deprehenditur tres quoque progrediuntur differentiarum, scilicet frequens seu creber & rarus, ac denique mediocris. Frequens itaque pulsus ille est, qui utraque quiete externa scilicet & interna brevi temporis spatio quiescit, quarum utraque externa quies, necessarium cordi refrigerium præstat: interna vero fuliginosorum humorum expulsionem

molitur, quæ utique exacte sensu tactus minime nobis comprehendere potest, licet intellectus opere percipiatur, eo quod si quid movetur sub ratione motus propter quietem moveri dicitur, non vera tamen siue spuria interna quies, bene quidem nobis comprehenditur, videlicet quatenus est, diastolis quo ad sensum tactus principium, & ipsius systolis finis: quod itaque principium recte nobis percipitur. Unde & interna non vera quies, cuius enim pulsus frequentia causatur, ob caloris excessum & debile, vitalis facultatis robur, ea quidem ratione, quia caloris excessus, magno indiget refrigerio. Debilis namque natura, cum semel non valet, ob eius gracilitatem magnum refrigerium præstare molitur, eum frequentia recuperando. Unde pulsus frequentia excitatur: rarus autem pulsus ipsi crebro oppositus ille erit, qui multo temporis interuallo, utraque quiete quiescit, quarum externa minorem refrigerationem necessariam esse indicat, postquam multo tempore, ibi quiescit arteria, interna vero maiorem fuliginosorum humorum expulsionis necessitatem, si quidem multa temporis inter capedine, ibi arteria quiescit, non utique parvo temporis spatio, multa excrementorum copia expedit, ac diffuari potest, quæ enim ut expellatur, sistolis, id est submisionis arteriæ, ratione necessum est, ut multo tempore: tunc quiescat arteria. Unde excipitur ut si in quiete externa, arteria brevi tempore quiescat, & in interna multo, quod illud multum calorem adesse indicat, hoc vero non paucam excrementorum quantitatem

Interna pul. quies quid pertendit.

Languidus seu obscurus.

Lib 4. de presig. ex c. ultimo.

mediocris

Durus.

Mollis.

Medius.

Ex 6. pulsuum genere 3. producuntur differentie.

Calidus.

Frigidus.

Medius.

Ex 7. pulsuum genere 3. differetie.

Frequens seu creber

Externa quies pulsus quid pertendit.

Li. 7. the. ca. 3.

mediocris

Ex 5. pulsuum genere 3. diff.

Lib. 3. de diff. puls. c. 5. lib. de dignos. c. 8.

Longa externa quiete externa, longo temporis spatio quiescat: interna vero breui, prius intermū utiq; modicū caloris excessum esse indicat, secundum vero modicā fuliginosorum humorum copia qui deniq; rarus pulsus ob inopiam caloris, & vitalis facultatis roboris excitari nulli erit dubium: medius tādē pulsus ille erit mediū utriusq; respectu tenorem seruans ex. 8. pulsum genere quod *μακροβραχὺς* est, id est, secundum ordinem certa ratione & methodo dispositum duæ potissimum differentię nascuntur, scilicet *εὐρυθμὸς*, hoc est cōsonus, & perfectus rhythmus, καὶ *ἀρρυθμὸς*, id est, malus & dissonus rhythmus: absolute enim rhythmus, quēdam pulsus methodus atq; proportio est, quæ certo ordine vnus sæpe tēporis respectu ad aliud seruatur, rursus itē *ἀρρυθμὸς*, hoc est prauns rhythmus seu ordo trifariam diuiditur, videlicet in pararhythmū & eterorhythmū, ac in rhythmum. Pararhythmus igitur est quod mediocrem quasi iam a proxima mantem, bonæ consonantiæ deprauationem habet, verbi gratia cum puerilis ætas non seruat pulsus suæ ætatis ordinem ac proportionē, sed sibi proxime iuuenilis nempe. Eterorhythmū autē est quod non solum semel permutatū vicinæ ætatis pulsus proportionem haud seruat, sicuti nec propriam, sed remotiorē utique retinet, exempli gratia, cum eadem puerilis ætas suæ non tantū, utrum etiā nec proximæ ætatis proportionem pulsus, & ordinem seruat, sed remotioris senilis nempe: Ecrhythmon denique est, quod toto (quod aiunt) cœlo avertit aberrat, & clarius quod omnimodam

Medius. citari nulli erit dubium: medius tādē pulsus ille erit mediū utriusq; respectu tenorem seruans ex. 8. pulsum genere quod *μακροβραχὺς* est, id est, secundum ordinem certa ratione & methodo dispositum duæ potissimum differentię nascuntur, scilicet *εὐρυθμὸς*, hoc est cōsonus, & perfectus rhythmus, καὶ *ἀρρυθμὸς*, id est, malus & dissonus rhythmus: absolute enim rhythmus, quēdam pulsus methodus atq; proportio est, quæ certo ordine vnus sæpe tēporis respectu ad aliud seruatur, rursus itē *ἀρρυθμὸς*, hoc est prauns rhythmus seu ordo trifariam diuiditur, videlicet in pararhythmū & eterorhythmū, ac in rhythmum. Pararhythmus igitur est quod mediocrem quasi iam a proxima mantem, bonæ consonantiæ deprauationem habet, verbi gratia cum puerilis ætas non seruat pulsus suæ ætatis ordinem ac proportionē, sed sibi proxime iuuenilis nempe. Eterorhythmū autē est quod non solum semel permutatū vicinæ ætatis pulsus proportionem haud seruat, sicuti nec propriam, sed remotiorē utique retinet, exempli gratia, cum eadem puerilis ætas suæ non tantū, utrum etiā nec proximæ ætatis proportionem pulsus, & ordinem seruat, sed remotioris senilis nempe: Ecrhythmon denique est, quod toto (quod aiunt) cœlo avertit aberrat, & clarius quod omnimodam

Rhythmus quid. licet *εὐρυθμὸς*, hoc est cōsonus, & perfectus rhythmus, καὶ *ἀρρυθμὸς*, id est, malus & dissonus rhythmus: absolute enim rhythmus, quēdam pulsus methodus atq; proportio est, quæ certo ordine vnus sæpe tēporis respectu ad aliud seruatur, rursus itē *ἀρρυθμὸς*, hoc est prauns rhythmus seu ordo trifariam diuiditur, videlicet in pararhythmū & eterorhythmū, ac in rhythmum. Pararhythmus igitur est quod mediocrem quasi iam a proxima mantem, bonæ consonantiæ deprauationem habet, verbi gratia cum puerilis ætas non seruat pulsus suæ ætatis ordinem ac proportionē, sed sibi proxime iuuenilis nempe. Eterorhythmū autē est quod non solum semel permutatū vicinæ ætatis pulsus proportionem haud seruat, sicuti nec propriam, sed remotiorē utique retinet, exempli gratia, cum eadem puerilis ætas suæ non tantū, utrum etiā nec proximæ ætatis proportionem pulsus, & ordinem seruat, sed remotioris senilis nempe: Ecrhythmon denique est, quod toto (quod aiunt) cœlo avertit aberrat, & clarius quod omnimodam

Pararhythmus. hoc est prauns rhythmus seu ordo trifariam diuiditur, videlicet in pararhythmū & eterorhythmū, ac in rhythmum. Pararhythmus igitur est quod mediocrem quasi iam a proxima mantem, bonæ consonantiæ deprauationem habet, verbi gratia cum puerilis ætas non seruat pulsus suæ ætatis ordinem ac proportionē, sed sibi proxime iuuenilis nempe. Eterorhythmū autē est quod non solum semel permutatū vicinæ ætatis pulsus proportionem haud seruat, sicuti nec propriam, sed remotiorē utique retinet, exempli gratia, cum eadem puerilis ætas suæ non tantū, utrum etiā nec proximæ ætatis proportionem pulsus, & ordinem seruat, sed remotioris senilis nempe: Ecrhythmon denique est, quod toto (quod aiunt) cœlo avertit aberrat, & clarius quod omnimodam

Eterorhythmus. hoc est prauns rhythmus seu ordo trifariam diuiditur, videlicet in pararhythmū & eterorhythmū, ac in rhythmum. Pararhythmus igitur est quod mediocrem quasi iam a proxima mantem, bonæ consonantiæ deprauationem habet, verbi gratia cum puerilis ætas non seruat pulsus suæ ætatis ordinem ac proportionē, sed sibi proxime iuuenilis nempe. Eterorhythmū autē est quod non solum semel permutatū vicinæ ætatis pulsus proportionem haud seruat, sicuti nec propriam, sed remotiorē utique retinet, exempli gratia, cum eadem puerilis ætas suæ non tantū, utrum etiā nec proximæ ætatis proportionem pulsus, & ordinem seruat, sed remotioris senilis nempe: Ecrhythmon denique est, quod toto (quod aiunt) cœlo avertit aberrat, & clarius quod omnimodam

proportionē ac methodum peruenit & corrumpit ita quidem ut nullius ætatis proportionem, & ordinē seruare visum est. Aduertendum tamen est, quod idē, quod de ætatibus prædictum est, de temperaturis etiā ac locis, necnon & anni tēporibus regionibusue intelligendum erit. Eurythmus deniq; bonus seu perfectus rhythmus, ex optima corporis temperatura & constitutione excitatur, arythmus vero, hoc est malus & imperfectus rhythmus, vice versa scilicet ex malo temperamento, & prauo corporis habitu, qui utiq; habitus docente Galemo, ille est censendus, vbi cuiuslibet rei habitudo male adherens atq; omnino infirma apparuerit: vnde totius corporis bonus habitus erit, cum eius habitudo bene adherens, altiusq; fixa fuerit, ad bonas & perfectas obeundas actiones: vnde colligitur quod bonus rhythmus in motu atq; quiete æqualis optimam & incupatam totius corporis temperiem, & constitutionē designauit, si vero ipsius pulsus rhythmus, motus & quietis respectio inæqualis fuerit: verbi gratia, cum si quietis tempus arteriæ longius apparuerit, quam ipsius arteriæ fuerit motus, aduertendū est, quod caloris excessum & qualitates alias longe lateq; superabundare ostendit, testante Paulo: quod utiq; in ætate florenti datur intelligi, in qua tēporis motus breuior apparet, quā ipsius pulsus fuerit quietis, cuius quietis inter capedo longior est, quā ipsius pulsus motus, ea nempe ratione, quia ætate ea nō paucavchemeris caloris copia abūdāt. ut patet. Si vero quietis interuallum breuius fuerit, quā ipsius motus, & motus autem inter capedo

Bonus aut malus habitus corporis quid

Lib. 2. c. 12.

capedo, longior quam ipsius quietis interuallum, frigidum temperamentum, excellere omnibus in confesso est, si quidem in senili ætate, idem compertum satis est, postquam in ea eius frigiditatis causa, tempus motus longius existit, quam ipsius quietis, & eius vero interuallum quietis breuius quā ipsius inter capedo motus: quibus intellectus ad nonū expulsiuis genus trāsferre oportet: quod utiq; versus æqualitatem & æqualitatem pulsus attingit. Quobrem duæ eius generis, potissime gignuntur differentię, scilicet æqualis, & inæqualis: æqualis itaque absolute pulsus, ille nobis intelligendus est, qui ex omni parte, vniformem ac quod æqualem proportionem retinet, qui utique ab optimā firma, constantique corporis commensuratione: et si in inertia producitur: non autem absolute æqualis pulsus ille est, qui speciatim æqualis dicitur, si quidem non ex omni parte, neque ex toto æqualis existit, sed solummodo, in vno, duobusue aut tribus pulsuum generibus, uti sequentibus declarabitur. Inæqualis autem pulsus absolute ille nobis censendus est, qui ex omni parte, seu in singulis simul ex pulsibus differentijs omnino inæqualis apparet: qui utiq; pulsus ex firma corporis distemperie, atque virtutis grauatione proficiscitur: firma enim temperies, aut distemperies, & consimiliter vitalis facultatis vexatio, firmum ac constantem distemperamenti aut temperamenti ordinem portendunt. In æqualis vero non absolute ille erit pulsus, qui non in totum inæqualitatem representat, sed in vno solum pluribusue generibus, nō tamen in

Inæqualis absolute pulsus.

Equalis simpliciter.

Equalis speciatim.

Inæqualis absolute pulsus.

Inæqualis particula tim.

omnibus, absolute ergo æqualitas, aut inæqualitas pulsuum, vifariam nobis consideratur, scilicet aut sub vnica solum arteriæ pulsatione, vel sub pluribus. Quæ igitur sub vnico pulsu cōsideratur, singularis ac simplex proprie appellatāda est, ea quidem de causa: quia sub vnico singulari ac simplici pulsu reperitur: quæ vero sub pluribus arteriarū pulsationibus, iudicatur *συσματική*, lat. collectiua siue glomeratiua dicitur, ea nempe ratione, quia in pluribus pulsus percussionibus adiuuenitur, quibus probe intellectis, singularis æqualitas aut inæqualitas, dupliciter consideranda est, scilicet in vna solum arteriæ parte, & sub vnico digito, aut sub diuersis ipsius arteriæ partibus, & pluribus digitis, quare vbi sub vnica arteriæ parte, & vno digito fuerit, duobus modis fit, aut in ratione motus arteriæ, vel in ratione ipsius arteriæ situs & loci. Ab ea itaque pulsuum singulari in æqualitate, quæ solū in ratione motus consideratur, quatuor pulsus exordiuntur differentię scilicet inæqualiter pulsus motus, & deficiens siue intermittens pulsus, sub vnica tantum pulsationis diastole & caprizans seu capreolus pulsus & bisferiens pulsus: inæqualiter igitur seu imparcitus pulsus in vno pulsu ac vni coarteriæ parte, & sub vno digito, alias cōtinuus dispar dicitur, ille nobis censendus est, vbi cōtinuo motu permanens a velocitate interditatē transit, & ē contra videlicet, quā diastoles, hoc est pulsus dilatio, Pulsus in eius cōtinuo motu, tarde ab eius diastole in æqualiter motus. motus.

æqualitas aut inæqualitas singularis

Systematica qualitas.

Pulsus in æqualiter motus.

ab eiusdem contractionis exordio, ad suum vsque finem, qui ipsius dia-
stolis principium dicitur, continuo
motu citatur, aut e contra, scilicet
cum sistoles tardatur, & diastoles
ad complendum motum citatur, qui
vtrique pulsus, nec absque ratione
imparitatus dicitur, postquam in
æquali, ac impari motu mouetur,
qui vtrique fere idem, *αυξησις* & *συστολις*
αυξησις, hoc est caprizans pulsus, por-
tere videtur, vti inferioribus mihi
explanabitur: *αυξησις* autē, hoc
est, intermittens pulsus, sub vnica
pulsationis dilatione, illa est, qui
in medio diastolis intercidi, quodā
modo videtur, tandemque, protinus
ipsius diastolis complet motionem
qui denique intercicens pulsus, ab
eisdem oritur causis à quibus & de-
ficiens, de quibus cum de deficien-
tibus pulsibus, inferius disserueri-
mus, disceptauimus: *αυξησις* am-
plius, hoc est, caprizans pulsus, ille
nobis dicendus est, qui celeritate in-
cipiens, vsq; ad sistolis initiū, quod
diastolis dicitur finis, ibi quodā mo-
do detineri videtur, & statim tardā
efficit, sistolis contractionem, aut
vice versa, scilicet quando sistoles
in sui motione citatur, & diastoles
tarde procedere videtur, qui enim
ad stipulari visus est, inæqualiter
motu siue in par citato, in eo videli-
cet, quod tarde incipit, & velociter
desinit, aut e conuerso, qui etiam in
termittenti, cōuenire videtur, quia
prædicta ratione, intercidiere quo-
dam modo apparet, vnde colligi-
tur, q̄ ex eorum natura, caprizantis
pulsus compositio constat, etiam si,
capreoli pulsus, causæ, non conue-
niant, cum ipsius intercidentis pul-
sus causis, vti constat, qui denique
caprizans pulsus, ideo ex antiquo

Intermit-
tens pul-
sus.

Caprizans
pulsus.

sermone dicitur est, quia ad eū-
dem vtrique modum, moueri appa-
ret, quo quidem, capra, atq; capreo-
lus, suum incipiunt saltum, quo ita
que ab eis semel, celeriter incepto,
quasi in aere, apsi detineri videntur,
ac deinceps ad finiendum mo-
tionem eam tardiori motu proce-
dunt, aut e contra, cum tarde motū
incipientes, quasi in aere sublimes
detinentur, tandem vero citatioribus
ad finiendum motum reduntur, qui
denique e caprizans pulsus, præter na-
turam febricitantium feruores cō-
mitatur, vti recte intuenti fiet con-
spicuum satis, manifestum vtriq; est
febrili infestate morbo, vt si tardo
motu diastoles procedat, quod mo-
dicum eius caloris excessum, tardi-
tas ea indicat, si quidem eius diasto-
lis vsus est refrigerium præstare,
postquam natui caloris simmetriā
non tantum conferuat, verum etiā
multoties id quod extinguitur, ac
cendere visus est, autore Galeno,
cuius verba sunt: *Η μὲν γὰρ διαστολή,*
καθ' ἃπερ εἰσπνοὴ τῆς ἐμφύχουσα, τὸ ἔ-
*περὶ βάλου, τῆς φλογώσεως, καὶ τῶν πύρι-
ανάπνοσα, τὸς βενουμυθίου, hoc est, Dila-*
tio enim vt inspiratio quædam flā-
mæ excessum refrigerat, ac ventilā-
do, id quod extinguitur accendit,
quam sane sententiam reddit Gale-
nus ipse, dicens: *τῶν ψυχρότερον, οὐσαυ-*
τὴν καρδίαν, ἐκλελυ μῆκος ἐπιπνευ-
γίαν ἰέναι, δὲ μίαν ἐπιμόνην τρεῖς τὴν,
τῆς ριπνοῦς ἀπολοκύναι ἢ δὲ τὴν ἐπι-
σαν τὴν μείζονα τὴν, τῆς ἐμφύχου, hoc
est. Ea propter, quia cum imbecilli-
tate refrigeratum cor altero autem
maiorij refrigerij vsu amisso, ob v-
nicum solum, ventilationis vsu,
adhuc operatur, vnde cōstat, quod
diastolis vsus non solum refrigera-
tionem præstat, sed etiam & quod

Caprizans
cur dicitur

Li. 2. præ-
dict. ex-
puls. c. 2.

Vsus dia-
stolis.

Li. 3. præ-
sagat. pul-
su. c. 4.

fere extinctum est, ventilando ac-
cendit: quibus intellectis de dicro-
to pulsu differendum superest, *Διχρο-*
το ὀμοσφυγικός; hoc est, bis feriens
ideo dicitur, quia ex genere *Διχρο-*
το, id est, Bis pulsantium existit ad
vnum tantum arteriæ pulsus per-
tinet, vti ex Galeni documētis con-
stat, qui autem Martelinus ex Isaac
dicitur, eo quod, ad eūdem modum,
quo Martelus siue maleolus, ab in-
cude resiliat, conspicitur, duos aut
tres redens ictus, apparet etiam &
ipse dicrotus, in sui percussione, vti
ex diffinitione fit manifestum: est igitur
dicrotus pulsus, ille qui eius dia-
stole, vehementer percutit digitum
cuius ratione prius quam finiat si-
stolem sequentem, resilit iterum di-
gitum percutiens, maleoli more, cu-
ius deniq; præcipue efficientes cau-
sæ sunt instrumenti durities, vna cū
firma virium facultate, licet tres al-
ij elegantes modi describuntur, ex
eruditissimo doct. Ferdinan. à Me-
na magistro meo sua de pulsibus ad
tyrōnes perutili expositione quibus-
querendi erunt: hisce hactenus ex-
positis, sequitur de ea pulsuum in-
æqualitate, quæ sub vno pulso, &
diuersis digitis, necnon & arteriæ
partibus fit, verba facere, ex qua ita
que pulsuum in æqualitate, tres pro-
grediuntur differentiæ, scilicet, *μει-*
ρητος, hoc est, decurtatus, æquali velo-
citate continuus, & decortatus con-
tinuus in æqualiter motus, ac decur-
tatus intercicens: decurtatus itaq;
cōtinuus, æquali velocitate, ille est
arteriarum pulsus, qui continuo æ-
qualiter motus, minor in secundo
digito quam in primo sentitur, ac
denique minimus in quarto quam
in tertio qui ideo mutilus, siue for-

Li. 7. the-
or. cap. 3.

Decurta-
tus conti-
nuus æqua-
liter motus

dina cauda, in vna arteriæ percus-
sione, & sub diuersis digitis, ac plu-
ribus arteriæ partibus, dicendus est.
Qui vtrique pulsus, ob naturæ graci-
litatem, propter nimiam humorum
redundatiam oboriri fertur: decur-
tatus autem cōtinuus, in æquali mo-
tione, ille est, qui suo continuo mo-
tu, quibusdam digitis, citius quibus-
dam vero tardius percipitur, cuius
denique efficiens causa, eadem est
quæ decurtatum continuū, & æqua-
liter motum efficit, nisi quod maio-
rem humorum copiam indicat, cuius
rei inditium in æqualitas motus
existit, vt patet: decurtatus denique
intercicens ille erit, qui digitis qui-
busdam non sentitur, quibusdā ve-
ro obscure, licet manifeste, qui deni-
que maioris causæ augmentū, quam
reliqui duo inuit, ob sui nempe pul-
sandi methodū. Hactenus ergo ex-
posuimus de pulsuum, in æqualitate
sub vnico pulso, & vno digito, ac
vnica arteriæ parte, necnon & sub
pluribus digitis, & diuersis arteriæ
partibus, ex parte motus, in præsen-
tia vero, consequens est, de eo pul-
su, qui sub diuersis digitis, & arte-
riæ partibus est ex parte situs, siue
loci differere. Inæqualis igitur pul-
sus, sub vnico pulso, & diuersis digi-
tis ac arteriæ partibus, ex parte ip-
sius arteriæ situs, siue loci, ille est,
qui secundum quasdam arteriæ par-
tes, sursum, deorsumue aut retror-
sum, dextraorsum, vel denique sini-
strorsum, moueri dicitur: ex qua ita
que pulsationis methodo, sex pro-
ducuntur pulsuum differentiæ, sci-
licet: *ἰσμοσφυγικός*, id est vndosus: *κοιλ-*
οσφυγικός; hoc est vermiculans: *ἰ-*
σμοσφυγικός, seu formicās: *καὶ ἐμπερι-*
σφυγικός, seu ferratilis siue ferrinus. Vndo

Decurta-
tus inæqua-
li motu cō-
tinuus.

Decurta-
tus inter-
cicens.

Inæqualis
pulsus sub
vnico pul-
su & di-
uersis di-
gitis, nec-
non & ar-
teria. par-
tibus ex
parte si-
tus.

Vndosus pulsus. sus igitur siue fluctuans pulsus, ille censendus nobis est, vbi tota arteria suo continuo motu, vndarum instar dilatare videtur, ob quam utique similitudinem, & proportionē vndosus seu fluctuans pulsus dictus est, quemadmodum utique ipsarum vndarum, vna alterā præcedit, ita quidem influtuanti siue vndoso pulsu, prima arteriæ pars, suo cōtinuo motu, seu sursum in .i. digito dilatatur & .2. ipsius arteriæ pars, tanquā deorsum in .2. & sic de singulis. Vnde dicitur quod eadem arteria, modo dextrorsum, modo sinistrorsum nunc late, nunc vero angustæ, mouetur, qui denique pulsus, vt plurimum humidus comittatur morbos siquidem morbi humidus, ab humida causa, ipsos, & arteriam humidā efficiente ob oriūtur, vnde huiusce modi pulsus, peculiaris existit, tum peripneumoniæ, lethargo, quē non nulli veterum vocitāt, tum etiam leucophegmatæ, & consimilibus.

Vermiculans pulsus. Vermiculans autem pulsus, ille est qui vndosi seu fluctuantis morem sequitur, quare ex ipso fluctuanti pulsu, idem vermiculans subsequitur: videlicet, vbi virium robur labefactari cœperit, cōsiderandum tamen est, quod vermiculans pulsus, minor quare & languidior ipso vndoso existit, fluctuans vero maior, vnde & vehementior quam vermiculans, licet scoltici *ζωη* velocior, ac frequentior quam vndosus apparet qui tādē vermiculans, idcirco dicitur est, quia in suo motu vermium frequentiori motui, adsimilare videtur.

Formicans pulsus. Formicans item pulsus, qui ex ipso vermiculanti pulsu subsequitur ille est, qui cōsimilem facit motum, qualem & vermiculosus nisi

quod mirmici *ζωη* minor, vnde & languidior quam fluctuans necnon & frequentior apparet, siquidem ab imbecilla valde virtute progignitur, qua ergo ratione minim^o omnium multis dicitur, cui utique pulsu præfixus, & hæcticus, pulsus, ad stipulatur, vti ex eorū ratione constat, qui denique formicans pulsus, ideo nobis dicitur quoniam gresui animantis, quod *μύρμικα*, hoc est formica dicitur ad stipulatur. Pasmosus autem seu conuulsibus pulsus ille est, qui vtrinque extremitatum finibus pro tractus siue cōuulsorius apparet chordæ extēse instar sensationum efficit, qui denique causatur, quoties neruorum principium seu caput, aliqua laborauerit, inflammatione. Vibrans tandem pulsus, alias ramosus dicitur, ille nobis censendus est, quādo ipsarum arteriarum partium quædam sursum, quædam vero deorsum feruntur, qui utique motus, non paucam similitudinem & proportionem, cum ramis, violēta percussione emissis portēdit. quare vt existimo, ramosus dicitur excitatur enim cum necessitas magnam diastolem exigit, ob multum nempe caloris febrilis incendium, qua pro re in huiusmodi vibranti pulsu, diastoles maior quā sistoles existit, oritur denique ramosus pulsus, à valida viriū facultate, ex qua valēs arteriæ percussio producitur. Serratis in summa pulsus, tunc intelligendus est, quotiescunque, quædam arteriæ parte dilatata, altera minus ob instrumenti duritiem, subleuari videtur, itaq; ac si ferræ modum feruaret, vnde quidē ferrinus pulsus dicitur est: producitur denique huiusce modi pulsus in inflammationibus

Pleuritis quid.
Lib 6. 4.
pho cō. 3.
et li 5. de
1. et pat. c.
2.

Ex sistematic pulsu inaequalitate diffignuntur.

tionibus in partibus neruosis, ob ortis, quare peculiaris existit, serrans pulsus pleuritidi, quē inflammatio est membranz costas subcingentis, auctore Gal. Hactenus ergo de singulari pulsu inaequalitate quæ sub vno pulsu consideratur, expositum est: nunc vero de systematica, hoc est, glomeratiua, siue ex pulsibus collectiua inaequalitate, quæ sub pluribus pulsibus speratur, dicendū reor, a qua itaq; quattuor gignuntur ex pulsibus differentiæ, scilicet decurtatus simpliciter & vtriusq; extremi decurtatus siue reciprocus, alias circunuens vel recurrens ab Auicenna messalius dicitur & decurtatus deficiens, & deficiens simpliciter. Decurtatus igitur simpliciter pulsus ille est, qui a primo ipsius arteriæ in pulsu ad plures vsq; alios, gradatim ad minimū vsq; progressus, absque intermissione minoratur, qui denique mutilus, ac foricina cauda dicitur. Ea nempe ratione quia acutam formam, sicuti & muralis cauda representat, qui tandem ex indigētia vitalis facultatis exorditur, cuius ratione decurtationē facit: vtrinque autem decurtatus seu recurrens, sub pluribus arteriæ percussione pulsu ab barbarā sectantibus medicinā, retornatiua cauda foricina dicitur, duplex existit: quorum primus ille est, qui in principio magnus apparet, in minimū vsq; gradatim terminatur, vnde in magnitudinem resistit priorem: quare muralis caudæ representans formam, retornatiua foricina cauda dicitur. Altera itaq; decurtatus pulsus est, cui prior pulsatio maior est. 2. & 4. minor: 3. Et rursus ab eodem principio consimilem reddit ordinem: quorū denique

causa viriū imbecillitas existit, decurtatus deficiens, sub pluribus pulsationibus prædictis utiq; consimilis est: nisi quod in fine, videlicet dum in minimum terminatur deficit ob maiorem vitalis facultatis gracilitatem. Simpliciter deniq; deficiens pulsus ille est intelligendus, vbi cū ordine, vel sine eo vnus inter capedine pulsus, vel duorum, & fortassis trium, eius arteria quiescit, ita quidem ac si omnino vera esset, asphig-
Asphigia quid.
gia, hoc est pulsus priuatio, quæ denique ob pulsus oppressionē & grauationem virtutis, propter humorum redundantiā oritur: quam quidem pulsus modo fortes, modo vero languidi, vt superioribus explicuimus designant: ab hac utiq; causa procreatur, & intercidens pulsus sub vno pulsu, licet maiorem causæ augmentum simpliciter deficiens pulsus portendit, eo quod maiori humorum copia natura debilitata vltius progredi non valet, quam ob rem necessarium est omnino deficere, cuius ratione maiorem virtutis noxam deficiens pulsus, quam intermittens indicauit, qui utiq; intercidens pulsus, proprie de eo qui sub vnicō pulsu consideratur prædicare videtur, deficiens vero de illo qui sub pluribus vti ex Paulo demonstratur. Ex quo denique deficiente pulsu, extremam utiq; virtutis ruinam cōiectauimus: quibus expositis de decimo & vltimo ex pulsibus genere perstringendū sequitur, quod utiq; cum ex pluriū percussione inaequalitate producat, ab earum ordinatione & deordinatione exorditur, a quo itaque decimo genere duopotissimum enascuntur differentia, scilicet ordinatus & inordinatus.
Ordinatus

Ex 10. genere duopotissimum nascuntur differentia

ordinatus Ordinatus utiq; ille erit pulsus, qui continuo eadem methodo atq; proportionem prosequitur, siue qui equaliter aut inaequaliter procedere videtur certa methodo: unde ordinatus dicitur est. Inordinatus vero pulsus ille erit, qui ordine vacat, videtur utiq; quod ordinatus pulsus dicitur sit equalis: inordinatus vero, inaequalis. Verum tamen considerandum est, qd non in totu ita est, tantum enim qui equaliter procedit, ille ordinatus omnino existit, qui vero inaequaliter prosequitur, non semper inordinatus dicitur, si quidem inaequalis datur pulsus & cum ordine, vti inferius declarabitur. Ordinationis igitur aut deordinationis ex pulsum inaequalitate producta: quaedam ordinata & circinans est, quaedam deordinata secundum quod inaequalitas modo cu ordine, modo vero sine eo procedere videtur. Ordinata ergo diuersorum pulsum inaequalitas illa nobis censenda est, quae vbi pulsum ad motum citauerit rursus in idem unde inceperat, redit ipsum, videlicet vti duo apparuerint, magni pulsus equali vtiq; magnitudine, & totide parui, equali etiam paruitate, posteaq; eandem methodum & proportionem seruant, & eadem ratio habenda erit, cum si tres pulsus magni apparuerint, & tres parui praedita proportione: cuiusmodi itaque pulsum ordinatio inaequalis est, & cum ordine vti constat: qua igitur ratione datur & recte pulsus inaequalis & ordinatus, simul in diuersis pulsationibus, inordinata deniq; ex pulsibus inaequalitas, tunc nobis intelligenda est, cum pulsus peruertit ac praerumpit paritatem ac nu-

Inordinatus.

Inaequalis ordinatus pulsus.

Inaequalis deordinatus.

merum percussionum eius, nullam utiq; methodum ac proportionem seruans, eiusmodi enim pulsus inaequalis & deordinatus dicitur est, si quidem nullo ordine prosequitur. Rursus igitur praedictae ordinatae inaequalitatis tres producuntur pulsum differentiae, scilicet secundum circuitum percussionum solum, & non secundum paritatem, aut secundum paritatem & numerum percussionum tantum, vel secundum vtrumq; simul. Ordinatus itaq; & inaequalis pulsus secundum circuitum solum ille est, qui eundem seruans circuitum, sequentem paritatem ac percussionum numerum peruertit, videlicet cum duos edit magnos, et vnum paruum, et rursus duos redens magnos, tres facit paruos. etc. Ordinatus autem secundum paritatem et percussionum numerum tantum ille est, qui consimilem seruans paritatem, ac percussionum numerum, circuitum praerumpit. verbi gratia cu si pulsus, duos ediderit magnos, et tres paruos, et rursus vnum magnum, et tres quoque paruos. Ordinatus deniq; inaequalis pulsus secundum vtrumque simul, ille est, qui consimilem seruans percussionum circuitum, eandem etiam paritatem, et numerum redit, veluti cum duo apparuerint, pulsus magni, et totidem parui: et statim eandem proportionem seruat. Iterum denique praedictae inordinatae pulsum inaequalitatis, duae producuntur ex pulsibus differentiae scilicet ex omni parte, seu omnino inordinatus et minime omnino inordinatus. Inordinatus ergo inaequalis ex omni parte pulsus ille est, qui nullum seruans circuitum variam ac diuersam paritatem

ordinatus inaequalis secundum circuitum solum

ordinatus inaequalis secundum paritatem ac numerum percussionum tantum.

ritatem & percussionum numerum concitat ac promouet, velut cum si duos ediderit magnos, inaequali magnitudine & velocitate, necnon & frequentia, & tres eadem methodo paruos: & rursus cum vnum flectit paruū, & duos inaequaliter magnos. &c. Huiusmodi itaq; pulsus omnino inordinatus & inaequalis est, vti constat: non autem omnino inordinatus atque inaequalis pulsus illenobis censendus est, qui haud exiguo temporis spatio, quendam seruans circuitum, continuum ordinem minime seruat, qui itaq; quatenus quendam seruat circuitum, ordinatus quodam modo dicitur, quatenus vero continuum ordinem non seruat: inordinatus, idcircoq; nec omnimodo inaequalis inordinatus dicitur est: quibus haecenus intellectis cum existimarem esse non facile qd medicus posset omnium horum pulsum comprehendere. Necessum ideo censui res quae naturaliter pulsum permutare valeant explanare, quae igitur sunt quae sequuntur, aetas, natura, sexus, forma, vel figura & conceptio, somnus, vigilia, ac tempus, cibus cum potu, exercitiumq; balneum, tristitia, & gaudium dolor, inflammatio, ac ira, aer, seu ambientis constitutio & regio.

Aetates 4 sunt. Aetates ergo quae res sunt pulsum diuersitatem efficietes quatuor in vniuersum sunt, scilicet pueritia, atq; pubertas, iuuentus, necnon & senectus. Pueritia utiq; sub qua & infantia comprehenditur, illa nobis intelligenda est, quae ab eo tempore quo infans oritur incipit, & ad 15, vsq; annum perdurat, quae utique aetas, calido & humido temperamento comfiatur, eam ob rem, quia ge-

Inordinatus inaequalis non omnino.

Res naturales pulsum permutantes.

Aetates 4 sunt.

nerationis materia, ex qua infans producit, calida & humida est, vti constat de semine & sanguine, quae eius generationis materia sunt calida, nempe & humida, quae ideo aetas pulsus progignit, veloces, fortis caloris ratione, & frequentes debilitationis virtutis causa, necnon & molles humiditatis instrumenti gratia: in qua denique etate sistoles aliquantulum ipsa diastole est maior, quoniam pueri non paucis abundant excrementis, quod quidem Gal. verba scilicet fere infantes aequallem contractionis & dilationis vsum habent, ad etiam Gal. docet, dicens *συστολή* id est constrictio, aliqua do est maior *διαστολή*; hoc est dilatione, vti in pueris comperitur. *Abi* autē, hoc est pubertas, testate Gale. illa est, quae a decimo quarto anno incipiens, ad 25. vsq; protendit, sub qua quidem & adolescentia includitur, quae eodem Gale. autore a decimo octauo exordium sumit, & in eodem 25. anno terminatur, cuius deniq; aetatis temperamentum simmetriū, ac moderatum est, docente Gal. in expositionibus libr. de vitiis ratione in morbis acutis, vnde huiusmodi aetas moderatum producit pulsum, ab optimo namq; & moderato temperamento, moderatus utique excitatur pulsus, vnde moderatum pulsum huiusmodi aetas procreare non dubitauimus, si quidem eadem moderata & temperata est. Considerandum tamē est, quod puberum aetas, tantum habet simmetron ac moderatum temperamentum: non autem adolescentium quantumuis sub pubertate comprehendatur. Adolescentium namque aetas, testante Gal. calidam & siccam

Pueritia pulsus.

Pubertas li. 3. aph. 60. 27. li. 3. aph. 60. 9.

Pubertatis pulsus.

Adolescentia pulsus.

li. 4. aph. 60. 4. 5.

habet

habet temperaturā, quare & celerē pulsum caloris ratione & organi duritiem ob instrumenti siccitatē.

Iuuentus. Iuuentus enim, alias vicens seu florens ætas dicta, autore Gal. ea est, quæ a 25. anno incipit. et 35. finitur. Quæ quidem ætas, calido et sicco constituitur temperamēto, licet intensiori gradu quam ipsa adolescentiū ætas, vti ex Galen. docetur, quare huiusmodi ætas pulsus edit vehementes et magnos fortis caloris, nec non et validæ virtutis ratione habet etiam huiusmodi ætas moderatā celeritatem, vti docetur ex Isaac lib. 7. theor. Quarta tandē ætas, senilis siue senectū dicta, autore Gal, duplex nobis apparet, scilicet 1. senectus et. 2. Prima ideo senectū, qua homines senes dicuntur illa est, quæ a 35. anno ad 49. vsq. perdurat. Secūda vero senectus illa est, quæ a 49. anno incipit et ad finem vsq; humanæ vitæ naturaliter perdurat, et hac quidem, homines seniores dicti sunt, quæ vtiq; demonstrāte, Gal. in tres diuiditur partes, de quibus volētibus ibi quærendū erit, quæ deniq; senilis ætas, frigidum & siccum habet temperamentum humanæ vitæ contrarium ideoq; imbecilles pulsus habet debilitatis virtutis causa, necnō paruos tardos & raros, eius temperamenti ratione.

Iuuentutis pulsus. Li. 3. aph. co. 30. et li. 5. co. 9. li. 1. apho. com. 14.

1. senectū. 2. senectus

Hactenus de ætatibus & earum pulsibus differimus: nunc vero pro naturæ siue temperamenti pulsibus differendum sequitur. Temperamēta ergo, quæ haud aliter quam ætates pulsus diuersitatem faciunt, duplici ratione pulsus permutant, videlicet aut secundū simplicem temperaturam, vel secundum compositam, si secundum simplicem quadri-

Temperamentorum pulsus.

tam, si secundum simplicem quadriariam permutari potest pulsus, prout quatuor sunt simplices temperaturæ, vti. 3. cap. huius explicuimus. Quare calida simplex temperies, magnos & celeres excitauit pulsus refrigerij gratia. Frigida autē paruos, tardos, & raros frigiditatis causa. Humida vero vndosum, necnō & mollem, quia organum humidū est. Sicca denique temperatura, durum producit pulsum, quia a sicca arteria durus oritur pulsus. Si autē secundum compositam temperaturam pulsus permutatur, quadrariam fit, secundum quod. Quatuor etiam sunt compositæ temperaturæ, vti loco nuper citato prædiximus: vnde calida simul & sicca temperies composita: biliosa nempe complexio communiter magnos & veloces: nec non in duritiem inclinant progignit pulsus, vti ex prædictis constat. Quare biliosus natura *Biliosæ naturæ pulsus?* nihil obstāte, eosdem habebit pulsus. Calida autem simul & humida sanguinea nempe natura, magnos quoq; & celeres efficit pulsus: nec non & molles, magnos, & celeres, magni caloris ratione, molles vero instrumenti humiditatis causa. Frigida tandem simul & humida, pituitosa scilicet natura, paruos et tardos mouet pulsus, necnō et molles, vti ex temperamenti ratione constat. Frigida in summa simul et sicca, melancholica temperies tardos et *melancholicæ naturæ pulsus.* paruos progignit pulsus, nec non et dueros ob eius temperamenti siccitatem.

De sexus iam pulsibus explanandum venit, qui vtiq; prope semper atque communiter duplex rerum in natura nobis apparet, videlicet virilis

Androgynus sexus virilis, & fæmineus, licet vterq; sexus, aliquando simul in eodē subiecto datur, qui enim sexus androgynus seu hermaphroditus dicitur, hoc est vtrumq; sexum habens, virilem simul & fæmineū: qui deniq; sexus inter marem & fæminā ambiguus alias vocatur, vti ex Titolibio demonstratur, dicente quod androgynū siue hermaphroditū idē est, quod & inter marem & fæminam ambiguus sexus, & merito quidem huiusmodi sexus a Titolibio ambiguus vocatur, si quidem vbi vterq; simul sexus reperitur, incertum vtiq; est, ex quo eius nomen accipiendū sit, vti ex codice græco demonstratur, Augustini testimonio: quibus prælibatis dicendum est, qd virilis sexus pulsus habet maiores ac vehementiores multo quā fæmineus, tū propter fortiorem eius facultatem, tum etiam ob maiorem eius calorem, viri vtiq; absolute robustiores ac maioris caloris, exercitij beateq; moti sunt, quam fæminæ ipsæ, quare necessum est, vt maiores ac vehementiores pulsus habeant. Nec enim obstat Macrobij sententia lib. 7. saturnaliorū cap. 7. posita dicens mulierum naturā calidiorē esse, quā virorū siquidem in confesso satis est, homines absolute calidiores, quā mulieres esse. Fæmineus enim sexus pulsus ideo paruos ac debiles continet, tum quia minorem possidet calorem, quam virilis, tum etiā quoniam cōmuniter minori facultatis robore dotantur. Habent tamen fæminæ celeriores pulsus, quā viri, eo quod fæminarū arteriæ multo abundant excrementis, ipsæ nempe arteriis circumiacentibus, quorū ratione arteria in magnitudinē

Lib. 7. belli punici.

Virilis sexus pulsus.

Macrobius.

Fæminei sexus pulsus.

attollit non potest, & ob id celeritate eam recuperat magnitudinem.

Sequitur nunc pro formæ vel figuræ pulsibus interpretandū, ideoque in presentiarum per formā vel figuram, nos intelligemus, corporis crassitiem & maciem: quare homines naturaliter macidi magnos, & fortes habēt pulsus, multo vtiq; magis quā obesi siue crassi. Macrobius namq; natura ampliora retinet vasorum spatia, quam obeforū vnde maiore sanguinis & spirituum copiam retinet, qua ratione necessum est, vt magnos, & vehementes concitet pulsus, quando quidem macri natura, minus est excrementitiū, quam ipsius obesi, naturaliter vero crassi pulsus habent paruos, debiles, & frequentes, necnō & molles. Paruos enim quia crassitiæ frigiditas, & natura paruos concitat pulsus. Debiles vero ob exiguā virtutē, quam retinent, ob angustiam capacitatis vasorum.

Permutantur etiam pulsus, conceptionis ratione, vnde vtero gerentes pulsi retinent magnos, veloces, & crebros, ea nempe ratione, quia fætus calor ipsarum vtero gerentium calorem adauget, vnde quoniā grauidæ ipsæ, sibi & fætui refrigerium exposcunt: pregnantēs ideo maiores, celeriores, ac frequentiores habent pulsus, quam illæ quæ vtero non gerunt, & steriles sunt.

Permutatur autem pulsus, somno sicuti & vigiliæ ratione, quare diuersimode somnus mutat pulsus, prout diuersa continet tempora, in quibus diuersi concitantur pulsus ideoq; in somni principio languidi parui tardi, & rari producuntur pulsus, eo quod calor in somno petit parui

Macrobius pulsus.

Vtero gerentium pulsus.

versus corporis interiora, gratia concoquendi alimentum præsumptum cuius itaq. ratione, calor frigescit et ob id, et quia exteriora quoque frigent, prædictas somnus edit pulsus, cum iam somnus à sui principio progreditur. Augetur utique eius pulsus tarditas, et raritas minoris frigiditatis ratione: cum vero somnus perduraverit, usque dum cibus iam concoctus fuerit: unde & per totum corpus diffusus, tunc enim pulsus excitatur vehemens, & magnus, eo quod tunc confortatur natibus calor, unde & virtus ipsa refocilatur coctionis nutrimenti ratione, quare merito tunc vehemens & magnus pulsus, concitatur. Si autem post integram ciborum concoctionem plus æquo prolongauerit somnus, dumtaxat causa expellendi eiusdem coctionis excrementa, ac superfluitates, considerandum tunc est, quod parui, tardi, & rari, necnon & debiles, eiusmodi somniratione concitantur pulsus, quia tunc labefactari incipit nostra natura, superflui somniratione, considerandum tamen est, ut quamvis usque ad superfluitatum expulsionem somnus longus dicatur, & quodammodo superfluus, quod non omnino, huiusmodi longitudo condemnanda est, etiam si via sit & principium superflui somni, tantum enim æa somni longitudo, omnino condemnanda est, quæ modum naturæ excedit, videlicet si post superfluitatum expulsionem coctionis in longius perduret somnus enim longus atque prolixus, modum naturæ excedens malus censendus est, quare & condemnandus auctore Hippo. cuius verba sunt somnus atque vigilia si vtrum

que modum exceferit, malum, omne utique nimium naturæ est inimicum eodem Hipp. auctore, superfluus ergo somnus, naturæ erit inimicus quare & condemnandus, si quidem plus iusto perdurat, postquam ab integra ciborum concoctione. Et ipsius excrementorum expulsionem, in longum temporis spatium progreditur ubi radicale humidum destruitur, eius superflui somni ratione, & ob priuationem caloris externarum partium, quæ utique naturam minuere habet. Unde huiusmodi somnus superfluus, paruos, tardos, & raros, necnon & languidos producit pulsus, ob ipsius naturæ gracilitatem & consumptionem ex quibus sequitur ut superflui somniratione, videlicet, si multo tempore superflue ipse perduret quod absque dubio eiusmodi somnus vitam in mortem committit, ob omnimodam virtutis consumptionem: quibus habitis intelligendum est. Quod si quis repente expergefactus fuerit, videlicet propter bociferationem magnam, aut aliquem magnum, ictum, siue ob metum ex eo progressum, aut denique propter alias consimiles causas aduertendum est, quod tunc pulsus, concitatur, magnus, vehemens, celer necnon & frequens in ordinatus, atque bibrans, ea nempe ratione quia tunc disturbata natura, seditionem sequitur, quare & eisdem producit pulsus, cum vero natura quieverit, in magnitudinem & vehementiam solum pulsus remanet.

Tempora enim pulsus naturalis permutationem faciunt, unde quia non parum conferunt, ad rem medicam comparandam, docente, Hipp. lib. de aere, aqua & locis in. 4. nu.

Somnus enim nihil. modum naturæ excedens malum

Superflui somni pulsus.

Superflui somni mortem uiuatur.

Repentis pulsus.

li. 2. aph 3.

meo partium, videlicet in hieme, ver, æstate, & autumnum, hiems ergo, quia frigore vexatur quæ frigidam, & humidam continet temperaturam, quoniam frigus calorem excedit, humidum vero siccum pulsus, producit paruos, tardos, & raros, considerandum tamen est quod uero tempore maiores ac vehementiores concitantur pulsus, quam in æstate, eo quod hieme vegetior reditur natura, quam in æstuali tempore, auctore Hipp. dicente veteres, hi et vere calidissimi sunt natura, et reditur natura eo tempore robustior, quia tunc augetur calor nativus quoniam refugit ambientis ratione, versus corporis interiora, unde uenit, æstate vero dissoluitur virtus, ob nimium caloris excessum, quia in hieme hieme hiemali tempore, maiores, ac vehementiores, excitantur pulsus, quam æstuali, ver, vero in quo temperati sumus, eo tempore, nulla alterantium qualitatem excellit, ita ut eius qualitatis ratione, calidum aut frigidum, humidum uero, aut siccum, ver, dicendum sit, ideoque simmetrum siue temperatum, nobis censendum erit, ut demonstratur ex Libro. 3. Hippo. dicente ver, vero saluberrimum est, & minime exitiale, quia moderata, unde & bonam saluberrimamque continet temperaturam: ex quibus sequitur quod minime est mortiferis morbis obnoxium, quod utique tantum docere voluit, cum dixit esse saluberrimum, & minime exitiale seu mortiferum vere, namque non pauci coacerbati solent morbi, eodem Hippocrate auctore, Aphor. 26. lib. 1. ubi inquit ver esse multis morbis oportunitum,

Hiems est

Hiems pul.

Li. 1. apho 15

ueris temperatura.

Libro. 3. Hippo. dicente ver, vero saluberrimum est, & minime exitiale, quia moderata, unde & bonam saluberrimamque continet temperaturam: ex quibus sequitur quod minime est mortiferis morbis obnoxium, quod utique tantum docere voluit, cum dixit esse saluberrimum, & minime exitiale seu mortiferum vere, namque non pauci coacerbati solent morbi, eodem Hippocrate auctore, Aphor. 26. lib. 1. ubi inquit ver esse multis morbis oportunitum,

postquam in eos furores, & melancholici, & comitiales morbi, & profluvia sanguinis, angina, grauedines, & rauedines, tules, & lepra, &c. producti solent, qui utique morbi, uero tempore etiam si producantur, omnino periculo vacant, quandoquidem minime est exitiale, hoc est, mortiferis morbis obnoxium. At uero quid dicendum erit ex Hippocrate dicente, ut ipsum calidum & humidum esse quam etiam æstentiam philosophum non pauci declarauerunt, dicemus ergo quod Hippocrates eo loco calidum & humidum temperamentum ipsi tribuit veri, ut quatuor tantum anni temporibus, totidem temperamentorum combinationes correspondere, quæ ergo ratione Hippocrates minime ipsi veri diversam adaptauit temperiem, e cuius denique vere maximi & vehementissimi concitantur pulsus, si quidem tunc virtus, robusta siue uehemens satis existit, videlicet in commoderatione, et subiecti simmetro temperamento. Unde quia eo tempore moderatus existit calor, moderata, celeres, et frequentes, producuntur pulsus.

Æstatis iufestat calor, calidam et siccam habet temperaturam, quia eo tempore calidum superat frigidum, sic cum uero humidum, haud aliter, quam hieme frigidum deuincit calidum, et sicum exuperatur ab humido: cuius temperaturæ ratione pulsus ueloces et frequentes, languidi, et parui excitantur: celeres utique crebri pducuntur multi caloris ratione, qui non pauca indiget refrigere ratione

li. 1. de hu man. nat.

ueris pul.

Æstatis temperies

æstat. pul.

ratione, quare necessaria erit magnitudo & velocitas, veruntamen quia virtus est debilis, ob eius dissolutionem celeritate & frequentia, recuperatur deficiens magnitudo. Quare veloces & frequentes excitantur pulsus: languidi vero & parui, ob eandem virtutis dissolutionem, quae languidam reddit naturam à languida namque, & imbecilla virtute, languidus utique & debilis concitatur pulsus. Autumnus denique inaequalem proprie habet temperiem: si quidem tunc inaequale tempus existit, scilicet modo calidum, modo frigidum, eadem utique die, autore Galeno, licet frigida & sicca temperatura, ipsi tribuitur autumno, videlicet ut quatuor anni temporibus quatuor temperamentorum coniugationes adaptarent, unde autumnale tempus, quia proprie inaequale mortiferis morbis obnoxium est, docente Hippocrate, parte nuper citata, ubi inquit autumno morbi acutissimi, atque exitiales, magna ex parte fiunt, tunc quia inaequalis autumnus est, tum etiam, quoniam humores super assati, æstatis ratione, ad cutim distensionis gratia mouentur. Autumno vero ipsi humores, ibi detenti ambientis causa, versus interiora contrahuntur melancholicos morbos, magna ex parte producentes, necnon & exitiales, ex quo denique autumnali tempore, inaequales & languidi exordiuntur pulsus, quia inaequale est tempus, pulsus inaequalitatem efficiens, docente Auicena. Alij tamen sunt, qui tales tribuunt pulsus autumno, quales & veri, quorum vnus est Galenus, cuius sententiam taxare

re molitur Auerrhois, dicens quicumque opinantur quod autumnus pulsus consimiliter, sicuti & veri concitantur, scilicet in vehementia, frequentia, & temperatura, summe errant, quandoquidem autumnali tempore, virtus manet diuina ob spiritum, & caloris paucitatem, ut demonstratur etiam ex eodem Auerrhoide dicente, quod autumnale tempus, senectæ tempori adsimilatur, unde quidem pulsus in autumno, tales debent concitari, quales in senectute apparent, ex tono virium ob ortu, & ob id non vehementes, nec tales, seu in vere concitari debent. Cibum autem, res est, quæ naturalem pulsum permutare potest, cuius utique cibi quantitatis ratione trifariam permutari potest arteriarum pulsus, videlicet, dum in multa quantitate ingestus est, aut cum in pauca assumitur, vel denique ubi moderate deuoratus fuerit. Cum igitur in multa quantitate assumptus est, ita ut virtutem grauet, in initio quidem, inaequales, & inordinati, necnon & parui, procreantur pulsus, & aliquando etiam intermittentes, & deficientes. Nimia enim ciborum multitudo extinguit natium calorem, haud aliter utique, quam viridum lignorum, multa quantitas suffocare videtur, ignem ipsum quem admodum utique, ut augeatur ignis, duo sunt necessaria, pari quidem ratione, ut refociletur natura, eadem etiam duo consideranda erunt. Primum igitur quod ibi requiritur, ut augeatur ignis, est, considerare an ignis sufficiat accendere

Tripliciter cibi ratione permutatur pulsus.

accendere prædictam lignorum nimiam quantitatem, secundum requiritur considerare an si nõ per se sufficit, eandem lignorum quantitatem accendere. Quare cum existimauerimus ignem ipsum per se, & sine alio adiutorio posse eadem ligna incendere, cum prætermittere sufficit, ut adaugeatur ignis: at vero si coniectauerimus per se nõ posse eadem ligna accendere, ut augeatur ignis, oportet illam lignorum quantitatem minuire, tam auferendo vsq; dum ignis sufficiat per se eandem accendere, alias suffocabitur: pari quidem ratione, dum natura nimia ciborum quantitate grauetur, quæ ex pulsibus modo languidis, modo vero vehementibus deprehendemus, primò considerare oportet, an natura posset per se, illam ciborum quantitatem concoquere, ut refocilari videatur, vel si per se non potest, illam concoquere. Quare si coniectauerimus per se posse eam concoquere prætermittere ipsa sufficiat circa illam ciborum quantitatem, nõ tandem refocilabitur: si vero ex istaauerimus, eam non posse per se sine medicina, nisi in eadem ciborum quantitate tenuiter concoquere, nõ tandem per totum corpus distribuere, ut refociletur natura ipsa, tatio dicitur consentaneum illa ciborum quantitate, non modicam partem extinguit, ut natura possit refocilari, alias suffocabitur quidem. Quam denique ciborum quantitatem eam quare oportet, vel modicam aut vniuersam ratione, ut si fuerit visus, aut sanguinis multus, ut videlicet per expurgantia, & diuocantia, absque ipsorum ciborum ratione, quam in tali causa expectare non oportet, sed potius circa

eam uti expurganti medicamento licet uti. cap. 5. lib. octauo ex professo declarauimus, quibus intellectus, cum eadem ciborum quantitas, quocumq; modo fuerit bene concocta, ac in sanguinem conuersa remanebit utiq; pulsus magnus, vehementens & velox, eo quod tunc augetur natius calor, unde & refocilatur, & confortatur natura: ex cuius confortatione tales producuntur pulsus. Cum autem cibus in pauca quantitate ingestus fuerit, iusta initium pulsus fiet inæqualis, inordinatus & paruus: licet minoris diuersitatis quam prædictus, ob paucam nempe ciborum quantitatem: cum itaque bene concoctus est, magnos etiam & veloces excitat pulsus, licet minoris magnitudinis & celeritatis, quam superius expositus, ea nempe ratione quia virtus minus fortis, reditur ob minorem alimentum quantitatem. Si denique cibus moderate deuoratus fuerit, fere tales concitantur pulsus, cum ubi paucus assumptus est, nisi quod aliquantulum maiores sunt, ob maiorem virtutis refocilationem, quæ ex tali victus ratione consequitur: quatenus autem attinet ad ciborum quantitatem dicendum est, quod si cibi qualitate dotantur, calida præter eos quos recensuimus. Excitantur quoque celeres & frequentes pulsus, propter ciborum nempe calidam qualitatem, si vero cibus frigida fuerit qualitatis, paruius, tardus, & rarus, faciet pulsus, eius frigida causa. Si enim cibus humidus fuerit molles, si denique ficcus, duros. *Et de Potio*

Autumnus in tempera- tura lib. 3 apho. 60. men. 9.

Autumnus est tempus mortiferum morbis est obnoxium.

Fen. 2. 1. cap. 96

Potio enim haud aliter quā cibus pulsus permutationē facit: quare vini potio, atque iuris alicuius nutritis nō aliter quā cibus pulsus permutationē faciūt, si quidē ut cibi nutriūt veruntamen si potio aquae fuerit sincera & impermixta, sicuti & cibus permutationē faciet suae tantū qualitatis ratione: nō enim nutrimentū causa: vnde si potio aquae frigida fuerit, paruos efficit pulsus: si vero tepida molles: subitamen mihi declarandū, & non absq; ratione, an aqua sincera vllū praestet nutrimentū, postquā non sicuti & cibus, pulsus permutare posse praediximus, p cuius itaq; rei intelligentia sciendū est, q̄ sincera & impermixta aqua non nutrit, quare nutrimenti ratione & ut cibus minime permutabit eius potio pulsus, in cuius rei testimonio est Galenus dicēs, aqua & terra minime nutrire suūt idonea, sicuti nec aer nec ignis: vnde sequitur quod elementorū nullū nutrire est idoneū quā riam sententiā redit Gal. ipse, nec non et Auicena dicēs q̄ aqua vniū ex istis elementorū, quae sola inter elementa omnia propriū habet ut in eo quod comedere et bibere ingrediatur: nō ideo nutriet, sed quia nutrimentū penetrare faciat, & eius vehiculi rationem praestet, quod vniq; expresse ex Arist. demonstratur, dicēte quod aqua per se nō nutrit, nisi eadem remota fuerit, & quibus constat quod aqua minime est idonea ad nutriendum. Sed quid dicendum sit ex Galeno, qui lib. pro tyronē de pulsib. cap. 1. inquit aqua minimam tiborū omnium & potuum mutationem inducit, vnde inferitur, quod si minimam cibi ratione permutationem facere po-

test, ergo aliquam, quare ex se nutrire est idonea, vnde praedicta doctrinae sententia haec repugnare videtur, dicendum ergo erit quantum mea fert opinio, quod hoc in loco Galenus intelligit aquam minimā cibi ratione mutationem facere, hoc est minime ex se effatu dignam, nec sensibilem, etiam si realiter aliquid nutrimenti praestet, vorum tamen quia id minimum est, & imperceptibile quidem, ita vt pro nihilo reputari possit, idcirco citatis locis ex Galeno dictum est, quod aqua minime nutrire est idonea, quasi dicat, aqua vniū minime nutrimentum nutrit, si quidem nutrimentum quatenus nutrimentum est ex se sensibilibiter substantiam adaugere habet, aqua vero quia non sensibilem auget substantiam, sicuti et nutrimentum proprie, ideo quidem dicitur ex ipso Galeno minime esse nutrimentum idonea quantumuis aliquid praestet alimentū, vt ex philosopho demonstrari videtur, dicente quod ex aqua nutrimentum fit, ideoque corporibus ea est alimentum, licet minima atque exigua valde, quibus ergo rationibus, nihil obstat dictum esse a Galeno quod aqua minime est nutrire idonea, postquam Galenus intelligendus est dixisse quod minime potest sensibilem ex se adaugere substantiā, quod quidem propriū est nutrimenti, quatenus nutrimentum est, quia propter minime nutrire idoneam esse dixit. Ex quibus colligitur, quod aqua vera nutrimentū praestat quantumuis id minimum fuerit, ita vt effatu dignam substantiam nequaquam auget possit. Quae pro-

An aqua sincera vllū praestet nutrimentum.

libr. 4. de simp. med. facu. c. 14.

Li. 2. Aphor. cō. 1. et Auic. fen. 2. primi ca. 16.

Lib. de sensu et sensu filii. cap. 5.

primae partii proble mat. 3.

Qualiter aqua nutrimentū praestet problema

re, ab aliquibus dicta est non nutrire: quamobrem nec a ratione alienum esse existimo explanare, huiusmodi problema scilicet, quo pacto aqua nutriat, & ipsa non nutrire dici possit, pro cuius rei maiori dilucidatione considerandū censeo, quod ad eundem modum, aqua nutrire dicitur, ad quem vtiq; & amphora vna, flumē magnum, aut mare ipsum adaugere dicitur. Amphora enim vna, aquae, re vera flumen aut mare ipsum adauget, quatenus nempe aditio quaedam est, imperceptibilis atq; minime effatu digna, ita vt sensu percipi nō potest, ne constat, ob cuius minimam aditionis quantitatem dicitur flumen aut mare minime adaugeri, etiam si realiter incrementum suscipiat, ad quanta itaque similitudinem iudico equam quibusdam dictam esse non mirerē: etiam si reuera aliquid praestet nutrimenti, vel possemus aliter & breuius respondere q̄ aqua p̄nta nempe elementum, non nutrit ipsa vero elementis & comixta nutrit, est idonea licet id minimum sit quibus praestatur, ad rem ite dē idē dicendum est, quod si vini potio fuerit, et delibet sibi, & crassū quod admodum dicitur ex ea potione pulsus magnus, vehemens, & velox, eo quod cito, vinum in eo quartitur in substantiam facilius, et quae est impleti potest. Ex quibus colligitur, quod aqua vera nutrimentū praestat quantumuis id minimum fuerit, ita vt effatu dignam substantiam nequaquam auget possit. Quae pro-

Aduerte.

Li. 2. aphor. cō. 1.

Olygophorū galeni uinū qualiter non nutriat li. 3. acutorū milletois.

phil. lib. 1. post. c. 2.

Exercitij moderati pulsus.

quam rubrum & tenue. Quid autē dicendum erit ex Galeno dicente vinum album & tenue minime esse nutriens, postquam ex eo nutrimentum resultare videtur tanquam ex vino? Dicendum ergo est, quantum coniector, q̄ vinum album & tenue natura scilicet olygophorum minime est nutriens, hoc est q̄ minime sensibilibiter nutrit, sicuti nostrum album Hispanum, ex Hippocrate rufum dictum sensibile praestat alimentum, & nec album Hispanum sicuti & rubrum crassam substantiam continens, & hac quidem ratione Gal. intelligendum censeo, namq; non vtiq; dicendum reor, reuera vinū album & tenue nō nutrire postquā aquam nutritiuam recensuimus. Sēper enim illud tale magis est, ob quod vnum quodq; tale est: igitur si aqua aliquod alimentū praestare potest, quanto magis vinum album, etiam si tenuissimum sit (aquae speciem reficiens) idem alimentum praestare possit. Ex quibus colligitur & aperte satis q̄ vinum album & tenue olygophorum, scilicet re vera nutrit quantumuis id sensibilibiter non fuerit sicut praediximus. Sequitur nunc declarare, q̄ pulsus ab exercitio excitatur, ex exercitio nēpe moderato dicēdū est q̄ magni vehementes, celeres, & frequentes excitantur pulsus, eo quod a moderato ac temperato exercitio reditur vegetatior noster genuinus calor, vnde vehementes & magni ortur pulsus: celeres vero et crebri ob illa nēpe refrigerij necessitate, quae ex eo motu consequitur, si aut exercitij immoderatum fuerit, tripliciter ex eo poterit permutari pulsus, prout trifariam immoderatum exercitium

tium sumitur, scilicet breue, longū, & prolixum. Quare cum immoderatum exercitium breue fuerit: eius ratione celer, frequens, tardus & rarus, necnon & durus, progignitur pulsus, licet non multum, quia immoderatum est exercitium, à quo predicti concitantur pulsus, nō vero multum quoniam breuis & pauca est immoderantia. Frequētes autē & veloces pulsus apparēt, ob illā refrigerationis necessitatē, quæ ex tali motione subsequitur, quæ utique refrigerationis necessitas, quia magnitudo non adest ob virtutis resolutionem, propter immoderatum exercitium, celeritate & frequentia recuperatur. Apparet autem tardus & rarus, quia virtus est debilis, ob idem immoderatum exercitium ipsam dissoluentem, ab immoderato utiq; exercitio, resoluitur noster innatus calor, vnde & nostra vitalis facultas inbecilla reditur, quare tardus & rarus apparet pulsus quoniam ab inbecilla facultate, idē excitatur pulsus. Est etiā pulsus durus quia humores exercitij immoderati causa, exsiccantur ac consumuntur, quare & durus excitatur pulsus: si vero immoderatum exercitium longum fuerit, predicti, excitabuntur pulsus, licet celeriores, frequentiores, tardiores, & rariore, ita quidem ut eius ratione in vermiculātē & fortassis formitante pulsū declinare videatur, ob multam nempe virtutis dissolutionem quæ ex longo immoderato exercitio consequitur si denique idē immoderatum exercitium, prolixum, & tandem superfluum fuerit, faciet utique sibi verum pulsus asphigiam, ob maximam & nimiam nempe virtutis resolutionem

quæ ex tali exercitio produci-
tur.

Balnea item, siue calida, aut frigida fuerint, permutationes quoque pulsus faciunt, quare si balneum frigidum fuerit, aut balneans moderate crassus est vel mediocriter macidus, et minime carnosus, si igitur balneans moderate crassus natura sua fuerit, et moderato tempore in balneo morauerit, tunc utique pulsus fient, magni, vehementes, et celeres. Ea utique ratione, quia moderato frigido coadunatur, natiuus calor: vnde et confortatur nostra natura, à qua confortata, eiusmodi concitantur pulsus: si vero idē balneans in eodem frigido balneo, diu moretur, videlicet vsque dum innatus calor in corporis interiora suberfugiat, ex tali balneo, excitabitur utique parvus, tardus, et rarus pulsus: eam ob re, quia tunc reditur inbecilla eius frigiditatis ratione nostra natura, à qua predicti proficiuntur pulsus. Si vero ipse balneans, natura macer fuerit, considerandum est, quod aut breui tempore, vel longo, in eodem balneo moratur: quare si in eo balneo breui temporis inter capedine detentus fuerit, tunc pulsus parvus et tardus fiet. Ea nempe ratione quia in macro corpore frigidum cito ob carnis membrorum pueritatem verus interiora penetrat. Vnde ut in natura caliditas refrigeratur, et ex consequenti virtus ipsa cadit, ex qua parvus et tardus excitatur pulsus: si denique longo temporis intervallo idē balneans predicto balneo detinuerit, eius utiq; pulsus parvissimi et tardi valde, necnon debiles fient, quoniam ex eodem balneo

Ex balneis pulsus

balneo, natura nimis imbecilla reditur, quia frigidum id tali corporis natura, facile prosternt virtutem, à qua tales exordiuntur pulsus, quales prædiximus: Si autem balneum calidum fuerit, aut balneans in eo modico temporis spatio detinetur aut longo: qua proresi breui tempore in eo tempore fuerit magnus, tunc vehemens atque celer fiet arteriarum pulsus. Ea nempe ratione quia ex moderata calidi balnei mora, consequitur naturalis caloris incrementum. Vnde & naturæ fortitudo, à qua fortis, magnus, & velox concitatur pulsus. Si denique in eodem calido balneo, ipsum patiens, longo temporis spatio morarit, ob naturæ utique imbecillitatem, quæ ex tali balneo subsequitur, tales fient pulsus, quales ab imbecilla facultate contrarij fieri consueverunt.

Ex tristitia pulsus

Gale. lib. 4. de caus. puls. ca. 3.

Tristitia autem, ex qua pulsus permutatio produci-
tur, si quidem in externis corporis partibus frigiditate producit, sicuti in internis caliditatem. Pulsus ideo ab ea excitabuntur languidi, tardi, & rari. Languidi enim ob virtutis consumptionem, ex tristitia productam, quia eadem tristitia nimis exsiccet & consumit, tardi vero & rari, quia frigiditate inducit. Considerandum tamen est, quod tristitia diu perseverante, eius pulsus ratione sit *σύνθρονον*, hoc est vermiculans, *καὶ μὲν γὰρ*, id est formicans. Ob nimiam nempe virtutis consumptionem, quæ eius inueteratæ tristitiæ ratione consequitur, quicumque enim tristitia ac cogitationibus maximis detinetur, ut ex Gal. demonstratur, exsiccantur quæ maxime. Vnde necessum est, verborum

Lib. 1. de art. curati. ad glau. phi. cap. 2.

virtus qui longa ac inueterata tristitia laborat, debilis nimis redatur à qua et vermiculantes utiq; ac formicantes fient pulsus. Aduertendum autem est, quod huic pulsui, accedit enim et inueterati timoris pulsus, quandoquidem inueteratus timor, haud aliter hercule, quam longa et morosa tristitia, virtutem prosternt, atq; consumit: postquam frigiditatem eo modo quo et tristitia inducit. Et ob id tales ex inueterato et diuturno timore causantur pulsus, quales à longa atq; diuturna tristitia. Ex timore autem magno et repente adquisito, celer, vibrans, deordinatus et inæqualis consurgit, pulsus, et merito quidem, quia tunc timente natura protinus natiuum calidum, versus corporis interiora, fustigationis gratia propellit. Natura enim in quantum timida est fugit: quatenus vero defensorix statim redit cuius ratione eo tempore velox ac vibrans fit pulsus. Inequalis autem et inordinatus ob ipsius naturæ turbationem, quam quoque et verecundia ipsa insequitur. Qua ergo ratione tales ex verecundia concitabuntur pulsus, quales utiq; ex timore, postquam verecundia, non aliter quam timor mentem turbat, ac in diuersos protrahit terminos. Disturbata enim natura, modo huc, modo illuc, spiritus impellit. Vnde pulsuum inæqualitas et deordinatio consequitur, tam enim in timore quam in verecundia. Utroque namque modo disturbatur natura.

Gaudium tandem, ex quo etiam pulsus permutatio subsequitur, magnum pulsus, & inter vehementem ac debilem medium seruat, tardum quoque et raram ipsum pro-

Subitanei magni timoris pulsus.

ducens seruat utique magnum pulsum, & medium inter fortem & debilem, videlicet quando gaudium moderatum fuerit, quia tunc augetur calor ex illa humorum motione, quæ ex ipso gaudio producit, unde magnus apparet, nec non & medius, inter vehementem et languidum pulsus quoniam mediocriter exoluitur virtus: producit etiam ex ipso gaudio tardus & rarus pulsus, videlicet ubi in multum temporis spatium nimis gaudium ipsum durauerit, eam ob rem quia ex tristitia, totius corporis sequitur perfrigeratio, ob virtutis dissolutionem, quæ ex diurno gaudio procreatur.

Doloris pulsus. Dolor item pulsuum permutatio

faciens, tristis est sensus atque sentatio, uti docetur ex Gale. nec non & Aetio dicente quod dolor est repentina temperamenti mutatio, ac futura continentatis solutio, quod utique idem est. Quod & tristis sentatio, Cicero etiam, idem dolorem esse censuit, dicens asperus in corde motus a sensibus alienus dolor est, qui denique dolor intelligendus est, quod aut fit in aliquo corporis principali membro, puta in iocinore, capite, nec non & ventriculo, &c. Vel in aliquo non principe, velut in pede, & manibus, ac consimilibus, quare si in aliquo principali membro fuerit dolor, intelligere oportet, quod peior tunc concitatur pulsus, quam si non fieret in non principali, et ratio est, quia quando membrum principale patitur dolorem, valde vitalis facultas læditur, quia laborat principale membrum. Cum vero non principale membrum dolore laborauerit non admodum utique maligne eadem vitalis facultas læditur, si qui

dem principale membrum non patitur: intelligendum tamen est, ut si membrum non principale, aliquo laborarit dolore; quod aut eum maximum & intollerabilem patitur, aut debilem & minime maximum.

Quare quando idem membrum maximum, & intollerabilem patitur dolorem: talis utique fiet pulsus, qualis ab aliquo principali dolorifico membro exorditur, quando denique tollerabilem patitur dolorem, minime pessimus concitatur pulsus, sicut icum laborat intollerabili ac maximo dolore, ac etiam veluti cum laborat aliquod principale membrum: quibus intellectis animaduertendum est, quod dolor siue fiat in principali, siue non principali membro, quod in principio vehementem, celerem, ac crebrum producit pulsum. Ea nempe ratione quia tunc nostra facultas ad id solum concitatur, ut expellatur dolorifica causa, tristis sensum efficiens unde utique, tunc vehemens fiet pulsus, Celer autem & frequens ob usus necessitatem, ex illo motu consecutam, qui denique dolor, si maximus ac immodice aductus fuerit, & longo temporis intervallo daret. Paruus utique fiet paruus, debilis, velox, & frequens, nec non & inordinatus. Fiet enim paruus & debilis, quia eius maximi doloris gratia consummitur virtus: ex qua paruus & debilis exorditur pulsus. Fiet autem frequens & velox, & non absque ratione ob calorem nempe, qui motus ratione ex tali dolore adquiritur. Inordinatus denique, quia cum dolor modo augetur, modo minuitur: necessum idcirco est, fiat deordinatus.

Ex

Inanitionis, pulsus.

Ex inanitione etiam consequitur pulsus permutatio, siue ea ex diarræa, vel nimia purgatione proficitur, aut a sanguinis missione atque eius de fluxu e naribus siue de aliis partibus producto quæ itaque ex inanitione, a quacunque causa producatur animaduertendum est quod aut fit subito, aut temporis, progressu seu successiue, quare si repente fiat, & longo tempore perdurauerit, vermiculosus, et formicans excitabitur pulsus, ob maximam virtutis exolutionem, quæ ex longa atque morosa inanitione subsequitur si vero successiue, aut pedetentim et minima de repente fiat, aduertendum est quod in principio, eius inanitionis causa, pulsus concitatur paruus, languidus, tardus quoque & rarus, nec non & quasi vacuus, ex nimia vasorum inanitione, tandem vero paulatim ex omni parte minimus utique fit, usque dum inuermiculantem, & formicantem remanserit, ob virtutis enim dissolutionem quæ ex tali inanitione subsequitur.

Ab inflammationibus quoque, pulsus permutationes, producuntur quarum utique notæ quatuor numero sunt, scilicet, rubor, calor, dolor, & tumor: & earum quædam sunt, inflammationes calidæ, & exurætes, quales sunt quæ ex sanguinis eferuescentia gignuntur, quæ proprie exurentes phlegmones vocantur de sunt φλεγμωνες: verbo Græco, quod utique inflammare, ac ardere sua denique comburere, significat, unde propriæ inflammationes, quæ ex sanguinis eferuescentia gignuntur, phlegmones dicendæ sunt, & ipsarum itaque quædam sunt habentes ortum ex bile rubra & dicuntur

Cornel. Cels. lib. 3. c. 10. signa inflammationis.

Phlegmonis quia

erispela, quædam autem sunt, quæ a flegmate producuntur, & appellatur ερισμα, hoc est inflammationis, præ nimia grauatione quæ ob flegma ipsum confurgit molestantes: aliæ denique sunt, quæ ab ile nigra exordiuntur, quæ utique σκληρός hoc est scirrosa & orasæ atque tenaces. nuncupantur eo quod eius siccitatis materię causa in duritiem commutatæ sunt quarum denique inflammatio num, quæcunque fuerit, uti demonstratur ex Galeno, absolute communem habet ferrantem pulsum, verum tamen sciendum est quod particulatim ab inflammationibus, diuersi, exordiuntur pulsus, prout varij sunt ipsarum inflammationum modi, de quibus videndum erit apud Galenum citatis nuper locis, nec non & ab Auicena, atque Isaac.

Ex ira tandem subito pulsus permutatio producit, quare ab ea magnus vehemens, celer, atque creber concitatur pulsus, ea nempe ratione quia ira subito virtutem quasi feruere facit, spiritum dilatando, & humores fortiter concutiendo: considerandum autem est quod si ira prolixa & longanimis fuerit, non dubitauimus quin paruus, tardus, & rarus, fiat pulsus, eam ob rem quia in longa atque diurna ira, virtus de corpore extraducitur, nimio nempe desiderio, quod quasi vindicandi gratia molitur, unde a longa atque morosa ira corporis subsequitur perfrigeratio ob virtutis dissolutionem necessum ideo est ut paruus, tardus, & rarus, consequatur arteriarum pulsus.

Regionum utique docente Auicena, quædam sunt temperatæ veronales, quædam vero calidæ stiales quædam

Erisipela rum quia uocatur.

li. 4. de cau. puls. c. 6. et li. 4. de puls. lib. pro. 13. rōn. c. 13.

Fē. 2. principi. c. 17. li. 7. Theop. cap. 8. Ex ira pulsus.

Fen. 2. principi. ca. 10. Regionis pulsus.

Li. 7. the quædam item frigidæ hiemales, & or. cap. 4. quædam denique siccæ autumnales
 Quam ob rem doctrinam quam de temporum pulsibus superius enarrauimus, eandem etiam de regionum pulsibus intelligere tenemur, & ob id de ea non amplius & doctrina itidem quæ de regionum pulsibus intelligitur, intelligenda quoque erit. Cum ea quæ de aeris desideratur uti ex Isaac sententia demonstratur.

Lib. 2. de caus. mor. cap. 4. Febris quid.
 Quibus hæcenus expositis super est pro integro huiusmodi complementi ex pulsibus, de februm pulsibus nulla facere, febris igitur cui propter eius effrenescentiam, aut feritatem id nomen inditum est, autore Galeno totius animatis in modicus calor est. lib. etiã. 3. de diff. morb. cap. 5. sic febris dicitur ubi calor vniuersum corpus infestat febris appellatur, cum vero non per totum corpus diffunditur lassitudo vocanda est. Est deniq. febris autore Actio, calor præternaturam cordis & arteriarum vitalem firmitatem ledens, & profundo emergens, & acris, ac mordax, ad tactum allabens, præsertim circa toracem & ubi magnæ arteriæ sitæ sunt, quæ denique febris ubi calor naturalis in igneam naturam conuertitur generari utique dicitur, testante Gale. com. 16. lib. 1. apho. & Traliano Alexandro, quando enim calor natiuus ad igneam naturam conuersus est præternaturam calor dicendus est siquidem diuersam iam naturam acquisiuit, est utiq. calor genus in corpore humano consistere potens duplex, scilicet: vñ natiuum siue corpori innatum, & alterum spurium siue acqui-

Febris generatio.

Li. 12. c. 1.

Duplex calor. genuerunt existit

sitium, vnde cum calor naturalis conuertitur ad igneam naturam, aliter denuo acquiritur, qui spurius seu acquisitiuus vocatur, cuius ratione generatur febris, ex quibus colligitur, quod in febribus, duplex calor ratione, & vnus tantum substantialiter. Corpus ipsum infestatum ad inuenitur, uti recte intuenti fiet luce clarius, & perspicuum satis, quarum itaque ipsarum intermittens februm tres nobis differentiæ existunt, scilicet quotidiana, tertiana, quartana, amphimerina. Igitur febris quotidiana exquisita intermittens dicta, testante Galeno. lib. 2. de diff. febr. cap. 4. illa est quæ ex pituitæ extra vasa putredine oritur quotidie enim accessiõnem faciens cuius denique determinatum durationis tempus, decimum octauum horarum spatium existit, docente Actio: Tertiana autem exquisita intermittens, illa est quæ à sincerâ atur de. 3. in tertium circuitum redens, cuius tandem durationis tempus absolutum interualum duo decim horarum existit, autore Galeno dicente quod tertianæ exquisitæ quam inuenies accessiõnem extra duodecim horas protendere. Quartana vero exquisita, intermittens, illa est quæ ex putrefactione mela coliæ generatur, de. 4. in quartum circuitum redens, cuius denique absoluta atque determinata durationis perihodus, spatium decem & non uem horarum est, considerandum autem est quod huiusmodi intermittentes febres, eiusdem generis sunt, cum suis continuis, licet inter se differunt: tñ quia intermittentes, desunt in febricitatione, continuæ vero non

In febribus duo calores ratione, in sestant substantialiter uero vnus tantum.

Particula vris exacerbationis quotidiana determinatum tempus. sermo. 5. c. 85

Terminus cuiuslibet accessiõnis tertianæ exquisitæ com. 5. 4. lib. aph.

Terminus cuiuslibet particula vris accessiõnis quartanæ.

etiã

etiam quoniam intermittentes generatur, ex tenui materia extra vasculata, per sentientes corporis particulas, continere vero à crassa & tenaci multa materia producuntur intra vasa putrescente, cuius ratione minime, extra vasa duci potest, quibus intellectis subit mihi declarandum, quare ratione prædictarum intermittens februm, quædam singulis diebus accessiõnem faciunt, quædam vero ternis, aliæ vero de. 4. in quartum pro cuius rei curiosa explanatione declarandum. Cæso causam februm intermissiõnis, quare tertianam ipsarum februm interpolatio sit, videlicet quia humor velociter putrescit et breui tempore in loco putrefactionis colligitur, & huius itaque primi modi ratione quotidiana intermittens exquisita singulis diebus accessiõnem facit, quia cum ex pituita ortum habeat, eius humiditatis ratione celeriter putrescit, & quoniam ob sui quantitatem cito in loco putredinis coarctatur. Ideo utique singulis diebus accessiõnem redit: febris vero deficiens quartana, tardius redit circuitus videlicet. 4. quoque die, & ratio est, quia eius materia tarde putrescit, necnon & in loco putredinis colligitur, materia enim febris quartanæ, cum frigida & sicca sit, eius siccitatis ratione, obstitit putredini, quare et tarde putrescit, & quia propter sui paucitatem, tarde in loco putredinis colligitur, idcirco tardius quam amphimerina febris redit suum circuitum, videlicet de. 4. in quartum. Tertiana vero interpolata exquisita, mediam inter utriusque tenet, quia quænis eius siccitatis materis causa re-

Causa interpolatiõnis intermittens februm triplex existit.

huic il

sistat putrefactioni, eius tamen caliditatis ratione, accedit ad putredinem, est utique tertianæ febris materia, calida & sicca ut constat. Quibus obiter exaratis consequens est de februm pulsibus declarare, ideoque ab ephemerarum pulsibus incipiendum censeo, quare huiusmodi diarie febres testante Galeno, in magnitudinem, celeritatem, & frequentiam, quantum in ipsis est, pulsus mutant, quorum utique pulsu diastoles celerior est quàm sistoles. Sistoles vero ipsa diastole tardior, uti ex Alexandro Traliano docetur, ea nempe ratione quia huiusmodi febres refrigerium magis quàm recrementorum ex purgationem desiderant, uti ex ipsarum februm generatione constat, & hac quoque ratione celeres magni necnon & frequentes, in huiusmodi febribus excitantur pulsus: Continentes autem febres, quas alias sinochos cum putredine appellamus, autore Gal. lib. 9. method. therapen. cap. 4. & Paulo. lib. 2. cap. 28. veloces, ac frequentes, magnos, necnon & vehementes, atque æquales, concitant pulsus, æquales nempe in magnitudine & vehementia, celeritate & frequentia, quod utique quantum coniecto Actius docere mollitur. sermo. 5. cap. 58. Dicens incontinentibus febribus, arteriarum motus, per omnia sanorum motui ad simillatur, sanorum utique arteriarum pulsus æquales sunt per omnia, scilicet per magnitudinem, vehementiam, celeritatem, necnon & frequentiam, &c. Ad quam utique similitudinem continentium februm pulsus per omnia sunt æquales, scilicet, magnitudine, vehementia, celeritate, necnon

Ephemerarum pulsus.

Lib. 3. de presagat. ex pulsibus.

Li. de febr. 12. c. 1.

Continentium februm pulsus.

Continentium februm sunt differentia.

non & frequentia, & id circo dicitur, ex Actio per omnia huiuscemodi febrium pulsus sanorum motui adsimulari, quarum denique febriū tres sunt differentia, videlicet ac masticata, id est, in eodem vigore perseverans, & epacmasticata, hoc est in clementum suscipiens, & paracmasticata siue decrementum accipiens: Continue vero febris testante Galeno. lib. 1. de curandi ratione ad Glauconem cap. 8. pulsus habet in equales, & inordinatos: intermittē tium autem amphimerina febris, uti docetur ex Galeno. liq. 2. de differētia. feb. c. 4. in principio, ac primo eius incremento inaequalem, debilem, & parvū, efficit pulsum, quē itaque ipsa incrementē servat licet non ita parvum, eius augmenti calor ratione. Terciana exquisita intermittens, cum inuadit eodem Galeno autore. lib. de crisi. 2. cap. 3. paruos, tardos, & raros concitat pulsum postea vero in magnitudinem, vehementiam, celeritatem, nec non & frequentiam concitatur, uti ex Actij doctrina demonstratur, nec non & Galeni loco nuper citato, atque Paul. lib. 2. c. 19. Tertiana autem spurie pulsus mixtam habebunt mutationem, siquidem ab humore mixto procreatur scilicet à bile, et pituita, cuius ratione, notha siue spuria huiusmodi febris vocatur. Quartana intermittens febris, in sui principio, paruos, tardos, et raros, promouet pulsum, docente Galeno nec non & Actio, quos utique per totum eius circuitum servat, eodem Galeno autore. lib. 1. de art. curat. ad glauc. cap. 6. Quam quoque sententiam tenet compendiosus Paulus Aeginetus. lib. 2. cap. 22. Vbi in-

quit prestatissimum atq; selectius quartanae inditum pulsus est, paruos nempe tardus atque rarus: Haec tica siue habitualis febris, qua perunque aliis precedentibus febribus gignitur, licet aliquando quamuis raro, statim a principio, nulla nempe precedente febre, inuadere possit, uti ex antiquorum sermone demonstratum est, pulsus continet graciles, duros, ac frequentes, uti ex Galeno demonstratur. nec non & Paulo, dicentes qd pulsus tenuis, frequens, atque durus, haec tice febre inest, quorum etiam doctrinam infertur Auicena fen. 1. quart. tract. 3. cap. 2. dicens, pulsus febris haec tice in minutus est, durus, frequens, atque debilis, nec non & fixus, prout eius febrilis causa, stabilis atque fixa, existit, quae hactenus declarata sunt pro huiuscemodi ex pulsibus compendij interpretatione sufficienter.

Pro interpretanda,

scitu digna vrinarum, compendiosa doctrina.

Cap. 7.

Si non pauca morborū signa habeantur, quorum ratione, singulas morborū differentias dignoscere possumus veluti superioribus recensuimus, existimari huiuscemodi vrinarum compendium, haud minori ratione interpretaturum, quippe quē magno pere confert, ad quamlibet egritudinem cognoscendam, & maxime,

Quarta-ne puls.

Haec tice feb. puls.

Lib. 1. de diff. feb. c. 12.

Li. 2. c. 32



si eius materia producta fuerit intra vasa, uti docetur ex Galeno atque Isaac, lib. de vrinis quorū verba sunt in egritudinibus, quae intra vasa coacerbantur, vrina omnium certissimum existit signum, in illis vero quae extra, multoties, ex ea verum iudicium haud habetur, & non quidem absque ratione, vrina certum signum est, egritudinem quae sunt intra vasa, postquam eadē humorum, qui intra vasa continentur, serum est, quare & potissimum atque certissimum eorum inditū uti sequentibus fiet perspicuum satis, primum itaque ut debita ex vrinis iudicatio acciperetur valeamus, quatuor enim in ipsarum vrinarum inspectione nobis consideranda erunt scilicet color, substantia, quantitas, & in ipsis vrinis contenta ante omnia quandoquidem de vrinarum doctrina nostra scilicet fortatio, explanandum censet quid in ipsa vrina consideranda sunt. Vrina autē eque ab ureo, uerbo greco derivatur quod minus tamē significat, qd mictio importat quia minus dicitur unguis de urina quasi mictio est. Li. 1. de diff. urina. cap. 4.

si eius materia producta fuerit intra vasa, uti docetur ex Galeno atque Isaac, lib. de vrinis quorū verba sunt in egritudinibus, quae intra vasa coacerbantur, vrina omnium certissimum existit signum, in illis vero quae extra, multoties, ex ea verum iudicium haud habetur, & non quidem absque ratione, vrina certum signum est, egritudinem quae sunt intra vasa, postquam eadē humorum, qui intra vasa continentur, serum est, quare & potissimum atque certissimum eorum inditū uti sequentibus fiet perspicuum satis, primum itaque ut debita ex vrinis iudicatio acciperetur valeamus, quatuor enim in ipsarum vrinarum inspectione nobis consideranda erunt scilicet color, substantia, quantitas, & in ipsis vrinis contenta ante omnia quandoquidem de vrinarum doctrina nostra scilicet fortatio, explanandum censet quid in ipsa vrina consideranda sunt. Vrina autē eque ab ureo, uerbo greco derivatur quod minus tamē significat, qd mictio importat quia minus dicitur unguis de urina quasi mictio est. Li. 1. de diff. urina. cap. 4.

rit, lotium nominatur, Quibus expostis fundamenta aliquot necessaria maxime ut vrum ab vrinis iudicium habeatur, quamuis compendiose explanare moliar, ideoq. ante vrinam inspectionem pro vasis formam vel figuram in quo iudicanda est, considerare tenemur, tandem vero materiam, nec non & ipsius substantiam: figura igitur vrinarij vasis quod nobis, macula nuncupatur, vrie multis in locis habetur, verum tamen compendij gratia, ut nostri moris est, eius selectiorem figuram designare curabo, qua propter eius maculae obnoxia magis & oportuna figura, aut forma, in quolotium inspiciendum est naturalis utique loci figura proportionari tenetur vesicae nempe ad quam vrina ipsa a renibus digreditur, haud aliter quam à ventriculo ad intestina excrementum licet diuersimode, ut constat, eam ob rem quia in huiusmodi forma, vel figura melius fiet vrinarum iudicium, postquam huiusmodi vasis figura consimilis ac proportionabilis figura naturalis loci erit quam denique vasis formam, vel figuram, inferioribus designauimus. Materia autem ipsius maculae vrea esse tenetur, & alba nec non & diaphana, ac conspicua satis, ut itaque in ea exacta fiat atque appareat, contentorum secretio, nec non & verum ipsius vrinae iudicium, eius vero substantia tenuis atque subtilis nobis perquirenda est ut integre de ipsarum vrinarum differentis colorum diiudicauerimus. Considerandum autē est, quod ipsius maculae magnitudo, aliquantulum maior esse debet, quam vas in quobibere confusit, egrotus, ut de vrinarum

Maculae materia oportuna.

Substantia vrinarij vasis.

Amphimerina febris.

Continua febris.

Amphimerina febris.

Sermo 5. cap. 79.

Lib. 2. de crisi. c. 3.

Sermo 5. c. 38.

vrinarum quantitas in ea contineri possit: iam igitur superest de congruo ac opportuno loco differere, in quo fusio ea, hoc est vrina inspicienda est, vocatur utique vrina ipsa & fusio non quidem absque ratione, docente Galeno cuius verba sunt: eo autem fusionem vrinam ipsam ab eo quod est fundi, siquidem funditur, vnde non utique sine iure vrina & fusio pro eodem reputantur, locus autem aptus atque conueniens in quo vrina indicanda est minime umbratilis esse debet, postquam non modicum ab ipsarum vrinarum coloribus, eiusmodi locus tollit, nec etiam lucidus, nec solaris valde, siquidem admodum lucencia loca, remissiones ipsos colores redunt, vnde sequitur quod vrina nequaquam ad lumen candelae

Vrina quare & fusio dicitur.

Locus oportuus in quo vrina iudicari debet.

Li. de vrina partic. 2.

Debitum capus a lectionis vrinae qualis.

iudicanda est, licet aliquando iudicari possit aut Isaac, siquidem locis ille nimis lucidus redditur, debetur ergo oportuus atque condecens locus, in quo fusio eadem iudicanda est, mediu utique inter umbratilem & lucidum esse, huiusmodi namque loci dispositio, conueniens satis est, ut aperte ac manifeste satis in ipsa fusione appareant eius colores, necnon & substantia vna cetera ipsius vrinae conuenientia. Debitum autem in quo vrina colligenda est, de clarandam sequitur, vrina integrum verum ab vrinis fiat iudicium, vrina igitur praegressa optima humorum concoctione atque ubi omnino in vesica collecta fuerit colligenda est, mane videlicet, et vespere, licet ut plurimum matutino colligitur tempore, ut ex vso constat. Tenetur etiam medicus ante vrinae iudicium de egrotantium etatibus in

terrogare, & non quidem sine ratione postquam a diuersis etatibus, vrinae producantur vrinarum differentia, ideoque ex infantibus albae, & lactae, excernuntur vrinae, quonia vrina alimeto praesumpto, proportionatur ceu excrementa illis e quibus superfluum adaptantur, vnde quia infantes, lacte nutriuntur, nec cessum id circo fuit, ut ab eis albae & lactae vrinae expellerentur. Puerorum ideo vrinae, crassiores esse tenentur, sed non ita albae quales infantium sunt, tum quia natua caliditas, ab humido multo suffocari quasi videtur, tum etiam propter eorum in tempestiuas motus, atque exercitia deordinata, iuuenes itidem aureas, & subtiles excerpunt vrinas, sicuti enim de frigiditatis pituita ratione, incrasate ac dealbare est pari utique ratione de caliditatis vso est, intingere, colorare, necnon & ad subtilitatem perducere, sed in iuente siue florenti etate, calor vegetior atque intensior quam in pueritia existit, in iuuenili ergo etate colorationes & sentiores vrinae merito apparere debent, ad auream videlicet, vel sub albam colorem inclinantes. Senes denique vrinas mittunt albas, necnon & tenues, albas enim quoniam eorum natuus calor diminutus est, ob multa excrementa quorum ratione quasi suffocatur, vnde sequitur ipsarum vrinarum albedo. Tenitas vero quae ex ipsorum excrementorum ratione consequitur obstruendo atque vasorum oppilatio, & ubi in senibus vrinarum tenuitas apparet, quae ergo ratione quanto seniores fuerint tanto magis ab eis albam & tenuem vrinam excera videlicet, e quibus

Infantium urine.

Ante vrinarum iudicium etates considerandae sunt.

Puerorum urine.

Iuuenis urine.

Senis urine.

bus

mus equibus omnibus constat, summe a medicis etates ante vrinae iudicium considerandas esse ut firmam atque veram ab eis sententiam habeamus merito ergo, volentibus veram medicorum fortunam adsequi, etates considerandae erunt, siquidem non paucies ob etatis ignorantiam non possumus recte ab vrinis iudicare, verbi gratia, si forte ab aliquo excernatur alba & spissa vrina, quae utique propter ventriculi lapsum ad frigidum, talis produci potest, vnde cum eam eruditus medicus viderit, existimauit certe, ob eandem ventriculi intemperiem ortam esse nisi ad etatem animum, aduerterit, Puerilem nempe, quae talem mittit vrinam, multo ergo confert medicina candidatis, de etatibus considerare, ut verum vrinarum iudicium facere queant. Naturam etiam, hoc est temperaturam ante vrinae iudicium considerare tenemur, siquidem a diuersis temperaturis, variae procreantur fusionum differentiae, quae a biliosa temperatura, spicua, & tenuis, excernitur vrina, a pituitosa vero, alba et crassa, ex sanguinea autem, mediocris, & rubra, a melancholica denique glauca, & tenuis haec enim sunt vrinae, quae ab huiusmodi temperaturis vniuersaliter nascuntur. Tenemur itidem ante quam ex vrinis fiat iudicium, & sexum considerare, postquam masculus sexus, & femineus diuersas & inter se differentes promittunt vrinas, postquam variam & diuersam naturam retinent, uti praecedenti capitae demonstrauimus. Deuenus autem considerare, ante vrinarum inspectionem, laborem siue exercitium, sub cuius ratione & iram timorem

Coplexio nes ante vrinae iudicatione a nimaduertere oportet.

utereq. sexus masculus nempe & femineus considerandus est.

necnon & vigiliam, quandoquidem haec in diuersas protrahunt vrinarum colores, incitreum nempe, aureum & rubrum, biliosi itaque a nimi, exercitium siue labor sanguinis ebullitionem necnon & caloris incrementum aquositate, vrinae consumentem effecit, vnde & rubra vrina, sanguinis colorem indicans subsequitur. Ex timore autem consequitur, & vrinae tinctura, quia eius ratione calor versus interiora contrahitur, ubi vnitur, quare & vigorosior redditur, vnde merito vrinae tinctura consequitur, sicuti etiam ex ira quonia eius irae ratione, augetur vrinae calor aquositate consumens, vnde & vrinam colorans, qua ergo ratione ex ira sicuti & timoris causa, subsequitur vrinae coloratio, quemadmodum etiam & ex vigilia, uti recte intuenti fiet perspicuum satis. Expediens etiam est peritis medicis, de dieta siue victus ratione ante vrinae iudicationem considerare, quia si victus ratio eorum ciborum qui vrinas intingunt praecessit, quales sunt, crocus, casia lianea fulua, necnon & nigra mihi casia fistularis, simpliciter dicta, non dubitauimus quin eorum ratione subsequatur vrinarum tinctura, postquam excrementa nutrimentis praesumptis e quibus superfluum proportionatur, tenetur ideo medicus considerare, in ciborum ratione, tantum eorum quantitatem, quam qualitatem, quia ex parte ciborum quantitatis sequitur utique vrinae discoloratio, videlicet cum in multa quantitate, cibum assumptus fuerit, ex multitudine namque ciborum natuae caliditatis suffocatio consequitur, vnde & vrinarum ob caloris defectum discoloratio

Ob multum exercitium vrinae ex animobiosu timoris vrinae.

Victus ratio ante vrinae inspectionem consideranda est.

Alimentis praesumptis excrementa e quibus superfluum proportionatur.

discoloratio, ex parte autem ipsorum ciborum qualitatis, aliquando urine discoloratio subsequitur, alioquoties vero coloratio, ideoque tunc utique urine discoloratio sequitur cum ciborum qualitas crassa & viscosa fuerit, cum vero calida aut aliquem colorem apta intingere, coloratio, quemadmodum utique ante urine iudicium ciborum quantitatem & qualitatem considerare refert, conducit quoque haud minori ratione medicamentorum naturam intellexisse, videlicet ubi medicamenta assumpta fuerint, si assumptamque medicamentum sunt, apta natura urinam intingere, seu colorare, quia rabaubarum sunt, & casta fistularis nigra, & similia existimauimus utique, urine tincturam ipsorum medicamentorum ratione et non alio de oborta esse, per vigiliam etiam cura, sollicitudinem antea quam urinarum fiat iudicium, nec non et curam considerare tenemur haud minori ratione, quam fame atque ieiunium, siquidem haec omnia urinam permutare possunt. Quare praecedere fame, naturam caliditatem vitur, & fortificatur, qua vitur intensius, agit in urine aquositate. Quare & ea consumit unde urine subsequitur coloratio, et hoc dummodo nec multo tempore, quis fame laborarit, qua ergo ratione si fame atque ieiunium, in multum temporis spatium perdurauerit, discoloratio ipsius urine acquiritur, ea propter. Quia tunc minuitur, naturalis calor, urine aquositate consumens unde iure optimo discoloratio ob calidi inopiam consequitur. Haec amplius balneum scilicet vomitus, vacuatio, & vntio, animaduertenda quoque sunt. Quandoquidem, varios efficiunt, urinam

Ante urine inspectione medicamentum praesumptu naturam considerare ex dedit.

Fames consideranda est.

rum colores, ex balneo itaque sulphureo, aut forte in marina aqua facta, consequitur urine coloratio quia eius ratione, renes versus caliditatem alterantur, unde lotium colorem suscipit, ex balneo vero dulci subsequitur ipsius urine discoloratio, eo quod eius ratione, calor urinam colorans, remittitur, & ob id urine discoloratio sequitur, vomitus enim laboriosus atque vacuatio urinas intingunt, veluti etiam circa renes rerum calidarum vntio ut constat, considerandus etiam est coitus, siquidem eo praecedenti, urine substantia variatur, in crassatur nempe, propter spermatis admixtionem, nec non et ob vehementiam in ipso coitu consecutam, in summa enim, ante urinarum iudicium, considerandum est, ne lotium ad ignem vel ad aquam calidam reducat, quia hac cratione nulatenus ex eo verum iudicium haberi poterit, quoniam eiusmodi reductionis causa, subtiles urine partes resoluntur unde ipsius urine substantia permittitur, & caloris ratione eius quoque color variationem recipit unde quidem, nequaquam, ex urina ad ignem vel ad aquam calidam reducta, verum iudicium nobis comparare possemus. Doctrina sane est certissima quam eruditissimus Isaac Salomonis Arabie Regis adoptiuus filius nos docet, urinarum. lib. par. 2. Dices calefieri urina postquam e corpore exierit: Et in vitreo vase frigerit illa laudabile quidem est quae quoque doctrina exortulo sanitatis compendio de urinis tractatu docetur, ubi inquit ex urina reducta ad ignem, vel ad aquam calidam, nequaquam perfecta cognitio haberi po

Balnearum ratio animaduertenda est.

Ex urina ad ignem vel ad aquam calidam reducta minima verum habetur, dicitur

Hippot. Quibus omnibus probe considerata, possemus iam iure optimo, ad faciendam urinarum iudicia aggredi, quae quidem iudicium, duobus temporibus fieri debet, scilicet, primum statim, cum e corpore urina excernitur, & tunc tantum de eius colore iudicandum est, non autem de eius substantia, nec de contentis, postquam statim in excreta urina, minime contenta apparent, nec de substantia recte iudicari potest eius urine caloris ratione. Tandem vero urina post unam ab eius digressionem horam inspicenda est, ut verum ex substantia atque contentis iudicium habeatur, tunc enim subsidet hipostasias, & urine substantia perfecta remanet, & ob id eo tempore integrum ab urinis iudicium facere possemus: unde sequitur quod vis inspicenda est fusio siue urina ut integrum ex urinis fiat iudicium. vltimus vero, considerandum est, quod cum statim urina e corpore excreta est, quodammodo eadem inuoluenta est, & ad coloris observationem gratia aegroti: vel leuiter ignis reseruanda siue videlicet ambientis ratione altificationem suscipiat: & propter id animaduertendum censeo, quod minime a longe urina inspicenda est, namque si a longe videatur, non vniquam ex ea verum habebitur iudicium, siquidem visoribus spiritibus ob distantiam longam disgregantur unde visio nec perfecte se habet, si cum Hippot. oportet esse a urine discretionem quare ut verum ex urinis iudicium fiat, minime a longe urina inspicenda est, sed debita atque opportuna distantia e qua colligitur quod quicumque medicinam sectari molitur si recte ab urinis iudicare valeat, ut perfecte visio sensu sui retinetur. Debet etiam medicus exquisitam sanorum urine cognitionem habere & in eadem versari ut recte de aegrotantium

Ad recte de urinis iudicandum perfecta est, quae quae maxime est necessaria.

Li. 1. d. cri si. c. 12. Ser. 5. ca. 28.

Sanorum urina.

Ser. 5. ca. 29.

Optima aegrotantium urina.

Optima et naturalis urina.

urinis, diiudicare posset, ideoque primum sanorum urine, definitionem explanauimus, tandem vero, eamque in aegrotis optima est: urina igitur in sanis optima est, autore Gal. nec non & Aetio sub fulba, aut sub flaba, & moderato crassa & talis manens colore, qualis mixta fuerit, & leue, albue, atque aequalis subsidentiā habens omni rpe copiam vero pro potus ratione. Urina vero in aegrotis optima qualis esse debeat, docetur ex Galeno dicente optima in aegrotis est urina, quae sanis est similima sub rufa, aut flaua albam, leuem hipostasiam habens: quam etiam definitionem assignat Aetius ex quibus constat, quod optima aegrotantium urina sit, quae naturalis in sanis habetur, cuius denique definitio explicatur ab Hippo. lib. 2. prognost. 26. cuius verba sunt. Urina optima est, & naturalis, si candidum, sedimentum fuerit, leueque, & aquale per omne tempus durans, donec morbus iudicetur. Quibus haec tenus probe intellectis superest illarum quatuor, quae necessaria sunt, pro integra urinarum iudicatione comparanda, interpretationem aggredi, ideoque primum ab ea quae de coloribus consideratione habenda est, explanandum censeo, quare primum quod de urinarum coloribus considerandum reor est quod ipsi, exactiuis qualitatibus causantur. Unde medici considerant super complexionem calidam, aut frigidam, color itaque sub aureus nempe, aut sub flauus vna cum optima substantia, optimam complexionem & supra vitalis facultatis robur, indicat. Color autem prauus cum mala substantia mala temperie & supra roboris facultatis vitalis imbecillitatem innuit, uti sequentibus fiet con-

spicuum satis: colorum itaq. genera absolute, duo tantum existunt, album, scilicet, et nigrum, de quorum pluribus mediis in presentia mentione factis ce re mihi videor, & non quidem immerito, postquam ex illis solum, minime medicus rectam vinarum consideratione perpendere poterit, non paucem igitur colorum differentie in vinarum corpore secretatur, quorum denique colorum sex precipue in vrinis apparent, scilicet albus, palidus, rufus, flauus ruber, & niger, de multis etiam aliis dicere inferioribus conuimur qui supra dictis compreheduntur, ideoque sex tantum, vniuersales colores, superius enarrauimus, de quibus reliqui dependunt. Statim igitur cum ad vinarum inspectionem, aggressi sumus, siquidem in vrinis color, nobis iudicandus, primum sese offert considerandum est quod vrina eadem, aut erit alba, aut palida, aut rufa, aut flaua, vel rubra, aut denique nigra vel a singulari tadem vna modo, media vti inferius declaratur. Si vtiq. ea alba nobis apparuerit in aegrotis, aut in sanis, quare si eam in aegrotis viderimus, considerandum est, si talis per albedinis intensiorem aut remissionem appareat quare, si ea crystallina, aut nibeae, vel aquea est, intensam significare albedinem non dubitauimus, quare & summam humorum cruditatem, aquea tamen minus quam nibeae, & nibeae. Denique minus quam crystallina, si vero lactea, ea apparuerit, aut glauca, que similis est perlucido cornu, vel charopa, que similitudinem cum pilis sub albidis Camelis habet, auctore Actuario, remissionem, vti que albedinem significabit, quare & cruditatem non summam sed remissionem, verum tamen charopa magis quam glauca, et glauca

Sex in vrinis colores precipue apparent.

magis quam lactea, alba igitur vrina non pauca significat, que aut albos humores pituitosos nepe, indicat aut aliorum dissolutionem, & aliquando caloris nativi imbecillitate, idque dupliciter aut ratione morbi, vel senilis etatis causa, in qua vrina alba ob defectum caloris, innati apparet, ratione vero morbi non indicat eiusmodi vrina, caloris nativi imbecillitate in initio sed sine: namque, si in morbi sine talis vrina ab albo colore, non deuiauerit coniectauimus haud dubio, calorem innatum esse imbecillum, siquidem eum colorem versus concoctionis, colorem permutare non poterit, aliquando autem alba vrina meatum obstructionem aliquam in mebris internis, atque renibus demonstrat cuius vtiq. obstructionis causa, multoties alba vrina reditur aliquoties ite huiusmodi vrina, infestate humorum ad alium nepe locum transfusum esse conueniens videlicet cum in acutis febribus vti in ardentibus vrina alba apparuerit tunc vtiq. eiusmodi vrina alba, infestate humorum ipsam tingentem vrinam ad alium locum transfusum esse conueniens, quam ob rem in laborantibus exquinta ardente febre, si vrina alba apparuerit tunc vtiq. ex ea futuram phrenitidem predicauimus, eo quod biliosus humor huiusmodi febre efficiens & vrinam tingens, versus caput ob suam leuitatem transmittitur, quod vtiq. ratione iure optimo vrina reditur alba, interdum etiam vrina alba morbi longitudo vti in febre quartana ostendit, & in summa huiusmodi vrina non paucis maximam ciborum repletionem portendit, vti constat in sanis. n. vrina alba apparet, aut multam vini portionem praesertim ex illis ac tenuis significat, aut multam ciborum quantitatem aut qualitatem ingestam, quibus intellectis, vti vtiq. que

Vrina alba in sanis quid portendit.

que predicta omnia, vrina alba significare dicatur, eius ideo albedinis causas, explanare cogor, quam ob rem vrina alba, ex redundantia alborum pituitosorum nepe humorum generatur, vnde & alba apparere necessum est, postquam excrementa nutrimentis est quibus resultat, proportionalia sunt, causatur etiam huiusmodi vrina, ex humorum dissolutione, dissolutis namque humoribus vrina reditur alba generatur etiam ab imbecilla facultate, siue eius labor etatis ratione fuerit, aut morbi sicca causa in senili vtiq. etate vrina alba ob inopiam nativum calidum remanet ratione aut morbificae causa videlicet quando in multa quantitate fuerit, cuius causa facultas, in becilla reditur, non potens nepe, ipsius causa concoctionem aggredi, quod ratione, humores crudi existunt, vnde & ab eis vrina excreta, cruda apparet, idcirco & album colorem referens, et quanto vtiq. maiorem albedinis intensiorem sibi comparauerit tanto enim maiorum humorum cruditatem indicabit, item etiam huiusmodi vrina ob vasorum obstructionem generatur que in leuco phlegmatia affectu, one, & in renu, aciecoris oppilationibus vrina alba propter vasorum obstructionem apparet causa, rufi denique potest ex humoris praedominantis confluxione ad alium locum vti predictimus ex nimia. Quoque ciborum repletionem sequitur calidi in nati suffocatio que & alba vrina & crassa: expositis igitur albarum vinarum, iudicium et causas, ex earum vtiq. intelligentia recta, earum praesagia vinarum remanet clara ac manifesta satis, vti vtiq. considerati erit manifestum satis: cum igitur alba vrina non apparuerit, necessum est, statim sub palida, quae ex Actua. suspicea dicitur appareat, & tadem palida siue spicuum colorem referens, que

Sub palida & spicua vrinis iudicia.

de earum iudiciis dicendum sequitur quare propter vtraque. n. quodammodo naturam aggredi concoctionem indicat quavis cruda dici possunt vrinam mediocis & temperate respectu, itaque, quanto magis aut minus, ab albis vrinis recesserint aut accesserint, tanto vtiq. plus, aut minus naturae aggressionem ad humorum concoctionem significabunt, significat ite biliosos humores quodammodo reducere, postquam eorum ratione tingitur vrina, suspicuum & palidum colorem representans, significat etiam naturae gracilitatem, quorum quaelibet si per multum temporis spatium perduret, timendum est an aegrotus sufficiat donec morbus concoquatur durare, oritur. n. vrina palidum colorem retinens vbi bilis patulum humiditati serosa admiscetur nec non & ex concoctionis aggressionem, quam natura incepit, post cuius denique vrinam generationem, sub rufa alias sub aurea dicta, subsequitur postea vero rufa & aureum colorem gerens, sub aurea igitur, aut sub rufa vrina, condecens colorem ac in vrinis mediocre portendit, quod igitur sub rufus, aut sub aureus color, in concoctione humorum perfectus, in ipsa ferea vrinam humiditate expectatur, vnde colligitur quod reliqui colores ad hunc usque. per remissionem, cruditatem designabunt, que & caloris nativi paucitatem: Qui denique, mediocre vinarum color, causatur vbi bona & moderata vrinam concoctio fit, eo namque tempore rufa atque aurea bilis generatur, aut. Actua. quare & vrinam tunc apparere debent, sub aurea vel sub rufa, siquidem tunc eius bilis color ob fere humiditatis cum rufa bile admixtionem remittitur, postquam illa ferea humiditas ex fere colore alba est, quod ergo ratione necessum est eo tempore vinarum color sub aureus aut sub rufus appareat vnde

Causa spicua vrinis.

mediocis & condecens coloris causa.

colligitur, quadoquidē lotij color, ex se albus fuerit, q̄ vrina p̄pter diuersorū humorū admixtionem, varios colores recipit. Post sub rufum aut sub aureū colorē, sequitur

Rufe siue aurea tudicium. vtiq. rufus et aureus color, rufam et aureā vrinā efficiens, quā vtiq. vrinē bilis excessum ob nimiam flabē bilis cū vrina admixtionē portendit necnō & p̄ intensiōē coloris, vrinae cruditatē, rufus enim aut aureus color, intensior est, quā ille qui pro optimo & moderato vrinarū colore exigitur, vt patet. deinde vero post rufam seu aureā vrinā, subflaua vrina et flaua p̄ intensiōē cōsequitur ab Actua. enim sub crocea & crocea dicta. Subflaua igitur vrina, similis est aut. Actua. cnicifloribus in aqua dissolutis, quē quidē flauabilis excessum significat, licet maiore, quā

rufa & aurea, siquidē ex maiore flauē bilis copia, fere humiditati admixta causatur, quare biliosum crasum humorē significauit, necnō & caliditatis intensiōem. Flaua vtiq. seu crocea vrina, quā similis est coriceo crocin aqua dissoluto, idem quidē flaua importat. licet intensiori modo. indicat aut merorē, curam laborē, & solis estū postquā ob caloris copiam, earū ratione adquisitā, eadē aliquā ipsius fereae humiditatis portionē cōsumunt, vnde nec in merito vrina ipsa, coloratior reditur, quā bilis flaua augetur eā humiditate serosā tingens, postquā itaq. flauā vrinā sub rubea & rubea necnō & valde rubea cōsequitur, sub rubea ergo vrina quē boliarmenici colore representat, parū bilis rubrē tincturā significat, datur vtiq. bilis rubra. docente Actua. quā vtiq. rubrā bilē serū siue sanguinis sanie Gal. esse censuit. li. 6. epidē. par. 5. cō. 14.

Sub flaua vriniudicium. rufa & aurea, siquidē ex maiore flauē bilis copia, fere humiditati admixta causatur, quare biliosum crasum humorē significauit, necnō & caliditatis intensiōem. Flaua vtiq. seu crocea vrina, quā similis est coriceo crocin aqua dissoluto, idem quidē flaua importat. licet intensiori modo. indicat aut merorē, curam laborē, & solis estū postquā ob caloris copiam, earū ratione adquisitā, eadē aliquā ipsius fereae humiditatis portionē cōsumunt, vnde nec in merito vrina ipsa, coloratior reditur, quā bilis flaua augetur eā humiditate serosā tingens, postquā itaq. flauā vrinā sub rubea & rubea necnō & valde rubea cōsequitur, sub rubea ergo vrina quē boliarmenici colore representat, parū bilis rubrē tincturā significat, datur vtiq. bilis rubra. docente Actua. quā vtiq. rubrā bilē serū siue sanguinis sanie Gal. esse censuit. li. 6. epidē. par. 5. cō. 14.

Li. 1. de in di. urin. c. 15. & li. 1. de caus. c. 9.

Significat aut. & modicā sanguinis redundantiā. Rubea amplius vrina colorē cerasearū nec nimis maturarū, & malorū punitorū referens, eadē quā et sub rubra importat, licet. Cause sub in maiori quātitate, vtraq. enim p̄pter admixtionē bilis rubrē aut sanie sanguinis p̄ducitur, cū ea nepe fereae humiditate. Est tamen cōsiderādum, quando ex sub rubea aut rubea vrina, sanguinis aut bilis rubrē iudicium faciendū erit, siquidem vtrunq. significat. tūc igitur vtraq. vrina, bilis rubrē excessum significabit, quādo liuosa & minime vere rubra apparuerit, tunc etiā vbi in ore amaritudo & minime dulcedo p̄sentiat, & prater id etiā, cū calor morbi, tactu mordax et aridus satis sentitur, tunc enim ex ea sanguinis redundantiā significabimus. cū eadē vrina minime biliosa apparuerit, sed exacte rubra et prater id cum eiusdem morbi calor nō mordax nec aridus nimis fuerit, necnō et cū laboras in ore dulcedinē sentiat et minime sitim admodum vero vrina rubra coccineum colorē representans ex aliqua parte sanguinem cōfluxisse ostēdit, videlicet ex aliquā venarū quē circa vrinaria vasa dispersa est, aut ex vasculis illis, quā in renibus sunt, ex quorū deniq. vasculis scissioe, accidit vtiq. vt nō parū sanguinis p̄fluat, afficiatq. suo opte colore vrinas ipsas. est tādē animaduertendum, q̄ vrina rubra bilē indicans rubram, magna ex parte morbis calidis nimis apparet, licet interdum ea in frigidis morbis speratur, et hoc multis de causis, primum fortis doloris ratioe de cuius offeotione est, acere rubrā bilem et inflammare, quare sequitur vrina rubra, sicuti in colica passione

frigida apparet etiam rubra vrina ex lapso nempe ipsius iecoris ad frigidū, quia debilitatur eius sequestratiua virtus, vnde nō poterit debita fieri sequitratio à quositate, ab humore sanguineo ex quorū permixtione coloratur vrina rubro colore sicuti in hidropisi, in qua vrina carniū loturē simil excernitur: à prædictis ergo vrinis suscedit

vinee vriniudicium. & vinea vrina dicta, vini colorē referens iecori nepe similitudine, hæc enim vrina, bonū humorem, idest sanguineū exarsari denotat, atq. ad rubrā, vel ad nigrā bilē transigere: quarū vtraq. peiores passiones cæteris gignit vti ex Actua. demonstratur, speratur itē huiuscemodi vrina nō paucies in hōibus nempe sanis, quā nimis elaborarūt, aut longum iter fecerūt, in quibus vtiq. nimius adquiritur calor, eius laboris aut itineris causa vrinae aquositate cōsumens, necnō & sanguinē ipsum adurens, atq. exarsans, vnde in illis vrina vinea nec immerito apparere debet.

Li. 1. de ur. iud. c. 16.

Passiva aut vrina, quā vino passeo colore similis est, ex bile crocea exarsata ac veluti violacea effecta p̄ducitur, quare biliosi humoris aduersionē portēdit, cōficitur vtiq. prædictū passivū, ex nigra decocta vba, vti docetur ex Actua. virilis, itē vrinae species quatuor sunt, put quatuor viridis coloris differentiē apparent quarū igitur vrinarū, quædā per remissionem erit brafficea, hoc est brafficea foliorū colorē emulās, quæ iā vero graminea, idest graminis colorem referēs p̄missionem aut alia violacea ideo dicta erit, quā similitudinē cū violæ herbæ foliis, habet alia deniq. existit ex maragdina dicta, eo quā ex maragdi lapidis colorem præfert huiuscemodi enim v

Li. 1. de ur. iud. c. 8.

Viridis vrini. 4. diff.

Viridis vrina, quæ participat, vnde sequitur quā potest tingere venenū id, vrinā ipsam & prater id, quia assumpto veneno cū id mortiferum sit, sequitur ideo mortificatio, quæ immediate viriditatis vrinae causa existit, viridis ergo vrina, venenum epotum fuisse significabit, & ex consequenti mortem, & notanter quidem prædiximus, sine vlla hipostasi, quia sicum eiusmodi vrina viridi hipostatis aparuerit, habebimus vti

rina prauissime bilis exuperantiā, necnō & asationē atq. vitionē denotat, vna cū mortificationē caliditatis & frigiditatis ratioe, aut. Auice. Est tamen cōsiderādū, quā tunc caliditatis ratioe mortificationē significat, cū huiuscemodi vrina in acutis febribus aut cōsimilibus morbis aparuerit, tunc enim mortis signū vere est & præcipue si talis per longum temporis spaciū p̄manserit, quā vltimatū incendium in spiritibus, aut caloris natiui mortificationē portendit, vti ex Isaac de vrinis li. demonstratur vrina itē succo porri coloris similis futurā portendit mortē quā incendiū in spiritibus denotat, teste Auice. Tunc vtiq. vrina viridis vitæ in mortē cōmutationē frigiditatis ratioe significat, quādo talis in pueris apparet, ea nepe ratioe ne quā cōbulsionē demonstrat, eo quā humoris frigidi sup̄ abundantiam, per totū pariter & in neruis significat, quæ & cōbulsionē, eodem aut. Auic. cuius verba sunt viridis vrina, phisticorū nepe coloris similis, corporis mortificationē indicat, quā excessu sibi frigiditatem portēdit, viridis igitur vrina stāte dolore in ventriculo præsertim, sine vlla hipostasi, veneni exhibitionē significat, quæ & mortē, eo quā, venenū, ex viridi colore participat, vnde sequitur quā potest tingere venenū id, vrinā ipsam & prater id, quia assumpto veneno cū id mortiferum sit, sequitur ideo mortificatio, quæ immediate viriditatis vrinae causa existit, viridis ergo vrina, venenum epotum fuisse significabit, & ex consequenti mortem, & notanter quidem prædiximus, sine vlla hipostasi, quia sicum eiusmodi vrina viridi hipostatis aparuerit, habebimus vti

Ex magd. vriniudic. Fe. 2. 1. c.

2.

Porracee vriniudic.

que vite spem eo quod tunc hipof-
 talis virtutis potentia, supra veneni
 natura indicat: quibus intellectis re-
 linquitur amplius explanandum, an
 viridum vinarum causa, vere frigiditas
 sit, velut ex Auic. demonstratum
 est, postquam Gale. tantum caliditate
 viridum vinarum causam esse dixit,
 dicens sub viridis color consumptio-
 ne vehementer ex nimio calore pro-
 ducta demonstrat, quae sane sententia
 ex eodem Gale. reditur, dicente viri-
 de, eruginosa bilis est indicium, quam
 denique doctrinam. li. 2. p. gnol. 21. co.
 confirmat sicuti ex Actua. quoq. li.
 1. de caus. urin. c. 12. demonstra. ubi
 inquit viridis color ob prauissimam
 bilis exaucta quantitate & qualitate
 excessum fit. &c. Tu autem apparet
 vrina nigra, ut perpenderit an
 a causa calida fiat, precesisse viri-
 dis vrina est necessum uti ex Gale
 no & Actuario demonstratur. viri-
 dis igitur vrina a causa calida ex
 Gale. merito ob oritur, quid ergo ex
 Auice. dicendum erit, qui a causa fri-
 gida ea fieri censuit, videri quidem
 meo dicendum est, quod Gale. a causa ca-
 lida viridis vrina ut plurimum fieri
 intellexit, a vero non nisi raro, uti ex
 Auice. docetur, quibus omnibus in-
 tellectis remanet viridis vrinae iudi-
 cium clarum satis, causa etiam necnon &
 praefaxium. Verumtamen quia inter
 oleaceum colore & viridem ipsum
 similitudo quaedam est, par ideo quan-
 tum opinor, nunc erit de oleacea v-
 rina dissertare. Oleacea igitur v-
 rinae tres sunt species, uti demonstra-
 tur ex Actio, necnon & Actua. scilicet
 olea apparens, hoc est olei appa-
 rentiam licet ambigua habens, & olei
 colora id est colore molei et oleacea
 quae generi communis est, harum igitur
 quolibet, caliditate praeter naturam

magna ex parte significat, quare &
 totius corporis, aut renu coliquatio-
 ne, tunc enim totius corporis erit co-
 liquatio, cum pedetentim huiuscemo-
 di coloris aditamentum fit. necnon &
 cum idem calor multo tempore confirma-
 tur, quod utique signum erit, quod praeter-
 naturalis calor per totum corporis molle
 diffusus est. Tunc autem erit renu coli-
 quatio, cum confertim ac breui tempore,
 talis coloris copia excernitur, nec-
 non & ubi nimius calor circa renes
 sentitur, solet enim docente Actio
 1. febris liquare pinguedinem, postea
 vero carnem, & tandem solidas corpo-
 ris particulas inuadere quae liquata
 pinguedine febris essentiae ratione
 quae caliditas praeter naturam est, do-
 cente Gal. causatur re vera oleacea
 vrina quae namque pinguedo cum pau-
 latim liquatur, principium habet, aug-
 metum, & vigorem, uti ex Actij & A-
 ctua. doctrina demonstratur, ideoque
 in coliquationis principio, olei colo-
 ris vrinae praesentatur, ita ut ambiguum
 sit aquosum ne sint an oleosum. In aug-
 mento vero, absque dubio oleosa sunt
 siquidem liquefacio, maior iam spatium
 habuit, quae & notabilior est olei mix-
 turam. In coliquationis denique vi-
 gore, hoc est, ubi eiusmodi pingue-
 do exacte liquatum fuerit, tunc utique ole-
 aceum colorem vrinae praeserunt, aut.
 Actua. & substantiam etiam aut. quoque.
 Actio loco iam citato, verumtamen si
 Galeni doctrinae assentiamur vn-
 ctuosa exacte vrina non datur, ve-
 lut ex eo demonstratur cuius verba
 sunt, haud tamen ita prorsus est
 pura vrina pinguis, ut oleum, quae de 37.
 nique vrina ob praeter naturalem ca-
 liditatem causatur, cuius ratione
 pinguedinis liquatio consequi vi-
 detur, quare & oleacea vrina
 Nunc autem de veneta vrina

vrina dicendum sequitur, quae utique
 cerulea alias appellatur, cuius equi-
 dem color, ex puro albo, atque nigro
 est, qua ratione confusus producit, quae
 itaque colorem si sensu comprehendere
 existimaueris, selectam cerulam, vel
 calcem saltem optimam, aut aliquid
 aliud simile, atramento vel pici, aut
 denique vitumini, aliisque nigrioribus
 puris si permiscueris, poteribus a quo
 venetum seu ceruleum, siue denique, celu-
 leum colorem productum habebimus: ve-
 neta igitur vrina docete Actuario,
 superficiem melancholicum humorem
 diffusum esse denotat, idque si huius-
 modi vrinae substantia tenuis simul a-
 paruerit si vero veneta simul cum sub-
 stantia crassitudine appareat, frigiditas
 nimiam indicat, significabit etiam
 naturae caliditatis mortificationem
 cum a prauis coloribus ad deteriores
 transmutata fuerit, sit itaque veneta v-
 rina ex frigiditate, & ab humore ni-
 gro. Libida autem seu plumbacea vrina
 quae licet venetae colorem praeserere
 videatur, versus nigredinem intesib-
 rem quam veneta ipsum ostendit, quae e-
 nim vrina interdum hominibus plagas
 ac verbera in gussa inuit, alias autem
 frigiditatem semper significat, quae & in-
 nati calidi mortificationem, illa tan-
 dem vrina, quae plagas indicat, ex sa-
 guinis mortificatione causatur, quae
 ex plagis distrahetibus atque morti-
 ficantibus sanguinem ipsum oritur, sanguis
 utique mortificatus, sub nigrescere,
 prope semper consuevit, dicitur ex actu-
 ario: causari quoque, potest huiusce-
 modi vrina ex flagellis hominibus in-
 cussis, necnon & ex frigiditate quaedam
 de frigiditas ipsa, sicuti et caliditas
 nigredinem efficere potest, uti inferioribus
 mihi declaratur: iam denique v-
 rina nigra praeteritis magna ex par-

te deterior, explananda sequitur, quae
 utique vrina colore carboni extracto
 similitudinem ostendit, cuius utique. 19 di. Nigra u-
 cuius incendij maximus est, necnon & rinae indi-
 humorum aductionis, atque vehemen-
 tis frigidi, quae mortificationem fer-
 me semper necessariam significat est ta-
 men scitu dignum quando huiuscemodi
 vrina caliditatis extremum significa-
 bit, & quando frigiditatem summam, tunc
 ergo extremam caliditatem portendit
 ubi viridis vrina aut aliquid ei proxima
 flaba nepe aut rufa praesecerit: tunc
 vero frigiditatis extremum indicat
 quando veneta vrina aut libida, &
 consimiles praesecerint, quae denique v-
 rina ex calido & frigido progigni-
 tur, caliditas enim nigrescere ex as-
 sando & adurendo materia in venis
 contenta solet vrina, frigiditas vero
 sicuti & inmodica caliditas humo-
 res quoque nigrescere potest eo quod
 ipsum frigidum contrahendo, spissat
 ac corpus densat, veluti asidue id vi-
 deri potest in nubibus, nubes ideo
 quanto magis condensationis atque spis-
 situdinis habuerint, tanto utique nigri-
 ores apparere iudicabimus, unde &
 quanto minoris condensationis fue-
 rint, tanto enim remissiones fient, id
 quae maioris vel minoris frigidita-
 tis ratione fieri dicendum erit, & nota-
 rer quidem, huiuscemodi vrina prope
 semper necessariam mortem significa-
 re praediximus, videlicet, ne ignora-
 uerimus, quod vrina nigra haud semper
 mortem indicat, quam loquidem ea ho-
 minibus salutarem sepe esse iudica-
 mus, videlicet cum eadem ex rei nigrae
 admixtione producit, uti in praecedentibus
 passionibus quae ab humore
 melancholico & nigro, originem
 contraxerunt, constat, quam ob-
 rem in melancholicorum speciebus,
 Vrina ni-
 gra non so-
 lu semper
 mortem iu-
 dicat, nec-
 non etiam a-
 liquando sa-
 lutem.

Li. 2. pre
di. co. 21

Li. 1. de cri
si. cap. 11.

Li. 1. de in-
di. urin. c.
18.

Ser. 5. ca.
28.
Li. 1. de u-
rin. diff. c.
8. de u-
di. ca. 19.

Li. 1. de in-
di. cap. 20
Veneta
vrina indi.

Plumbacea
vrina in-
dicia.

Li. 3. epi-
par. 3. co.

Atq; febre quartana, si nigra vrina apparuerit, quā celerime soluitur, eos morbos ipsa significauit, uti ex actuarij doctrina demonstratur, in huiusmodi enim morbis reingre admixtionis ratione, nigra producitur vrina, poterit etiā ab aliquo melicollitose grobo, nigra excerni vrina, videlicet cū si forte fortuna ipse exhibitu fuerit pharmacū per vrinā subductiuum, qđ vtiq; ipsi actu ario accidit, vti ex eo narratur, solet etiā in mulieribus mēstruorū su-
 pressiōe laborātib; nigra appare-
 re vrina, quā tamen mirime le-
 thalis est, postquam ex rei nigra
 admixtione, nigredinem acqui-
 quisuit, potest etiā vrina nigra, nō
 paucies expelli, propter cibos et po-
 tus simili colore affectos, nigros hu-
 mores ideo producētes excremēta
 vtiq; alimētis ex quibus superfluit
 pportio aritenētur, vti superiori-
 bus explicauimus, nō igitur vrina ni-
 gra, semper mortē indicauit, & ex
 cōsequenti recte dictū est, qđ vrina
 nigra prope semper mortē signifi-
 cat, quasi dicat, nō semper illa vero
 nigra vrina perniciosissima censen-
 da est, quē acutorū morborū ratio-
 ne denigrata fuerit, præsertim etiā,
 si crassa & graue olens, apparuerit
 raro enim vrina nigra, aut nunquā
 & tenuis datur, autore Actiō, licet
 dari posse, ex Hip. & Gal. percipia-
 tur, est itē ex vrina nigra conside-
 randum, videlicet si gutatim & in
 pauca quantitate mingitur, aut e con-
 tra, quare si nigra vrina gutatim et
 in pauca quantitate excernitur, pni-
 tiosa est, quare & mortē necessariā
 significat, quoniā naturam vi, atq;
 morbi malitia superatam atq; de-
 uictam esse ostendit, vti ex Auicē

na doctrina colligitur, quando ve-
 ro facile & absq; egrotantis iniuria
 eadem excernitur vrina, et in multa
 quantitate, melius est, quia salu-
 ris est inditiū, eo quod ex pūtricijs
 virtutis fortitudinē, & facultatem
 animæ bene se habere, significat,
 Est deniq; considerandū excretā vr-
 ina, an appareat secundum totum
 nigra, aut secedit eius partes. Qua-
 re si secundum totū nigra appare-
 rit, deterior est, eā quē secundū par-
 tes excernitur quoniā maligniorē
 causa arguit, siquidē mortificatio
 sepe eius ratione causatur, illa ve-
 ro quē secundū partes nigra mingi-
 gitur, nō semper ex mortificatiōe
 perēatur, vti recte considerati fiet
 perspicui satis erit ergo prima vri-
 na perniciosior, secunda, siquidem
 exkiosa iudicatur.
 Postquā igitur de varijs vrinarū
 coloribus primū p virili nostra di-
 scerim, consequēs in presentiarū
 est, de earū diuersis substantiis enu-
 cleare, cū igitur vrinarū iudiciū ex
 parte substantiæ facere cōsueueri-
 mus, primo considerandū est, qđ vri-
 na aut substantia mediocris est, vel
 tenuis siue deniq; crassa, secundū ma-
 gis et minus & primū igitur de me-
 dioeri siue moderata vrinarū sub-
 stantia explanandū reor, postquā e-
 ius respectu, tenuis aut crassa nobis
 dicēda est, cū itaq; præceterit quē
 in venoso genere perfecta coctio
 fit, tūc vtiq; mediocris apparet in
 vrinis substantia, cui vtiq; certū ha-
 bēmus signū videlicet cū visio, per
 eius vrinæ substantiā, non nimis fa-
 cile, nec difficulter, sed medio quō-
 dā modo penetrat, atque transiit in
 hac vtiq; medici, diu versari atq; e-
 xerceri tenētur si perfecte de vrinæ
 medio-

mediocris
urinarum
substantia.

mediocritate, quō ad eius substantiā
 iudicaturi sunt, quanto enim vri-
 na ab illa quā in venis fit, cōcōcti
 coctione recesserit, tātō vtiq; eius
 substantia a mediocritate elongauerit.
 Demonstrauit ergo mediocris vrina
 rū substantia, optimā humorū cōco-
 ctionē. Causatur ergo huiusmodi
 di mediocris vrinarū substantia ob
 perfectā & cōuenientē humorū co-
 ctionē, vnde merito quidē medio-
 cris eā substantia, integram humo-
 rum cōcoctionem designauit re-
 sidēte vero vrinarū substantia ab
 eius mediocritate apparere, tūc vri-
 na debet, aut tenuis, vel crassa illa
 igitur, vrina tenuis nobis censenda
 est, quā multum est aquosa, &
 per cuius substantiā, visio nimis fa-
 cile migrat, hæc enim semel ex cre-
 ta, et talis permanens, humorum
 cruditatem portendit, aut virium
 imbecillitatem, vel vasorum ob-
 structionem, siue denique morbi
 longitudinem atq; naturam nequa-
 quam aggressam fuisse coctionem.
 Si igitur tenuis vrina mingitur, &
 paulo post cocturbarionem suscipit,
 cruditatem etiam ob crassi flatus re-
 dundantiam significat, & præter id
 naturam ipsam coctionem moliri.
 Est tamen considerandum, qđ quan-
 to citius aut tardius, ab ipsius vrinę
 excretionē ea conturbatur, tanto di-
 uisius aut tardius naturam aggressam
 fuisse, coctionem significabat, causa
 atur vtiq; tenuis vrina ob viriū im-
 becillitatem, & humorum crudita-
 tis ratione, quam nostra natura ob
 sui langorem, nondum superare po-
 tuit, cuius ratione, tenuis & cruda
 vrina excernitur, & quanto magis
 vel minus huiusmodi vrina, tenuis
 fuerit, tanto vtiq; maiore aut mino-

Tenuis vrina.

Causa tenuitatis vrine.

re humorū cruditatē indicabit, ostē-
 tur etiam vrinę tenuitas, vasorum
 obstructionis ratione, ipsi nāq; ex-
 crementorum ratione vasīs optētis
 eadem excrementa vrinā nisi exco-
 latam excernere non sinit, vnde
 vrina tenuis apparere debet, ob ip-
 sorum vasorum angustiam: genera-
 tur item subtilis vrina seu excolata
 ob morbi longitudinem vti in fe-
 bre diuturna quartana, in cuius pēn-
 cipio ob materiæ crassitiem, & in-
 tractabilitatem tenuis apparet vri-
 na, vnde in febre quartana, & in cō-
 similibus diuturnis, & longa mor-
 bis vrina tenuis ob materiæ crudi-
 tatē & calidā excreta est quā vtiq;
 cruditatē ob naturā caloris imbecil-
 litatē, & materiæ crassitiem, & re-
 dundantiam nondum natura super-
 rare potuit. Illa deniq; vrina crassa
 dicenda est, quā manifeste a medio-
 cri recedit, & per cuius substantiam
 visio difficulter transit, et nonnum-
 quam fit perspicui extremitas, vbi
 ob sui crassitudinem ac humorū re-
 dundantiam visio terminatur. Sig-
 nificat enim huiusmodi vrina, et
 talis perseverans cruditatem humo-
 rum atque redundantiam, nec non
 et veluti fermentationem, crasiorū
 flatuum atq; humorū, vti in ea, quā
 lis iumentorum apparet conitar, in
 qua capitis dolores ob humorū tur-
 bationem ac diuaporationem, aut
 adsunt, vel aderunt, hæc vtiq; vri-
 na quāto plus aut minus crassa fue-
 rit, tanto enim maiorem vel mino-
 rem, humorum cruditatem et redū-
 dantiam designabit, considerandū
 tamen est, vti si huiusmodi vrina
 crassa mingitur, et paulo post resi-
 det, quod humorum fermentationē
 quiescere indicabit, & quodam mo-
 do

Crassa vrina indica.

Ser. 5. ca.
 44.
 Li. 1. epi.
 par. 3. cō.
 20. & 22.
 & li. etiā
 3. part. 3
 com. 80.

do attenuari, necnon & separationē incipere. Causatur autem crassa vrina, ob redundantiam et repletionē humorum, ventrem implentium et intestina atq; iocinoris partes cauas, quorum humorum redundātia et cū vrinæ mixtione, sequitur eius vrinæ incrassatio. Vnde quādo maior aut minor humorum redundantia, et eorum cum locio mixtio fuerit, tanto utique magis aut minus, tunc crassa censenda est: multi enim fuere, qui existimarunt semper vrinas incrassari, ab externo frigido, idq; comprobant dicentes. Vidimus vrinas tenues mictas, et paulo post eas conturbationem recipere, non alia quidem ratione quātum excogitarunt, nisi frigidi externi causa, quia secedente ab vrinis calore frigidum externum ambiens, ipsas incrassare autumnat, aduersus quorum sententiam, dico qd vrina non semper ab ambienti frigore externo causatur, licet aliquoties eius frigidi ambientis ratione turbationem recipere videtur: namq; si semper frigidi externi causa, vrinæ turbidæ atq; crassæ apparuissent sequeretur quod si semper eadē ambienti frigido expositæ essent, vt semp eius ambientis ratione incrassarentur, sed vidimus milies contrarium, videlicet vrinas tenues mictas frigori externo positas, quæ post vnum aut duos dies, aut forte plures nunquam turbationem acquisierūt, sed potius tenues semper manent. Non igitur ambiētis frigidi ratione vrinæ semper incrassantur. item etiam si frigidi externi gratia eadē vrinæ in crassationem, turbationemue reciperent, sequeretur eadē ratione et non sine iure, qd per sui contrarium

calidi nempe causa tenuari possent, sed præ oculis cōtrarium vidimus, postquam hieme vrinæ subtilissimæ apparent, & tales semper manent, & æstatis tempore eas crassissimas existimamus, quas utiq; æstus nunquam dissoluit. Non igitur à frigore externo vrinæ semper crassescunt, licet interdum eiusdem frigidi externo causa turbationem vrinam recipere conspiciamus, videlicet, vbi post eius recentem excretionem ambiēti frigido apponitur: & tandem eius ratione alterationem recipit. Quare & turbationem, contingit etiam aliquando turbari vrina, flatuorum spirituum ratione, postquam ex ipsorum commotione, haud dubio ipsius vrinæ conturbatio consequitur: præcipua utique conturbationis vrinarum causa noster genuinus calor existit vrinarum materiam cōmouens: ex cuius utiq; motione vrinæ perturbatio subsequitur, ad eundē utiq; modum, sicuti in testa aqua eferuescenti plena contingere potest, in qua quidem si seorsum quædam portio siue quantitas apponatur caloris ratione agitantur, ac eadem semina versus omnes ipsius testæ partes reboluuntur, ad quam enim similitudinem naturalis noster calor, humores in vrinis consistentes promouet, ac reuoluit: ex quorum demique reuolutione vrina turbationem recipit: quare & crassitiem, considerandum tamen est, qd quando vrina natui caloris causa cōturbationem aliquam recipit, vt eo tempore signum est, qd natura iam humorum coctionem & separationem incipit ad eadē nempe similitudinem qua in dolijs vinum nouum concoquitur

tur. In qua igitur coctione, caloris ratione, vbarum acini, versus omnes ipsius doli partes suffunduntur, vsque dum vinum perfecte coctum est, tandem vero vbi factum fuerit, resident, vt constat: ex qua similitudine colligitur, qd quando humores in vrinis consistentes, caloris ratione de loco in locum agitantur, tunc signum est, vt eorum coctionem natura aggressa est vsq; dum subsistat itaque quando humores ipsi, subsistentiam, habuerint, tunc enim eorum coctionem factam esse existimauimus.

Haftenus enim colorum & vrinarum substantiarum iudicio exposuimus, nunc vero de colorum, vna cum substantijs in vrinis iudicatione determinandum sequitur. Cum igitur vrina colore alba & substantia simul tenuis aut crassa apparuerit, extremam humorum cruditatē eiusmodi vrina portendit, siquidem vtraq; summam cruditatem significat: si vero vrina colorem subspiceum aut spiceum habuerit, vnā cū substantia tenui considerandum est qd quantum ad colorem naturam agredi coctionem indicat, quāto vero ad substantiam spectat, cruditatem inuit: quæ autem, si in longum tempus perseuerarit, dubium est an sufficere possit egrotus, donec morbus concoquatur, quamobrem poterit quodam modo vrina optima ex parte coloris apparere, quoad eius vero substantia cruda, vt constat de vrina ea, quæ sub aureo aut fusco colore mingitur, simul cum tenui substantia, & e contra utique poterit vrina ex parte substantiæ sanis simillimæ apparere: quātum vero ad colorem attinet cruda, videtur

delicet quando vrina cum mediocri substantia & colore subspicea, aut aureo mingitur, huiuscemodienim vrina quātum ad substantiam, naturalis & optima censenda est, ex parte vero coloris cruda.

Quibus exaratis, de oportuna & condecanti vrinarum quantitate, differendum sequitur. Condecens igitur siue debita vrinæ in sanis quātitas pro potus ratione correspondere debet, quæ vero ab hac in magis, aut in minus quantitate deuiauerit auctioris aut diminutionis vrinæ, quantitatis causam significabit.

Quāobrem de multitudinis & paucitatis vrinarum causis, dicere moueat. Tunc igitur vrinæ in multa quantitate excernuntur, cum hominibus multis, humidioribus præsertim vltus fuerit, necnon & largiori potione, & maxime si aquosi & tenuis vini fuerit. Cibi enim humidi vt melopopo & cōsimilem substantiam habentes, quanto humidiores, tanto maiorem vrinæ quantitatem causabunt. Excernitur etiam multa vrinæ quantitas, ob diuretica medicamenta, aut propter excessiuam caliditatem, circa renes existentem, vt in passione diabete, hoc est vrinæ fluore, siue matulæ hidrope, in qua utique propter excessiuam caliditatem renes, feream vrinæ substantiam ex reconi, omniq; venoso genere celerime attrahunt: differt enim diabetes ab vrinæ multitudine, si quidem in sincera diabete potus non mutatus, vt in hienteria, cibus excernitur in nō vera diabete, quamuis aliquando vrina potus affecti rationem superat, mutatur tamen potus, & sic non sunt omnia vera diabete signa. Differt igitur

Debita vrinarum quantitas

causæ multitudinis vrinæ.

Diabetes ab vrinæ multitudine differt

diabetes

Tenuis et crassa vrina, extremam cruditatem indicant.

Potissima causa turbationis vrinarum

diabetis sincera ab urinae multitudine, si quidem in diabete exquisita potus non mutatur: & si in urinae multitudine mutatus fuerit. Quam obrem inter se differentia esse dicemus causari quoque potest urinae multitudo, quoniam nulla aut si aliqua, immodica tamen praecessit deiectione, uti ex Hippocrate demonstrari videtur, cuius verba sunt mictio noctu plurima contingens parvam significat deiectionem, unde parva apparenti deiectione cum urinae multitudine: tunc eius deiectionis parvitas multitudinis urinae in causa erit. Paucitas enim urinae ex praedictarum causarum contrarietate provenire nulli erit dubium, si quidem contrariorum contrariae sunt causae qua ergo ratione, pauca urina ob ciborum siccitatem, & potus modicam quantitatem & ab exercitio, & vehementi febre, urinae humiditatem exolvente significatur, docete actuario. Oritur ite pauca urina medicamentorum & ciborum glutinosam & crassam substantiam habentium ratione. Quorum causa neque nutritio perfecta fit concoctio, quam obrem accidit ut ratione ipsorum ciborum oppilationis quae urinae paucitas, appareat, & idem accidit ob humorum crassitiam, qui nihilominus quam glutinosi & crassi cibi, exitus vasorum opportunos coarctat ob etiam inferioris ventris multam evacuationem provenire solet, pauca urina, nec non & ob virtutis expultricis imbecilitatem, renum nempe aut quorundam urinariorum vasorum.

Hiscie ergo expositis, de urinarum contentis disertare superest, ideoque primum, quae de ipsis contentis mis-

sa fecerimus, quid contentum sit enucleare refert, contentum igitur dicente Galeno. Id quod in ipsa fusione diversum apparet contentum est & dicitur ideo contentum, quia in qualibet ipsius fusionis parte contentetur. Quare de locis in quibus contenta consistere possunt, nec abs re declarandum erit. Loca igitur; in quibus urinarum contenta continere possunt, tria censenda sunt, pro cuius tamen maiori rei dilucidatione, totum urinae corpus in matula consistens, primum trifariam dividendum est, scilicet in superficiem siue supremam urinae regionem, & in fundum seu imam matulae partem, & in harum extremitatum medianam, quare contentum id quod ad fundum usque matulae descenderit subsidentia siue sedimentum, atque subiectum appellatur. Contentum vero quod ad medium usque tantum matulae descendit, sublatio siue sublime vocatur, id denique contentum quod in superficie tantum apparet, nubiculum, siue nebula nuncupatur: quae igitur urinae partes in ipsa matulae figura micant, quae utique figura vesicae propriae in qua urina recolligitur designat. Quibus expositis superest de naturali & optimo contento verba facere, ut ex eo possimus illorum quae praeter naturam sunt, integram notitiam coniectare, ut itaque optimum & naturale contentum habeatur, tria in eo haud aliter quam in urina sunt animadvertenda, scilicet, color, substantia, & quantitas. Naturalis igitur & opportunus contentorum color mediocriter albus aut denique subalbidus esse debet, si vero quemcumque alium colorem contentum praese tulerit, id utique praeter

praeter naturale censendum erit, apparent autem milies contenta, aut intense alba, aut subspicea, aut spicea vel subaurea, aut aurea, seu subcrocea, aut crocea, vel subrubra, aut rubra: alia item apparent aut veneta vel libida, aut denique nigra, & in summa tot possunt in contentis apparere colores, sicuti in urina: unde quot fuerint urinarum colores erunt totidem & contentorum, praeter quae alia sunt quae orobea dicuntur, & alia quae fursurea, & quaedam denique simillacea: contenta igitur, intensam albedinem habentia auctore Actuario, aut phlegmatici humoris ramenta sunt, aut pus summe coctum, quod ab aliquo intrinseco patiente membro excretum est, quare eiusmodi contentum, aut pituitosi humoris ramenta, vel pus, summe coctum significabit: subspicea autem & spicea contenta aequae minus bona censenda sunt, si quidem a mediocri & naturali contentorum color secedunt indicant tamen mediocrem bilis redundantiam, postquam eadem contenta ex mediocri bilis quantitate colorantur: subaurea vero aut aurea, maiorem bilis copiam portendunt: si quidem a maiori bilis abundantia colorem recipiunt. Quare subcrocea & crocea contenta maximam sive bilis redundantiam indicabunt. Subrubra autem & rubra cruditatem in tertia coctione ob rubrae bilis copiam portendunt, praeter quae quaedam cruenta dicuntur, quae non elaboratum sanguinosum humorem portendunt, veneta, libida, & nigra, mortificationem vitalis facultatis secundum magis aut minus designant, aut forte nigrum humorem ab aliquo loco in locum fluxum

tem ubi residet: orobea item contenta quae hypostasis dici possunt, eo quod semper ad matulae fundum petunt, apparere solent, ubi post pinguis consumptionem caro iam liquare inceperit, quae autem contenta, aut sunt totius corporis, aut renum tantum. si igitur huiusmodi contenta, in febribus apparuerint, totius utique corporis affectionem indicant. Si vero citra febrim, renum solum, & rursus si urinae in quibus, eiusmodi contenta excernuntur cruda ferebant, totius quoque corporis malum significant, si vero concoctae renum tantum affectionem esse indicant, uti est Actij doctrina demonstratur, quae denique orobea, siue urinae subsidentiae, ideo sic vocantur, quia eruo siue excoctio, orobea suo colore assimilatur, quam obrem colorem vitelo-obi rubro simillimum habere tenentur, postquam qui inter legumina computandi sunt orbi, si excoctentur, colorem utique retinent rubrum, vitelo nempe rubeo similem, verum tamen hypostases haec minus aequae globosae sunt quam erui ipsi, auctore Actuario. Fursurea autem contenta, quae ideo sic vocantur, quoniam fursuri, tritici bene moliti, consimilia apparent quae quidem si magna apparuerint vere fursures esse existimavimus, & haec denique cum febris pinguedinem consumpserit, & maiorem carnis partem, ac in vasorum profunditate irruerit, fursurea contenta producuntur, quae denique aut ex toto corpore excernuntur, aut abesica tantum, quare ubi cum febre apparuerint, totius corporis passionem demonstrant. Si vero citra febrim excernantur, haec solum consideranda

li. 4 apho
83.

urinae paucitas causa
se.

li. 1. de urina
di. cap. 11.

Intense alba
bedinis contenta

lib. 2 de urina
di. cap. 4.

subspicea
et spicea.

Aurea.

Crocea.

Rubra.

cruenta.

Veneta

Libida

Nigra

Orobae
hypost.

Sermo. 5.
c. 39

Lib. 1. de
diff. urinae
c. 15

sidera

siderandum autem est, q̄ si eiusmodi v̄rina, in qua eadem contenta apparent, cruda fuerit, tunc totius corporis erit affectio: si vero cocta bescica solū, & tunc localis adest dolor. Lamineæ item hypostasēs ubi per seueras febris, solidas corporis partes attingerit gignuntur, & tunc vtiq; solidæ corporis particule affectæ sunt, cuius ratione eadem partes radūtur in superficiem, vnde lamineæ subsidentia: ideo dictæ generantur, quia cum laminis similitudinem referunt, non tamen per longitudinem, authore Actuario, quāuis ex co dicatur, se laminas huiusmodi cognouisse, quæ sicuti & latitudinem, longitudinem etiam habent, etiam si non euidenter altitudinem, hæc denique, ad suam contra-rem originem ex toto corpore, aut ex bescica sola si vtiq; eadem contenta cum febre apparuerint, totum corpus affectum esse iudicabimus, si vero absque febre bescican solam: reliquum est autem vt ex hypostasi similacea, verba faciamus, similaceæ igitur hypostasēs, quæ à similia nomen accipiunt, eas vnde similaceas esse nouimus, inquit Actuarius quæ ex male molito tritico ordeo v̄, cribatæ cum furfuribus similitudinem sapiunt quæ autem furfuribus ipsis, pleniores apparent, & hæc vtiq; simile vocandæ sunt hypostasēs, non enim vt furfures tenues, sed illæ quæ tritico ordeo male molito & criuato assimilantur, quæ denique ex Actio polentaceæ nuncupantur; eo quod crassiores, quam furfures esse videntur, causantur enim huiusmodi subsidentia, ubi febris post occupatam profunditatem & maiorem & longiorem pro-

Lamineæ hypostasēs.

Similaceæ scupolentaceæ hypostasēs.

funditatem inuaserit, hæc vtiq; duopertendunt, scilicet aut sanguinis affationem, aut fortem solidarum partium coliquationem: quare si eiusmodi hypostasēs albæ fuerint, solidorum membrorum affectionem esse existimauimus: si vero rubæ aut rubæ sanguinis solum affationem significabunt, vti ex Actuario, necnon & Actio demonstratur.

Hactenus de contentorum iudicij in colorib⁹ differimus, in presentia vero de eorum substantijs declarandum sequitur, contentorum ergo substantia: apparere debent, aut mediocres vel tenues, siue denique crassæ. Contentorum igitur mediocris substantia, toto v̄rinæ corpore crassior est. Quamobrem in ipsa v̄rinæ substantia consistens, a perta satis visui relinquitur. Verum tamen considerandum est, quod nõ ita facile visio per mediocrem contentorum substantiam, migrat, sicuti per v̄rinæ humorem trahit. Visio namq; per mediocrem contentorum substantiam, aliquantulum difficulter transit: per v̄rinæ vero humorem non ita vt constat: interdum enim debilitata ob frigidum tertiam concoctio vsq; adeo est, vt contenta non valeant ad mediocrem substantiam perducere. Quæ igitur substantia, si quidem tunc à mediocri recedit, tenus aut crassa dicenda est, illa ergo tenuis secundum magis aut minus contentorum substantia appellanda est, quæ sic cum toto v̄rinæ humore proportionatur. Crassa vero ea vocanda erit, quæ multum aut paucum versus crassitudinem à mediocri recedit, quare si multum ad crassitudinem inclinauerit, ita vt visio in ea terminetur, multum crassa censenda est; si vero

Lib. 2. de iud. ca. 10. sera. c. 5. 4. 2.

mediocris contentorum substantia.

Tenuis contentorum substantia.

si vero paucum, moderate crassa, tenuis ergo contentorum substantia in secunda coctione magnam naturæ imbecillitatem indicat, necnon & humorem crudum. Causatur itaque huiusmodi substantia ob naturæ debilitatem non potentis humorum copiam concoquere. Crassa vero contentorum substantia, crassorum ac crudorum humorum in venoso genere existetium redundantiā significat, licet aliquando auctore Actuario, huiusmodi substantia, ob expellentis virtutis expultrici robur in diebus decretorijs prouenit, quæ deniq; ob caloris natui imbecillitatem oritur, cuius ratione humores atenuari nec potuerunt quamobrem huiusmodi substantia crassa intelligenda est, præter id etiam mediocris contentorum substantia, lenis seu leuis, & secundum naturam æqualis estimanda est, si in sui optima perfectione nobis habenda est. Lenis igitur seu leuis secundum naturam in contentis substantia vti ex Actuario, & Actio, Hippocratisq; testimonio demonstratur, ea est, quæ continua ac coherens existit, indibulsa etiam, & quæ veluti unum contentum ac coactum corpus, neque aliquo modo sibi rugosum, aut huc & illuc in pulsum, neque aliqua in parte dissolutum retinet, quibus itaq; conditionibus, lenis contentorum substantia naturalis, & optima nobis censenda est, æqualis autem ipsorum contentorum substantia, ea nobis intelligenda est, quæ per totum tempus similis appareret: similis inquam ita vt si semel concocta apparuerit, quod semper talis permaneat, non autem vt hodie cocta appareat, cras vero cruda, & vt

Crassa substantia.

Lenis contentorum substantia.

Lib. 1. de diff. urin. cap. 14. ferm. s. c. 32.

in summa dicam illa contentorum æqualis substantia intelligenda erit quæ minime subsidentiam aut fusio nem inæqualem continet, & hac quidem ratione lenis secundum naturam substantia, necnon & æqualis iudicanda nobis est, quæ autem ab eis recesserit præter naturalis dicitur, quare si aliquam continuitatem augeat, & tenacitatem acquirat, tenax dicenda erit, modice nempe aut multum. Ea igitur contentorum substantia modice tenax intelligenda est: quæ vbi valde seu multum eius matula commoueatur, eius contentum facile dissoluitur: si vero multum matula commota fuerit & modice v̄rinæ contentum dissoluatur, ideo magis tenax dicenda est, si denique eadem matula nimis agitetur, et nullatenus eius v̄rinæ contentum dissolui videatur, tunc vtiq; talis contentorum substantia valde tenax nobis estimanda est, si autem alia contentorum substantia à prædicta continuitate deuiauerit, ita vt in partes diuisa apparuerit, aspera nobis nuncupatur: quæ enim modice aut valde aspera dici potest, prout modicum aut multum eius continuitatis partes diuiduntur, quamobrem si visio contenti diuisi discretas partes capiat, modice aspera dicenda est, substantia, si vero easdem partes visus secundum altitudinem & latitudinem apprehendat, magis aspera contenti substantia dicenda erit, sicuti & valde ea dicenda erit, cum trinam corporis dimensionem eius substantia partium eadem visio perceperit. Quibus intellectis expediens est iam de contentorum quantitate interpretari: moderata igitur contentorum quantitas correspondere de-

Equalis contentorum substantia.

Tenax contentum.

Asperum contentum.

Valde asperum contentum.

Contentorum quantitas.

bet

bet, tum vrinae corpori, tum etiam quantitati nutrimenti praesumpti, quare si moderata fuerit vrinae & ciborum quantitas moderata quoque contentorum copia esse tenetur.

Quamobrem multa vrinarum contenta, multam nutrimenti quantitatem assumptam esse portendunt, necnon & robur quodam alteratri virtuti adesse, atque multam naturae elaborationem circa nutrimentum, si quidem cum multa fuerit naturae elaboratio circa nutrimentum multas ideo superfluitates adesse necesse est: vnde vbi multa fuerit naturae circa alimentum elaboratio, multa quoque & contentorum quantitas pensanda est, multoties etiam multa in vrinis contenta virtutem alteratricem & concoctricem significant, ab aliqua causa obscuratam esse: veruntamen animaduertendum est, quod talia contenta tunc crassa apparere debent, causantur igitur contenta multa, ob multam ciborum praesumptorum quantitatem, necnon & nimiam circa eandem quantitatem elaborationem, patida denique contenta ex inedia, aut ab exercitijs vel obstructionibus, siue denique tardis coctionibus procreantur.

Quibus praelibatis superest nunc de optimo vrinarum contento perstringere, bonum ergo cuiuslibet vrinarum contentum (quod sanguinis exacte concocti excrementum est) mediocre album esse tenetur & figuram rotundam habens, impetum nempe inclinante, & cum mediocri substantia leni & aequali, necnon & moderata quantitate, quod utique vrinarum contentum, sanam virtutem in tertia coctione demonstrat, sicuti vrinarum optimae substantiae

potissima sunt signa coctionis perfecte, quae in ventre & cauis iecoris partibus fit, ita hercule vrinarum contenta, optima & potissima signa sunt perfecte coctionis, quae in venoso genere perficitur: est amplius considerandum quod non semper ut contenta alba in vrinis apparerint, quod ea bona censenda sunt, si quidem multoties crudus ac albus humor vna cum vrina excernitur, necnon & pus summe coctum, quae etiam si contenta alba fuerint, non tamen ea bona signa coctionis sunt quae in venoso genere perficitur, & ne igitur huiusmodi contentis per spectis, aliquis decipatur assignare expedit distinctionem qua distinguere possemus huiusmodi contenta ab optimo vrinarum contento, pro cuius distinctionis inuestigatione animaduertendum est, quod optima vrinarum contenta hac methodo in vrinis apparere tenentur, videlicet ut primum, superne, hoc est in vrinae superficie nubicula seu nebulae apparent, dum contentum iam incipit tenuari, deinde vero paulatim subdescendens in medio seu sublimi, seu sub amentum remanet, & in summa, vbi iam perfecte coctum fuerit, concoctum, hypostasis, tunc in fundo subsidet, rotundam pinguelem nempe emulans figuram, vnde ex Auricena & ortulo sanitatis de vrinis tractatu, & aliorum multorum sermone demonstratur. E quibus erit distinctio inter bonum contentum & humorum crudum nota, & aperta satis, si quidem crudus humor siue pituitosi humoris ramentum, minime substantiam habet aequalem nec continuam sicuti & optimum contentum, sed potius eam inaequalem

non omne album, contentum bonum iudicandum est

causa generatio nis

causa generatio nis

causa generatio nis

hac

arduulfam retinet, in paruas veluti arenulas diuisam, in quo utique a perfecto vrinarum contento dissi det maxime, necnon, quoniam huiusmodi crudus humor nequaquam ordine optimi contenti, ad matulae usque fundum descendit, imo vero ab initio multa eius humoris crudi copia ad vasis fundum petit, malum colorem toti fusioni exhibens, qui autem crudus humor cum paulatim concoctus & attenuatus est, circa medium corporis vrinam esse conspicitur, seu sublime, cum denique magis concoctus fuerit: tunc in superficie totius corporis vrinam existit, nebulam faciens: si autem simul cum vrina excretum fuerit pus, cognoscendum id erit, si vrina graueolentiam indicauerit, quam utique puris in vrina excreti ratione apparere coniectamus, dum autem vrina praeter puris admixtionem grauius olet, considerandum est, eam humoris putrefactionem, necnon & naturae mortificationem significare, docente Aetio: tunc utique graueolens erit pus, ob eius cum vrina admixtionem cum praecesserint iecoris aut renum affectiones, quarum & consimilium affectionum ratione, ex aliqua praedictarum parte, vna cum vrina pus excernitur, faciens utique graueolentem vrinam quibus expositis de causa & methodo ipsorum contentorum in vrinis generationis, aliquod dicere arbitror. Contenta igitur hac serie generantur, primum utique; cibi in ore preparari tenentur, ita ut prompti atque oportuni sint, ad primam coctionem, quae in ventriculo fit recipienda ex qua utique probe adepti, nostri genuini caloris ratione, superfluita

Graueolentis vrinae iudicium Serm. 5. c. 43.

Causa contentorum generatio nis.

tes siue excrementa ex ea restant: quarum quaedam expuuntur, & alia per inferiorem ventrem excernuntur: vbi vero nutrimentum primae coctionis succificatum fuerit, id quod purius ac tenuius in ventriculo fuit ad venas usque; melaericae atque cauae iecoris partem perducitur, vbi utique eius nutrimenti secunda fit concoctio, ex qua integre facta, excrementa superfluunt, ut vrina, & vtraque bilis. Coctionis denique tertiae quae in venis atque curva siue conuexa iecoris parte perficitur excrementa quoque superfluunt, quae contenta in vrinis dicuntur, atque sudores, necnon & insensiles seu occultae humorum euaporationes, & hac utique methodo & causa generantur in vrinis contenta: quibus habitis assignandum superest. Qua ratione perfecta siue optima contenta moderate alba apparere debent. generantur igitur moderate alba contenta, ex perfecta atque integra sanguinis concoctione: compertum utique satis est, sanguis dum a suo colore mutatur, ad album colorem verti, quod enim certum ac euidentis faciunt, tunc lactum etiam & semine siue sperma, quae enim coctionis ratione, ad album colorem transmutantur, uti recte perspicuum satis: ob quam ergo consimilem rationem vrinarum contenta, postquam sanguinis perfecti concocti excrementa sunt, ad album colorem transmutabitur, tandem vero ob diuersorum humorum admixtionem, varios colores, haud aliter quam vrina recipit. Quae quidem eadem ratione quantum in ipsa est, alba iudicatur.

Excrementa primae coctionis.

Excrementa secundae coctionis.

Excrementa tertiae coctionis.

Qua via acquiritur album color contentorum albedo aut aliorum colorum diuersitas.

Qua ratione serua vrinarum humiditas quantum in ipsa est alba esse debet.

Prædictis omnibus consideratis de eius quæ in infusionis superficie supernatare videntur per tractandum mihi videor, sed prius quam de eius interpretauerimus, animaduertendum est quod ipsa fusionis superficies, si matulæ præassignatâ figuram sui cõparauerit circulum per ipsius vrinæ ambitum circumscribit, coronam in vrinis ideo dicitur, quia similitudinem cum coronæ figura representat, quæ igitur in vrinis corona, uti ex Actuario docetur, linea quædam est, vmbatilis depicta, quæ utique per ipsius fusionis superficiem ambitum circumcurrit, est tamen cõsiderandum, quod huiuscemodi vrinarum corona siue vmbatilis linea, in extrema seu superiori fusionis parte prope semper apparet, quæ utique super capitis dispositionem significat, & aliquando autem in media ipsius vrinæ regione, vbi eneorina apparet, quantum raro eadem corona existit, super membrorum nempe spiritualiũ dispositionem ut plurimum demõstrans aliquoties etiam huiusmodi corona siue linea, integra apparet, hoc est totam vrinæ superficiem cõplens, aliquando vero in completa & nonnũquam item, sua substantia tenuis apparet, interdum vero crassa & aliquando, vnius coloris, aliquando deniq; alterius diuersi: quibus prælibatis apparere etiam vna cum vrina solent, ut bulæ, pinguedo, araneorum consimilis, nec non & pilli primum igitur, corona materiam in capite frigidam melancholicam nempe vniuersaliter demonstrat uti & Galeni & Auicennæ nec non & Theophili documentis docetur, vnde cõpleta corona multâ

in capite materiam frigidam, vniuersaliter redundare indicabit; in completa vero modicam, quoniam sicuti multa materia integram coronam complere valet: ita quidem ferri circulum, & pauca, quæ utiq; materia aut multæ est condensationis aut paræ, si itaque multæ fuerit condensationis, frigiditatis ratione, multoties minime continuam lineam constituit, sed potius discretam, & separatam, ea nempe ratione, quia frigiditatis eius causa, ad coagulationem tendit, ob eamque rem, nec permittitur eiusmodi linea continuari: si vero paræ fuerit condensationis eadem materia cõtinuam utique lineam efficiet, eo quod modica materia condensationis ratione fluxibilis reditur, vnde & continuari linea siue corona permittitur: quæ autem corona si substantia tenuis apparuerit, colorem etiam pallidum referens, & quodam modo ad libidum inclinans sinistram capitis partem ab humore melancholico vitiatam esse significabit, ea utique ratione, quia colores similes, efflorescunt humoribus, vnde libidus color, melancholicum humorem redundare indicauit, significauit ideo sinistræ partis capitis læsionem, eo quod membrum melancholicum splen nempe, in sinistro latere, siue hypochondrio locum habet, quæ ergo ratione ad sinistram capitis partem euaporauerit, si quidem sinistra cum sinistris, & dextra cum dextris, sursum et deorsum correspondentia sunt. Corona item substantia tenuis, colorem autem espiceum, aut rubrum representans prauam in parte, capitis dextra

Corona tenuis vna cum pallido colore & ad libidum inclinantis iudicium.

Corona tenuis & spicci aut rubri coloris iudicium.

Vrinarũ corona, quid & unde dicitur. Lib. 1. de diff. urin. cap. 18.

Complete coronæ iudicium.

temperaturam, nec non & dolorem portendit, quoniam iecur & cistis fellis in parte seu in hypochondrio dextro, locum habent, naturaliter ideo eorum vaporatio, versus dextram capitis partem ob prædictam nuper rationem fiet corona amplius subtilis, & colore viridis in febre acuta apparens, adustionem portendit, nec non & futuram phrenitidem, eo quod eiusmodi corona, multam & subtilem biliosam, nempe materiam in cerebro demonstrat, ex qua utique non paucies phrenitis fit: præsertim cum laborantes eadem phrenitide feroces nimis & asperi apparuerint. Ex ea autem phrenitide, ob sanguinis redundantiam ob orta ridibunda producuntur homines, & minus feroces, & asperi, si quidem à benigniori & meliori humori eadem phrenitis exorditur: libida autem corona in morbo acuto apparens, cerebri læsionem importat, sicuti phrenitidem viridis, prædictam tandem vero si in nigram degenerauerit, caloris naturalis mortificationis, frigiditatis ratione indicabit, quæ autem corona nigra si prægressa immediate viridit apparuerit corona, nec non & vrina adustionem & mortificationem demonstrabit. Si vero corona substantia fuerit crassa, & purpureum referens colorem, inter partem capitis partem læsam esse significat quod sanguinei nempe humoris redundantiam, eo quod purpureus color sanguini similis efflorescit, plus utique quam alteri humori, & quia interna capitis pars, multis venis & arterijs abundat, ideoque interna capitis affectionem præcipue ostendit. Corona item crassa sub-

Subtilis & viridis coronæ iudicium.

Libida et nigra coronæ iudicia.

Crassæ & purpureæ coronæ iudicium.

stantia, vna etiam cum libido seu plumbaceo colore, cum apparuerit, epilepsiam, & apoplexiam portendit, eo quod huiuscemodi coronam materiam multam in cerebro, & eius ventriculis contentam innuit. Sunt autem aliqua, quæ in eadem vrinæ superficie apparere solent, quæ bulæ vocantur, & hæc ad vltimum spiritus sunt signa, testant. Actuariorum quarum utique quædam per totam vrinæ superficiem apparent, quædam vero in sola corona, siue vmbatili linea consistunt, & quædam denique in vtrisque simul partibus, & earum aliæ apparent magnæ admodum, aut nimis paræ, aliæ denique medium sequuntur, quæ utique bulæ aut sunt vna cum excernitur vrina, aut cum ipsa intrinsecus efferbuerit ac quæserit, quarum quædam à fortiori causa producuntur: quædam vero à debiliore, vnde si statim cum intumuerint dissoluntur, à debiliore causa gignuntur, siquidem cito in papos habeant: illæ vero, quæ multo tempore durarunt, à sui generatione, à fortiori causa procreari non dubitauimus, siquidem non facile dissoluntur, & earum enim quædam bulæ quadam ferie in sola corona existunt, scilicet, singule aut binæ, vel denique ternæ, &c. Quædam vero Bularum in ro sparsim, in eadem corona nascuntur. Sola corona Bulæ igitur quæ in sola corona integra serie apparuerint, si ita cõtingerit ut colore ipsius humoris vrinæ tinctæ fuerint, magnam capiti affectionem adesse atque dolorem non mediocrem portendunt. illæ autem bulæ quæ in corona sparsim, & sine ordine manent, hæc à debiliore causa generantur, ideoque mitiorem capitis dolorem significant. Est tamen cõsiderandum quod tanto maiores dolores huiusmodi bulæ

Crassæ et libidæ coronæ iudicium.

Lib. 2. de iud. c. 14.

Bularum in ro ordine seruantiũ iudicia.

capiti adesse significabunt, quanto intensius ad aureum colorem declinauerint: bulæ vero albæ, vel albis vicinæ ac proximæ, quæ subalbidæ nobis dicuntur, in coronæ ambitu consistentes, paruum aut nullum capiti dolorem adesse indicant, quæ uti que bulæ si simul cum vrina tenui contenta in cocta habente apparuerint, natiuæ caliditatis imbecillitatem designant, si quidem natiuus calor tertiâ coctionem nondum cõplere potuit, si vero eadem bulæ cum eadem tenui vrina absque hypostasi apparuerint, tunc utique renum obstructionem significat, quod enim ex Hipp. docetur, cuius verba sunt: quibus in vrinarum summo bulæ insident, morbum renalem & diutinum significant. Hæc enim de bulis, quæ in coronæ ambitu insident, dicta sunt: nunc vero de illis quæ versus mediam fusionis superficiem vagantur dicendum sequitur, quæ utique quandam remissionem doloris indicant, illæ denique bulæ infusionis superficie pallidum colorem habentes, nihil utique super capite demonstrant uti ex Actu. demonstratur libr. 2. de iudicijs, Indicant tamen non paucam tantum naturæ gracilitatem: & maxime ubi plures opilationes fuerint, necnon & crudorum humorum societas, in his autem qui gonorrhæa laborant frequentius in vrinis per coronam bulæ vagantur, quarum denique bularum omnes, autore Galeno, necnon & Actua. generantur circumtenso humore spiritui flatuoso: unde ob eiusdem spiritus extranei vehementiam bulas fieri minime dubitauimus.

Assuescunt etiam in vrinarum superficie innatare pinguedines ar-

nearum telis persimiles, & puncta seu ex oleo iniecta, quæ velut antea demonstrauius, totius corporis aut renum tantum coliquationem indicant docente Hip. lib. 7. apho. 35 ubi inquit, quibus autem summum est pingue & confertum: ijs renum dolor & morbus acutus esse significatur, ex morbi utique acuti acumine renum, aut totius corporis subsequitur coliquatio.

Solent quoque in vrinis quedam vagare quæ capillis similia sunt: qui denique capilli in vasis generantur, & per renes excernuntur, uti ex Gale. docetur, quam quoque doctrinam Hippocrates docet, dicens, quibus cum vrina crassa earumculæ parua, aut veluti capilli vna exeunt ijs à renibus excernuntur: qui autem capillitium ex parte substantiæ, necnon & quantitatis distinguntur, tum etiam ex parte coloris, & sitas, & eorum quidam subtiles, quidam vero crassi apparent & nonnumquam multi: interdum vero pauci, & aliquoties in extrema ipsius vrinæ regione, & aliquando in media, quandoque etiam & diuersi coloris apparet, quorum utique quidam sunt, qui à causa frigida simul & crassa sunt, quidam vero sunt quæ à calida causa pili. Igitur si pingues et substantiæ solidæ, febre haud infestante nobis sese obtulerunt: renum utique, atque lumborum dissolutionem portendunt. Pili autem sua substantia quodam modo crassi apparentes, ita quidem, ut si comprimantur, pedetentim euanescere videantur, vel quod ex ipsius vrinæ tantum agitatione resoluantur opilationem, ab humoribus frigidis et crassis significant. Præsertim si album colorem præ se tulerint

Lib. 6. de lot. patie. Gale. docetur, quam quoque doctrinam Hippocrates docet, dicens, quibus cum vrina crassa earumculæ parua, aut veluti capilli vna exeunt ijs à renibus excernuntur: qui autem capillitium ex parte substantiæ, necnon & quantitatis distinguntur, tum etiam ex parte coloris, & sitas, & eorum quidam subtiles, quidam vero crassi apparent & nonnumquam multi: interdum vero pauci, & aliquoties in extrema ipsius vrinæ regione, & aliquando in media, quandoque etiam & diuersi coloris apparet, quorum utique quidam sunt, qui à causa frigida simul & crassa sunt, quidam vero sunt quæ à calida causa pili. Igitur si pingues et substantiæ solidæ, febre haud infestante nobis sese obtulerunt: renum utique, atque lumborum dissolutionem portendunt. Pili autem sua substantia quodam modo crassi apparentes, ita quidem, ut si comprimantur, pedetentim euanescere videantur, vel quod ex ipsius vrinæ tantum agitatione resoluantur opilationem, ab humoribus frigidis et crassis significant. Præsertim si album colorem præ se tulerint

lib. 7. 4. pho 34

Lib. 7. 4. pho. 34. lib. 2. de cau. ca. 3.

Aduerte.

rint, quod utique manifestissimum est, postquam huiusmodi pili membrorum dissolutionem denotant, aut materiæ denique humoralis membrorum enim videri quidem, meo minime, quia tunc esset, haud dubio vrina pinguis, ut oleum, unde & pili non euanescerent. Indicabunt ergo humorales materiæ, tenatium nempe humorum dissolutionem vias, & meatus opilantium, qua ratione obstructio eadem manifesta satis erit, pili amplius si forte fortuna solidæ substantiæ apparuerint, oleacea existenti fusione, necnon & infestante febre, totius corporis dissolutionem & hæticam, fieri febrem, coindicat, uti recte inquenti lucebit perspicacius: pili, rufus spiccum siue citreum, aut rubrum colorem indicantes, febre haud infestante renum caliditatem, haud dubio designant, ea nempe ratione, quia sicuti de ratione frigiditatis prope semper albescere est, ita quidem de caliditate essentia erit, citrinare, rubescere necnon & calefacere, unde sequitur quod eiusmodi pili, iure optimo præter naturam renum caliditatem ostendunt.

Multoties autem accidit ut in vrinis pus aut sanguis appareat, quæ utique docente Galeno, instrumentorum omnium vrinæ obseruationum communia sunt signa, quam utique sententiam nos docet Hippocrat. dicens si sanguinem aut pus mingent, aut squamulas, & grauis odor adsit, vesicae exulcerationem significat.

Assuescunt quoque in vrinis, velut arenulæ apparere, quod enim indicium est ut vesicae yliasim, hoc

Lib. 4. a.

ppo. 79. est calculi morbum patitur: hanc quo-

que sententiam docet Hip. dicens. in quorum vrinis velut arenulæ subsistunt, ijs vesica calculo laborat.

Non paucies autem accidit in vrinis, ut athomi, quos veluti parua ac minutissima puncta nuncupor, nonnumquam appareant qui utique tam ex parte loci quam substantiæ, necnon & causarum, à quibus producti sunt distinguntur. Veruntamen considerandum est, quod ut plurimum eiusmodi athomi à pituitosa materia in neruis inhibita generantur: quare ubi athomi in vrinæ fundo extiterint in membris generariuis dolorum, pedibus atque genibus: quare & podagram indicat, uti ex Auic. cenæ doctrina demonstratur: tales utique athomi materiam contentam in membrorum inferiorum neruis portendunt, ea quantum coniectur ratione, quia sicuti huiusmodi athomi in infima vrinæ regione, nobis sese offerunt: ita quidem in membris infimis pituitosam materiam inhibita significabunt, & hac cõsimili ratione, athomi ipsi in media regione pendentes, in spiritualibus membris dolorum indicat, unde sequitur quod si forsitan eiusmodi athomi per totam vniuersam vrinam vagauerint, ut membrorum omnium, ac totius corporis dolorem significabunt, uti constat. Demonstratur etiam ex Auic.

Fen. 22. li. tertij. ca. de podag. & sciat.

fen. 2. pri. ca. d. sign. in pregn. Rica. 10. de coloribus urine pregnati. 3. signum in pregnationem seu conceptionem portendunt.

atque Sauanorola, quæ apparet vrina lucida & substantialiter pura, in qua aliquid grossum, nubilulo per quam similitudinem apparuerit, & præter id si in ea athomi fuerint, ascendentes & gloriati descendentes, inferius notandum est, quod in pregnationem seu conceptionem portendunt.

Quibus

De urina
rum cau-
tells.

Quibus haecenus nobis adeptis, si quidem non pauca circa urinarum iudicia cautela nobis sese offerre possunt. Censui ideo solertiae gratia de cautelis, quae circa urinarum iudicia nobis obuiari possunt verba facere. primum itaque quod circa urinarum cautelas nobis animaduertendum est: erit considerare an urina nobis delata, hominis vel mulieris, aut denique alterius animantis, vel liquor alter urinae persimilis fuerit. Vniuersaliter enim hominum urinae, uti praecedentibus huiusce capitae exposuimus, coloratiores, ac tenuiores, & minus excrementosae apparere tenentur, quam ipsae mulierum urinae eo quod viri absolute, & citra vilius distinctione, calidiores, & minus excrementosae, quam feminae existunt, at vero particulariter, & cum aliqua distinctione adinueniuntur mulierum non paucae viris ipsis calidiores, dari namque potest mulier in rebus agendis exercitata, iracundaue, & corporis denique macri, atque temperatura buliosa, & homo minime exercitus, vitam umbratilem agens, ad exercitia piger, segnis, & obesus, quare & pituitosae naturae praedicta utique mulier biliosa si ad huiusmodi hominem & alium ipsi consimilem comparetur, ipsam quidem calidiorum hominem vero frigidiorum adinuenimus & hac utique ratione, & consimilia, mulierum multae, viris calidioris erunt, veruntamen si facta comparatione, aequa inter marem & feminam eiusdem nominis vitae in aegedis & temperamenti, ac reliquarum omnium, tunc haud dubio homines absolute mulieribus, calidiores erunt feminae vero, viris frigidiores, &

magis excrementosae, cum quarum intelligentia si etatem quoque perperderimus virium urinas a mulierum fusionibus recte distinguere possemus & praeter id considerare tenemur, ut medicus praecognoscat, an urina hominis vel mulieris fuerit portantis faciem dicendo, quid attinet ad vos egrotans, cuius est urina haec, & tunc haud dubio si minus fraudulosus portans urinam, non fuerit, dicet utique cognatus aut cognata est, aut si non hoc, aliquid aliud forte dicitur, cuius ratione perpendere possumus an urina masculi vel feminae fuerit multoties item humana urina aliorum animalium fusionibus proportionatur, uti ex Hippocrate demonstratur, Lib. 4. a. pho. 70. dicente quibus febricitantibus urinae sunt perturbatae, quales iumentorum existunt, ijs dolor capitis vel adest vel aderit, unde sequitur quod bene datur similitudo ac proportio quaedam inter humanam & aliarum animalium urinam, ideoque necessarium erit intelligere distinctionem, quae inter utramque urinam versatur, & tandem eam facere, ne forte a quibusdam notari videamus oportet autem intelligere distinctionem, quae inter urinam & liquorem sibi similem haberi potest, postquam inter vinum album & citreum decoctum aut cicerum non pauca cum urina habet similitudinem: ideoque eius considerationem animaduertere debemus ne ab aliquo decipiamur, quare postquam urinam siue licorem illum apprehenderit, primum eius odorem industria quadam considerauimus, & tandem portantem urinam curiosa, & magna cum cautela inspicere tenemur, oculisque ipsius faciem contemplantis, & si forte fraudulosus fuerit

fuerit conspiciemus utique; eum actu risibilem, aut ridibunde saltim faciei aut saltim coniectauimus eius faciem quodam modo a sui naturali mutata & alienam, quibus habitis si forte horum aliquid, ex portante urinam coniectauerimus, haud dubio deceptorum quendam esse existimauimus: quae utique summa poena puniendum censuerim: praesertim si et bonum medicorum nomen detrahere molitur: quod quidem intelligendum quoque erit, de sotio vel sotia, cum portanti urinam aduenient. Tunc utique considerandum est, an portans urinam, coloratus an discoloratus fuerit: itaque si forsitan ipse portans urinam non riserit, nec propriam faciem mutauerit dummodo ex eius sotio faciem subridendam, aut saltim mutatam coniectauerimus, iudicauimus certe eundem portantem urinam cautelam inquirere atque moliri: est tamen considerandum, quod non semper ut portantes urinam propriam mutauerint faciem, signum erit cautela, namque dari poterit non paucies portantium urinam aliquis, qui ob verecundiam siue pudorem honestum, aut veluti timorem medici illum, propriam sui faciem mutet, manifestum utique est, quod praepudore seu honesta verecundia facies non solum, verum etiam & totum corpus rubescere solet, cuius rei causam physicorum omnes exponentes dicunt, ut quemadmodum erubescere manus ante sui faciem apponit, illius pudoris honesti causa: quod ita quidem natura pudore oppressa sanguinem eorum se pro velamento mittit, idque apertum satis est, si quidem rubrum nil aliud est

Lib. 7. fa-
tural. ca.
11.

quam sanguinis color, Macrobius etiam eiusmodi ruboris causam explicans inquit quod natura cum quid erocurrat honesto pudore dignum imum petendo penetrat sanguinem, quod commoto atque per vniuersam corporis mollem diffuso suo opte colore afficitur cutis, unde & rubor innascitur rubescunt quoque propter gaudium non paucae, eo quod animoso occursum ad ipsam naturam festinat, quam sanguis committendo, quasi alacritate sua integritatis copotem tingit cutem, quare & rubor subsequitur manifestus elegans & pulcherrimus color dicitur ex Pythia Arist. filia, qua ergo ratione dicente Democrito, Pythias Arist. filia interrogata qui color esset pulcherrimus, qui per verecundiam dixit ingenuis oboritur per verecundiam utique, ruber innascitur color, qui ideo elegans & pulcher satis iudicandus est: quibus praebatis multi portantes urinam coram medicis eorum ratione erubescunt, aut forte gaudent excogitando nempe quod bona ex medico praenuntianda sunt, & ex consequenti utique, sicut quidam sunt coram medicis gaudentes. Erunt itidem coram eis, & alij timentes, ob mala forte quae a medicis de sui salute praedicari possunt cuius enim timoris gratia portantium urinas non paucies mutatur facies. Considerandum atque animaduertendum tamen est quod eorum facies minime ad rubrum colorem mutatur, sed in palidum, cuius rei causa nec in occulto est, dicitur ex disario, quae quidem causa ex Macrobio parte nuper citata demonstratur, dicente eo timentes palefcunt, quia sicuti nos cum timorem patimur, ut plurimum late-

Erubescē-
tes, & ga-
udentes.
currubescunt.Ruber co-
lor pul-
cherrimus
censendus
est.Timentes
quare, pa-
lescent.

bras, & loca nos occultantia, quæ-
rimus: ita quidem natura, cum quid
de extrinsecus contingentibus me-
tuit, in altum sem profundum tota
demergitur, quærens veluti sui lati-
bulum, sicut & nos: quæ ergo tota
descendens sui latibulum quærens,
secum sanguinem trahit, quo quidē
sanguine veluti sui curru vbiq; ve-
hitur, qui itaq; sanguis nature cur-
rus existens, quando quidem vnacū
natura demergerit: remanet vtiq;
humor bilis, scilicet lucidior, cutem
ipsam tingens, vnde & timentes pa-
lescunt, eius palidæ bilis ratione,
quod enim timentium natura sub-
terfugiat, manifestissimum ex corū
tremore, quo laborant, nobis appa-
ret: namque eo timentes tremunt,
quia animæ facultas interius fugiēs
neruos relinquit, quibus membro-
rum fortitudo tenebatur, & inde ti-
moris saltu agitantur: qua vtiq;
ratione timentes tremore laborant,
vnde etiam in timentibus ventris
inferioris solutio accidit, quoniam
animali facultate introrsus fugien-
te, musculi quibus clauduntur petri-
mentorū meatus atque pori liga-
menta siue vincula soluant. Qui-
bus quoque eadem retrimenta ad
digestionis vsque oportunitatem
continebantur, & hac vtiq; ratio-
ne timorem patientibus accidit ven-
tris solutio, an igitur quod non sem-
per tantis vrinarum mutatio signū
erit cautelam faciendi, sed quando
eiusmodi accidentia cautelæ sig-
na erunt, perito vtiq; ac curioso
medico id manifestissimum satis e-
rit. vult autem forsitan mulier quæ
inpregnari non potest ex medico in-
telligere sui vrinæ ratione causam
ob quam in vtero gerere nō potest,

tunc enim si medicus ex sui sermone
causam perpendere possit, eam
explicabit, quam forte si nondum
perpenderit, vt intelligat mulier,
quod medicus eius causam non ig-
norat, hac cautela vti licebit, sciti-
cet quod causa, ob quam non po-
test inpregnari est, quoniam nō po-
test eius mariti semen retinere, re-
tentis imbecillitatis facultatis ra-
tione, nec non & vteri hiationis
causa, & alijs multis rationibus, qua
vtiq; methodo diluendam censeo
huiusmodi interrogationem. Præ-
terea considerandum est, quod si for-
tassis ægrotus quispiam voluerit,
prima facie à medicis intelligere,
quo morbo laborat, eiusmodi inter-
rogatio sic diluenda erit, dicēdo vi-
delicet qd si nos cum primū eā dixe-
rimus, nō recte nos percipiat. Quā
obrem vt nos intelligant, primum
necessum est ea manifestare quæ à
medicis interroganda sunt. Itaque
ex ægrotantis sermone peritus me-
dicus statim in eius morbi cognitio-
nem perueniet, quam vtiq; mox
explicabit: & hac methodo ægro-
tus medicis fidem adeptus erit: dein-
de etiam si forte ad ægrotantis do-
mum accesserimus, & eum mortuū
adinueniamus, atque statim dixe-
rint. Domine ad quid venis, non
vtiq; iam remedijs est opus: tunc
enim respondendū est, non decipia-
mini vos, nam nec ad administran-
da remedia venimus, siquidē vt præ-
diximus sciebamus antea quā in do-
mū nos cōtulissemus mortuū fuisse,
ideoq; tantū volum⁹ scire qua hora
a vita discessit: si quidē nostræ arti
id expedit: vterius etiam si fortasse
duz nobis præsentatur vrinæ, eius-
dem nēpe ægroti, vt intellexerimus
quæ

quænam illarum fuerit prior excre-
ta interrogandum est, qua noctis ho-
ra ægrotus surrexit, quia si diluculo
vrina ea, quæ magis concocta ap-
paruerit, tunc haud dubio micta fu-
it, quæ vero nocte media, nō ita co-
cta apparere tenetur, quoniam vri-
na quæ media nocte excernitur, nō
potest integram coctionem indica-
re, vt constat illa vero quæ aurora
mingitur, vne si quidem id tempus
coctionis vrinarum integrū est, om-
nia hæc medicine studiosis aduertā-
tur, postquam non modicum cōfert
sciuisse nos à deceptoribus ac ne-
bulonibus cauere. Quam ob re pe-
riti medici est, in cognoscendo stu-
diosus ac velox esse, & in percipiē-
do cautos in respondendo vero or-
dinatus, circumspectus & prouidus,
& in prædicendo deniq; ambiguus
siue dubius, nec non & timorosos,
vnde nec salutem temere prænun-
tiare expedit, ne videlicet veneran-
dæ medicæ facultatis munus vilipē-
di videatur: quod enim absque præ-
meditatione promittendum est, dili-
gentia existis in visitandos ægrotos
ob eorum vtilitatem & alia quoq;
multa nobis necessaria quæ ab Hip-
pocra. enarrantur libello cui titulus
est iusiurandum, quæ omnia à medi-
cinæ studiosis pervigili cura per-
pendenda sunt, vt recte in sui pie-
clara arte operari dicantur, & hæc
pro huiusmodi vrinarum compē-
dio explanando, dicta sumpto.

Pro declarandis di-

uersis morborum causis.

Caput. 8.



VAND O quidem de
accidentibus siue morbo-
rum signis, superioribus
dixerimus, in presentia
rum ergo de ipsorum morborum cau-
sis, iure optimo me diserturum exi-
stimavi, postquam causæ ipse, maxi-
mè perpendende sunt, non vtiq; ra-
tione mederi possemus, nisi morbo-
rum causas præcognouerimus, dici-
tur ex Galeno ex causa autem effe-
ctus resultat, morbus nempe quam
si remouerimus remouebitur vtiq;
et morbus qua de re vt ipsam absce-
derimus, eandem præcognouisse or-
porter: qua ergo ratione morborum
causæ medicine studiosis perquiren-
de sunt, vt ab eis morbi remoueri
possint, quibus intellectis nec in me-
rito prius de accidentibus, siue mor-
borum signis, quam de eorum cau-
sis exposuimus, siquidem prius quā
de morborum causis dicere existima-
uerimus morborum cognitionē ha-
bere tenemur, sed debuimus pro-
prium morborum cognitionem, ob
sua propria & determinata acciden-
tia siue signa, de accidentibus ergo,
seu morborum indicis, priusquam
de ipsorum causis, rationi fuit con-
sonum exarare, quantumuis causæ
ipse priores fuerint, quam eadē mor-
borum signa siue accidentia, ea nan-
que ratione prius de causis, quā de
ipsis morbis agendum esset, postquā
morbis ipsis priores quoque haben-
tur, sed quoniam in propria & qua-
si confusio esset, huiusmodi pro-
cedendi methodus, cum quid est cu-
iuscunque rei prius intelligendum
est, eo primo de morbis quam de eo-
rum causis disserendum censeui, &
ob eandem rationem, prius de signis
quam de morborum causis contre-

Statutus fui: Hisce ergo prælibatis primum quatuor morborum causæ nobis declarandæ sese offerunt, pro ut quatuor tantum sunt causarum genera, efficiens scilicet, materialis formalis, & finalis, autore Philosopho, efficiens igitur morborum causa affectus præter naturam est docete Gale lib. de synthomat. different. cap. 1. qui morbum ipsum præcedit, ac efficit unde efficiens dicitur. causa materialis autem causa in morbis triplex existit, uti in præcedentibus huius libri exposuimus, scilicet membra humores et spiritus membra enim, materialis sunt causa, hæticarum febrium humores vero putridarum spiritus denique ephemerarum quid quid Gometius peregrini radi xerit, formalis item causa vultus erit qui ex tali morbo resultat finalis denique causa sensibilis erit operationum lesio, siquidem lesio ea finis immediatus eiusdem morbi est, & primum quid in operationibus ex ipso morbo manifestatur, rursus item, quatuor apparent ipsorum morborum causæ secundum quod quatuor solum tangibilis qualitates primæ existunt, autore Aristotele, vide Lib. 2. de gene. c. 2. licet, calidum frigidum humidum & siccum, quæ denique causæ alterantes proprie dicendæ quoque sunt & hæc non absque ratione morborum dicuntur causæ, siquidem morbum efficiere valent, quarum frigiditas & caliditas morbum efficiere valent, siquidem vehementissimos capitis dolores inferunt, præsertim ubi in æquales fuerint, eo quod a maxime actibus qualitibus producuntur sunt utique caliditas & frigiditas maximæ actionis testante Philosopho quarum denique causarum om

nium ad duas tantum morborum causas reduci possent, scilicet ad eas quæ extrinsecus adveniunt, & ad illas quæ intrinsecus producuntur, quare Gale libello de causis pulluum & coment. 2. in lib. de hum. nat. c. 5. & lib. etiam. 1. de curand. morb. cap. 8. duas solum in genere morborum causas declaravit, videlicet extrinsecas & intrinsecas, præter quas nullam aliam causam Galenus posuit, uti ex multorum sermone profertur quare nec necessum est nos intelligere coniunctivam causam gal. exp. lib. 1. cap. 1. quæ non obstante bene intelligi potest dari posse coniunctivam seu contentivam morborum causam, uti inferius declarabitur, externa igitur causa extrinsecus adveniens, tantum eius cognitio nobis utilis ac necessaria est, docente Galeno, ut præcognoscantur morborum affectus, nostram notitiam fugientes, ubi vero presentis affectus nihil latet nulla iam externa causæ est, utilitas eodem Galeno autore, quare minime alia præter hanc utilitas ab externa causa consequitur. Interna autem causa, dividitur in præincipiètes causas et in præcedentes, alias coniunctivas seu contentivas dictas, pro catartica igitur seu præincipiètes causa, ea est quæ ab extrinsecis adveniens, facto opere non adest, uti constat, de solis vitione, et scorpionis ictu, impressa enim vitione ex solis ardore, nec non et lesione scorpionis ictu, nec sol adest sicuti nec et scorpio ut patet, præincipiètes autem causa, ab intrinsecis proveniètes, illa est quæ presentem servat morbum, ita quidem ut adauget eadem, coacerbatur et mor-

Genera causarum quatuor

Lib. 2. phi. c. 28. c. 29.

Formalis.

finalis.

Lib. 2. de gene. c. 2. c. 3.

Tangibilis qualitates primæ quatuor.

Lib. 2. de gene. c. 8.

Li. 4. metho. ther. cap. 3

Externa cause cognitio quæ utilitatem infert.

Præincipiètes causas præcedentes

Antecedens causa

Contentiva causa.

Contentiva causa datur.

& morbus minuta vero remittitur, & ablata denique remouetur & affectus, quæ utique sub coniunctivæ seu contentivæ causæ ratione videri meo comprehendi potest, quæ illa est, quæ presente existente presentem servat morbum, ipsa quæ ablata remouetur & morbus, uti de calculo in vesica constat calculus enim in vesica existens reuera contentiva siue coniunctiva causa dici potest, postquam morbum sibi coniunctum continet, ita quidem ut existente ipsa existit morbus, & ablata, aufertur, quemadmodum utique, ubi repletio, illic morbus est, pari quidem ratione ubi calculus fuerit ubi morbum adesse intellegimus. merito ergo coniunctiva siue contentiva causa in medicinæ negotio dari potest, at vero dummodo rerum differentias perpendimus, parum interest de nominibus differere, & ob id siue eam internam siue contentivam aut antecedentem vocaverimus, parum attinet dummodo huius rei exactam intelligentiam habuerimus. Aduertendum autem est siue antecedens causa, interna seu coniunctiva nobis appellatur, nec non & procatartica, quæ ad deficientem causam alterutra referendæ sunt: siquidem earum ratione morbus efficiatur atque excitatur, unde & efficientes quoque causæ dici possent, in igitur quo pacto vnam & eandem causam nominibus diversis nominare possemus, ideoque de nominibus, minime cura habenda est, postquam nominum usus testante Galeno, nihil ad artem expectat, dicitur tamen non modicum conferre & rerum exacta intelligentia, & ob id de ea minerva quidem mea semper discernendum est, ceu de re vsui medico neces-

saria maxime. Rursus item morborum quædam sunt causæ, quæ debiles vocantur, quædam vero, quæ fortes, & difficulter separabiles. debilis igitur morborum causa, illa est, quæ debilem concitat morbum quare et facile separabilem, unde debilis causa & facile separabilis pro eodem reputari tenentur, utraque namque facile separari potest, quoniam debilis est, fortis autem causa quæ magna etiam dici potest, illa est quæ forte siue magnum morbum ac inseparabilem producit, & si separabile fortassis difficulter, fortis utique ac acutus morbus non paucies inseparabilis est, uti. 4. ca. huius explicuimus amplius autem causarum quædam in morbi dicuntur breues, quædam autem longæ. Brevis igitur causa morbum efficiens, illa est, quæ brevi temporis inter capedine in bonum aut in malum terminatur, vel illa erit, quæ cito dissolvitur quæ autem cum brevi tempore in malum terminatur, fortis simul merito dici potest, siquidem ob sui acuminis fortitudinem, cito dissolvitur ac terminatur longarum autem causarum quædam simpliciter longæ dicuntur, quædam vero cronice siue diutine, longæ ergo simpliciter causæ, illæ intelligendæ sunt, quæ longo tempore permanent, vel quæ longum temporis spatium ad sui dissolutionem desiderant, ob sui nempe quantitatem vel qualitatem. Cronice denique siue diutine morborum causæ illæ erant quæ diuturniori ac longiori tempore perdurant, propter qualitatem quoque sibi adnatam. Quicumque ergo medicorum curiosus harum causarum integram notitiam habuerit, posset utique, temere morborum exquisitam

Lib. 1. de dif. pul. c. 1. Debilis causa.

Fortis siue magna causa.

Longe simpliciter cause

Cronice siue diutine.

tam curationem aggredi, impossibile est hercule, exactam morborum medelam aggredi quin prius eorum causam probe perpenderit, id circoque maxime huiuscemodi causae studiosis medicis perquirendae erunt, postquam nisi eas inter nouerimus autore Alexandro Traliano recte mederi haud possemus.

Li. 5. c. 1.

Pro explanandis morborum temporibus. cap. 9.

Li. de toti. morb. tēp. c. 1.



MORBORVM tempora ad animantium aetates comparantur testante Galeno quorum utaque temporum primum, ipsorum animantium generationi tribuitur, & id appellatur principium, ea quidem ratione quia sicuti animantium generatio, ipsorum principium dicitur, pari etiam de causa morborum generatio, eorum principium quoque appellatur, siquidem ipsorum morborum generatio, reuera eorundem principium existit. Secundum autem tempus animantium augmento adaptatur, ideoque eiusmodi tempus augmentum dictum est, eo quod sicuti animalia incrementum suscipere post sui generationem dicuntur, pari quidem ratione, morbi augeri dicuntur post eorum nempe principium. Tertium autem tempus, florenti aetate aequiparatur, quod quidem vigor siue status ideo dicendum est, quonia sicuti eadem virilis aetas, consistendi tempus dicitur, postquam animalia tunc sicuti nec incrementum ita quidem neque augmentum suscipiunt, (tantum ergo consistentiam habent)

pari utique ratione. eiusmodi tempus vigor seu morborum status dicendum est, postquam tunc morbus viget, quare nec augmentum neque decrementum suscipere dictum est. Quartum denique morborum tempus, aetate declinationi proportionatur, senectae nempe, postquam eadem aetate animantia declinationem recipere videtur, quod ideo tempus declinatio dicitur. Quonia sicuti post florentem aetate animantia declinare incipiunt, eadem utique ratione, potestatum siue vigorem morbi, sui declinationem recipiunt, ex quibus manifeste colligitur quatuor esse morborum tempora, principium scilicet, augmentum vigor siue status, & declinatio: quae itaque tempora duplici ratione consideranda sunt, videlicet ut vniuersalia, vel ut particularia, quibus utique tam vniuersales morbi, quam particularia, mensurantur, quorum utique tam respectu vniuersalis morbi, quam particularis, quatuor assignantur tempora. Vniuersalia igitur morborum tempora, quae totius morbi circuitu terminantur sunt, quae totum morbum mensurant, est enim circuitus auctore Galeno. Similis ad idem reditus: particularia denique eorum tempora, intelligenda sunt, quae particularem totius morbi accessionem, siue morbum metuantur, est utique accessio, in morbis deterior tempus, totius circuitus a primo nempe morbi insultu ad tempus usque consistendi, quae utique accessio, graecis paroxysmos dicta, siue exacerbatio dicitur auctore Aetio, particularis est morbi motus a remissione ad deteriora. Quibus praebatis, primum de vniuersalibus totius morbi temporibus dicendum est: postmodum vero de eis quae particularem morbum

morbora tēpo. quatuor.

Circuitus quid. Li. 1. aph. com. 12.

Accessio quid. Ser. 5. c. 8.

Totius mor. principium quid. Lib. 1. de cris. c. 8. Ser. 5. c. 6.

Latitudinale principium quid.

Indivisibile morbo seu primo principium quid.

morbum diuidunt: principium itaque proprium totius morbi, quatenus ad sui medelam attinet, testante Galeno, necnon & Aetio, totum morbi tempus est, in quo omnino crudus iudicatur morbus, vel quousque bona atque perfecta coctionis signa apparuerint, Hippo. auto. lib. 1. aph. 12. ubi inquit in laterali morbo si circa initium sputum statim appareat hoc est coctionis signum, morbum breuiat, si vero postea ipsum producit, unde sequitur quod morbi principium breue & longum dici poterit, videlicet usquequo manifesta coctionis, signa apparuerint, quare si eadem coctionis signa cito nobis sese obtulerint, breue dicitur principium, siquidem morbum breuiat, si vero tarde longum, postquam ipsum producit. Dicitur autem & totius morbi principium trium dierum spatium videlicet quatenus ad latitudinem siue dierum dilationem attinet, & ideo latitudinale principium dicitur ex Galeno, lib. 1. de cris. & comet. 12. libri. 1. apho. necnon & Aetio. serm. 5. dicitur autem & morbi principium quatenus ad primum eius insultum attinet, prima ac in partibilis morbi inuasio in qua victus homo decubuit, quod utique principium totius morbi prima dies censendum est, & notanter quidem dixi in qua victus homo decubuit, namque primus morbi insultus, in quo homo victus non est, non herde morbi principium dicendum est, siquidem tunc nondum est morbus, sed displicentia, tantum, non utique displicentiam habere, & morbi fieri idem est, dicitur ex Aetio ser. 5. cap. 5. dicendum ergo erit huiusmodi morbi principium tempus id in quo homo morbi fieri incipit, adeo ma-

nifeste, ut amplius in publicum prodire non valeat, nec consulta suae vitae mania exercere, & tunc de eubitu opus habet homo, quia eo tempore vi atque morbi malitia victus est ubi utique homo hac ratione deuctus fuerit, principium & prima totius morbi dies dicendum est. appellatur quoque & morbi principium in quantum est pars totius morbi ipsum mensurans, & tunc dicitur principium ipsius morbi augmenti respectu vigoris etiam, necnon & declinationis, & huiusmodi principium minime dierum numero deprehenditur, sed exacerbationum qualitate & committantium accidentium lenitate, uti ex Aetio necnon & Galeno demonstratur. quibus expositis sequitur totius morbi augmentum declarandum ideoque quotiescunque morbus augeri videatur, id erit, ita ut paroxysmi, atque exacerbationes, consuetam horam ante verterint, & cum maligniores, ac longiores, vna cum pluribus, ac grauioribus accidentibus fuerint, uti ex Galeno & Aetio demonstratur dicentibus in morbis plusquam proportio exigit anticipare vel subsequi alterum incrementi, alterum declinationis est inditum. in summa ergo qua igitur hora, manifesta coctionis signa apparuerint, tunc totius morbi augmentum, et principium sine esse dicemus: status igitur siue vigor, vehemensissima totius morbi pars est, auctore Galeno dicente vigorem esse inter symptomata morbi summum, quando etiam bonae iudicationes fieri solent, status morbi dicendus est, tunc utique accidentia per omnia consimiliter se habent, non hercule incrementum, aut decrementum suscipiendo, quo tempore

Serm. Lib. 1. de dif. feb. c. 12.

Lib. 1. de cris. ca. 3. Ser. 5. ca. 16.

Status sine totius morbi vigor.

Li. 1. de iud. c. 8 & li. 2. apho. co. 7.

Declinatio totius morbi.

Fe. 1. quarti tract. 1. cap. 3.

re morbum in suo vigore consistere haud dubio intelligemus, siquidem tunc viget: Declinatio denique totius morbi cum morbus remittitur est, atque eius symptomata leniora, ac mitiora apparent, tunc utique per omnia bona adest tolerantia quare & accidentium morbi remissio. En igitur de quatuor totius morbi temporibus, pro viribus expositum. Aduertendum tamen est quod non omnis morbus, pertransit per omnia quatuor morborum tempora, siquidem in quibusdam occultum datur principium, uti in sinocha absque putredine febre, alias plurimum dierum ephemera dicta. Et in epilepsia siue comitiali morbo, necnon & apoplexia seu aliquo morbo cuius pauca sunt symptomata, uti ex Aulicena docetur. Quibus adeptis de particularibus morbi temporibus, agendum superest quae ideo particularia morborum tempora dicuntur, quia particularis morbi circuitu absoluntur, considerandum tamen est, quod intermittentium particularium febrium morborum, tripartita eorum tempora considerari possunt, videlicet in frigoris ratione, ipsam precedentis febris, aut in ratione febrilis caloris tantum, aut causa febrilis exacerbationis utrunque amplectentis, frigus scilicet & praeternaturalem calorem, principium ergo frigoris febrem precedentis, omnium extremarum partium contractio est, & maxime nasci, quando libidus in vngulis color apparet, qui utique frigoris ratione producit extensio, item corporis partium aut nausea eiusdem frigoris, principium quoque dicitur, & pulsus infusus parius contractus &

tarde feriens. Augmentum igitur eiusdem frigoris erit, cum frigoris sensatio, augetur & eius accidentia intenduntur. Vigor autem est, quando fortius atque intensius quod potest, frigus molestat: declinatio denique erit, cum frigus cessat, necnon & partium, extremorum contractio incipit tamen tunc corpus calefieri quamuis non exacte. Tempora demum febrilis caloris quatuor quoque censenda erunt, quorum principium erit cum per totum corpus aut aliquod eius membrum diffunditur: cum vero idem calor intensius excitatur augmentum est, quando vero intensiori gradu calefit laborantis corpus status seu vigor dicitur, cum denique remittitur declinatio atque remissio. Diximus haec scorsum de temporibus frigoris febrem precedentis tantum, necnon & febrilis caloris, nunc vero de temporibus febrilis exacerbationis, particularis nempe morbi dicendum sequitur. principium igitur febrilis exacerbationis idem est cum principio frigoris precedentis febrem: augmentum enim eiusdem febrilis exacerbationis eius paroxysmi, atque ipsius accidentium, incrementum est, tunc enim partium contractio, & frigiditas cessat, pulsus autem inequalitas existit, & corpus calefit, etiam si non multum manifeste. Vigor item huiusmodi exacerbationis est cum calor per totum corpus inequaliter & particulariter diffunditur, tunc enim calor & eius accidentia intensius infestant, ac pulsus complectamur magnitudinem obtinet, hoc itaque tempore possemus & sine egrotantis detrimento potionem frigidam exhibere testante Actio, ut itaque

Vigor. Declinat.

Febrilis calorestē pora.

principium

Augmentum. Flatus

Declinatio

Febrilis exacerbationis tempora.

principium

Augmentum

Vigor. Declinatio


Ser. 5. c. 13

In febrili declinatione sudor superueniens malum.

4. li. aph. 56.

itaque calor citius ad declinationem perueniat, & egrotus a sitis vexatione liberetur: Declinatio denique febrilis exacerbationis erit, ubi caloris omnia, aut aliqua eius exacerbationis accidentia, minui inceperint tunc utique pulsus ad ordinationem quandam, quodammodo deueniunt uti recte intuenti conspicuum fiet satis, aliquando enim eo tempore hu-

mores exudare videntur docente Actio sermone nuper citato. ca. 14. quod utique mihi non bonum iudicatur signum, postquam eiusmodi exculatio morbi pro rogationem designat, autore Hippoc. cuius verba sunt. Febricitanti sudor superueniens malum, prorogatur enim morbus & multam significat humiditatem. Finis primi libri.



Doctoris Antonij ab Aguilera de medicamentis LIBER SECUNDVS.

De Medicamentis simpliciter. Cap. 1.



N presentiarum ratio ni est consentaneum, de medicamentis scrutari toto hoc secundo libro postquam precedenti primo, de morbis disseruimus, et quandoquidem nostra interest post integram morborum intelligentiam ipsorum medicamentorum notitiam habere, ut itaque recte in curandi methodo facere possimus, ideo in praesentia de medicamentis nostra erit dissertatio: itaque ut per plana magis sit, quae de eis nobis habenda est necessaria interpretatio. Opere praetium primum esse censui ut nostri moris est a rei praeposita definitione exordiri, veruntamen priusquam medicamentum explanauerimus, postquam non nisi definitione interpretari eius natura et essentia potest, ideo primum quid in vniuer-

sum definitio esset explicandum existimaui, definitio itaque oratio est quae breui quadam commonefactione res nobis propositas detegit, uti ex Galeno necnon et Philosopho demonstratur, dicite quod quid est id est rei naturam explicans definitio, oratio dicitur, superest igitur medicamenti definitionem interpretandam aggredi, pro cuius utique rei maiori dilucidatione iuxta Aristotelis doctrinam prior examinandam censui medicamenti diuisionem quam eius definitionem declarandam aggressus fuisset, quandoquidem medicamentum aequiuocum nomen fuerit, siquidem eius nomen commune est: ratio vero diuersa ideoque prius id diuidendum quam definiendum censui sed postquam de medicamenti sermonem habere censuimus, explanandum, nec abs re mihi videor

Li. de phi. hist. c. 10. Li 7. topicor. c. 2.

Li. 1. de cel. & mund. cap. 11.

Diffinitio quid.

De medicamentis

videor, qua via seu ratione medica-
Gal. li. 5. de sim. me. di. facul. cap. 1.
 menta ipsa vsui medico habeantur medicamentorum ideo in hominibus vsus est, vt ipsorum vsu atque administratione possimus, refrigerium præstare, humectare, calefacere, aut desiccare, vel quod supramodum laxum est, contrahere, siue quod intensum est, laxare, ac etiam quod condensatum est, rarefacere, & rarum vero condensare, aut durum emollire et molle indurescere, vel quod plenum est vacuare, vel quod vacuum est replere, et hac ergo de causa et ratione, medicamentorum vsus inuentus fuit. Iam igitur quandoquidem medicamentum æquiuocum fuerit, id, primaria sua diuisione in simplex et compositum seccatur autore Galeno. Ideoque in primis de simplici medicameto disceptandum existimaui, quandoquidem ex simplicibus ipsum compositum resultare dicitur, et quoniam compositum omne posterius est simplici, eodẽ Galeno autore, ideo de medicamento simplici, priusquam de composito iure optimo differendum fuit, sed priusquam simplicis medicamenti diffinitionem enodemus, quare simplex appelletur scrutandum, puto. Appellatur igitur medicamentum simplex si recte eius naturam perpenderitimus, nullam aliam ob causam nisi per positionem ad compositum opponuntur. Vtique simplex & compositum medicamentum, quam nempe oppositionem declarare non est opus. Quandoquidem post integram eorum interpretationem, erit omnibus perspicua et clara satis, quæ admodum vtique Aristoteleis semper fuit mos, in integrum rem haud modo definire, vbi post rei declarationem

eius definitio conspicua & manifesta satis remanet, ita quidem differentiam inter simplex & compositum medicamentum assignare non erit necessum, si quidem post eorum explanationem fiet omnibus differentia ea clara & per plana satis, simplicis iam medicamenti diffinitionem explicare licet, quod vtiq; haud aliter quam absolute medicamentum æquiuocum esse censeo postquam eius nomen commune est, ratio vero diuersa, vnicum nanque significato si probe eius essentiam perscrutauerimus, consimilem & sinceram importat substantiam, non enim contrariis comixtam alio vtique modo simplex medicamentum dicitur, quando à tota sui substantia eiusdem est operationis, & clarius, quando tam superficialis quam media & centralis partes, eandem forciuntur operationem & naturam. Alio quoque modo simplex medicamentum summi potest quatenus simplex est, licet ex contrariis fabricatum fuerit. Accipitur denique aliter pro eo quod non industria seu arte est compositum, vnde apertum satis remanet, simplex medicamentum, æquiuocum esse: vniuoce nanque multa & diuersimode importat vt constat, iam igitur simplicis medicamenti diffinitionem enucleandam aggredi est necessarium, diffinitur itaque simplex medicamentum à Gale. acceptione ea qua simplex est atque sincerum & non arte adquisitum dicente, id esse quod secundum suam naturam simplex atq; sincerum est, & à mixtione substantie alterius medicamenti alienum. simplex enim medicamentum mixtum quoddam est, postquam ex quatuor

Lib. 1. de simpl. me. facul. c. 1.
Li. 4. de tu. end. sani.

Philoso. phi indefi. niendo mos

Philo. li. 2. de gen. ca. 7.
Simp. me. definitio. nis interpretatio.
Li. 1. sim. med. fac. cap. 4. li. de ren.
 primis contrariis conflatur, mixtum vtiq; omne ex quatuor primis elementis æqua videlicet proportione comensuratis fabricatur, at vero an eadẽ elementa prima, quibus quodcunque mixtum constat in ipsis propriis formis, aut virtutibus maneat nostri speculationis non erit postquam huiusmodi questionem, viriliter & loculenter satis, perdoctus doctor Franciscus Vallesius, extricauit. lib. 1. suarum controuersiarum. c. 1. Et ob id de ea nos non amplius, quibus oppositis expedit singulas medicamenti simplicis definitionis particulas, in integrum explanare, vt omnimodo eiusmodi definitionis essentiam nancisci videamus, ideoque primum enucleandum mihi videor, quid per naturam ea in diffinitione à Galeno intelligatur. Per naturam igitur nil aliud intelligendum coniecto, nisi simplicis medicamenti substantiam atque essentiam, ita vt sensus sit quod medicamenti simplicis natura substantia, seu eius sincera essentia fuerit, à substantia nempe alterius medicamenti expers, superest autem quid per sincerum intelligendum quoque sic explicare, per sincerum hæcule non enim res vna atque sincera intelligendum est, videlicet & simplex ita vt ex diuersis qualitatibus in eius compositione vacauerit, simplex namque medicamentum, sincerum ac purum, re vera est, etiam si ex quatuor primis contrariis mixtum fuerit, affirmatiue enim per sincerum intelligendum vtiq; est, quod à substantia alterius medicamenti est expers, vti ex Galeni documentis aperte satis demonstratur, dicente, illa aqua sincera & pura est appellanda quæ à mixtione cuiusuis alterius

substantie est, aliena, erit ergo per sincerum simpliciter tale, id intelligendum quod simplex atq; sincerum est & ab aliena nempe alterius rei substantia expers, vnde simplex medicamentum sincerum intelligendum erit ita vt à mixtione alterius medicamenti substantie alienum sit quod quidem ex eadẽ Gale. apertius demonstratur. Necnon & Hippo. quorum sententia est, quod per sincerum intelligendum est, id quod per mixto opponitur, vinum vtiq; sincerum dicimus, quod cum aqua per mixtum non est: nec non quodlibet aliud sincerum nominatur quoties per se ipsum tantummodo in permixtum & ab alia materia alienum est, tenemur ergo per simplex & sincerum medicamentum nil intelligere, quod substantia sua sincerum atq; in permixtum est, & a quacunq; alia materia alienum: quibus probe intellectis superest simplicis medicamenti diuisionem declarare, simplex ergo medicamentum multifariam reperitur, ita quidem vt eius varias species in presentiarum numero comprehendere velle, superuacaneum ac prolixum satis esset, quandoquidem de eis ex illo herbariorum principe Dioscoride, nec non & Galeno, Pauloue, atq; Actio & Plinio, vna cum Auicena, petendum erit, quare tam multiplices simplicium medicamentorum species numero comprehendere, propter earum prolixitatem & longum sermonem, non erit necessum, sufficiet enim non paucas eorum simplicium medicamentorum nobis necessarias & scitu dignas species extricare, de quibus lib. 5. de simplicium medicamento rum delectu siue electione pro viribus disseruerimus.

De composito medicamento. Cap. 2.



ostquam de simplici medicamento perstringimus, nunc vero de composito dicendum sequitur. De quo qua ratione compositum appelletur, & quid ac quotuplex sit, indagandum erit, ideoque compositum medicamentum appellatur, quia ex simplicibus comixtis eius compositio confurgit, cui utique compositioni faciendae simplicia omnia medicamenta, optime & ut expedit, dispendantur est necessarium, in quavis utique dispensanda medicamentorum compositione, ut selectior fiat, tria necessaria maxime requiruntur. Primum igitur, antea quam medicamentorum compositio componatur requiritur ut simplicia medicamenta quae in ea ingrediuntur in sua sint perfectione, & puritate, congruillique collecta temporibus, de cuius doctrina. 4 lib. disceptauimus, nec non & delecta, de qua quoque electionis doctrina lib. 5. disceptauimus, atque congruis & oportunis locis reposita, de qua debita repositione. lib. 6. declinauimus, nec nimia denique vetustate consumpta sint eadem simplicia medicamenta est necessum, de qua quidem doctrina. lib. 7. determinauimus. Secundum ergo quod requiritur pro ipsis fabricandis compositionibus est ut in eorundem simplicium medicamentorum pondere, tritura, & cribelatione, adhibeatur cura non modica. Tertium denique & vltimum erit ut in coctione eorum obseruanda gradatio si

In dispensandis medicamentorum compositionibus tria necessaria requiruntur.

co quod non omnia aequaliter sustinetur coctione: quibus expositis enucleatum superest, quid eorum medicamentorum compositio fuerit, quae igitur compositio secunda est, quae ex mixtis sinceris electis, simplicibus resultat pro variis videlicet morbis medendis quid autem medicamentum compositum, ex praedictis constat, ita ut sincerum non sit, sed potius aliorum substantiis & virtutibus commixtum: constat sane medicamentum compositum duplici compositione, quarum prima erit, qua simplicia medicamenta producantur, quae nobis elementaris seu primorum elementorum comensuratio dicitur. Quam vero pharmacopole ex ipsis simplicibus parant, secunda est & qua arte acquiritur, consideratione dignum puto inquirere. qua ratione compositum medicamentum inuentum sit, si quidem simplicia sunt pro variis medendis morbis manifesta satis, unde frustrari videtur medicamentum compositum, sed non tamen ita est, sed potius pharmaca composita iure optimo, & non sine magna aegrotantium utilitate, ab antiquis inuenta fuere, postquam unico & eodem simplici medicamento. diuersos humores euacuare non possemus proprie videlicet & per se, quodlibet namque medicamentum proprie & per se sibi maxime familiarem humorem euacuat, autore Galeno, dicente medicamentorum singula, familiarem sibi attrahunt humorem, namque si diuersum fortasse educat, id utique ex accidenti erit non proprie & per se, composito enim medicamentum proprie & per se possemus & ex arte quidem, diuersos humores educere, ut ex eius natura constat, quare merito compositis

Cop. me. quid.

Med. cop. duplici compositione.

Med. cop. qua ratione inuentum fuit.

Com. 22. li. 1. apho.

Lib. 1. de com. med. secund. gen. c. 5.

Phar. com. ratione ad inuenitur

Li. 1. de com. phar. secund. loc. cap. 6.

Dubium.

fitis medicamentis uti tenemur, uti ex Galeno demonstratur, cuius verba sunt si tantum seorsum simplicibus medicamentis omnes praeter naturam affectos curare esset possibile, nullius utique compositi unquam foret usus, sed unico simplici medicamento diuersos morbos curare non possumus uti ex Galeni documentis ostensum est: merito ergo medicorum ratio, medicamentorum compositionem adinuenit. reperitur utique rationis gratia, nostra pharmacorum compositio, eodem Galeno autore, unde colligitur quod ratio ipsa non modicum confert, pro exquisita dispensandis medicamentis, & praeter id multoties medicamenta componuntur ut medicamentorum simplicium augeatur, vel vigoretur facultas, augetur utique aut diminuitur non paucies simplicium medicamentorum virtus atque facultas, ipsorum associationis gratia, uti sequentibus declarabitur. Sed remanet dubium quod ex Galeni doctrina confurgit, mihi diluendum, scilicet unico simplici medicamento diuersos praeter naturam affectos curare sit possibile, quod longe abest fieri posse a Galeni doctrina, in cuius contrarium medicorum non pauci esse videntur, qui ligno quod sanctum vocitant diuersos praeter naturam affectos curare moliantur, idemque facere conantur aspera simillace, quae hispane carca parrilla nuncupatur, nec non & radice china, sed priusquam huiusmodi dubium, siue quaestionem absoluerem videar, de ligni sancti essentia atque ratione, pro maiori rei declaratione aliqua perstringere conabor, interpre-

tanda nempe, quare huiusmodi lignum sanctum appelletur, & quid sit, & quot nam eius differentiae fuerint, appellatur itaque huiusmodi lignum sanctum docente eruditissimo Manardo, eo quod eius beneficium, a tam prauissimo, & periculoso morbo? Quem nostri galicum aut Hispanicum appellant, multi sunt pristinae valitudini restituti, et a laco miseriae in portum reducti salutis, sed videri quidem meo, id sanctum appellatum fuisse reor, quoniam insulis a quibus ad nos usque comportatur nomen sanctum est inditum, qua utique ratione, id sanctum vocandum esse coniector, medicamentorum enim simplicium non pauca sunt quae a loco in quo progignuntur vela particula cui medetur nomen desumunt, ideoque huiusmodi lignum sanctum vocatum esse existimaui, quod utique sanctum lignum alias medicum dictum, lignum quoddam est a quibusdam insulis comportatum intra Oceanum nempe tempestate hac repertis, quam utique tres tantum existunt insulae, e quibus lignum hoc ad nos usque delatum est, ideoque prima est cui nomen sancti iohannis imponitur, secunda vero erit cui sancti Dominici, tertia denique cui sanctae crucis, quibus intellectis remanet explicandum, in qua harum insularum perfectius procreatur. Primum enim ferre omnes dicti tant ad nos usque comportatum esse quod ex insula sancti Dominici eligitur, deinde vero quod ex insulis Sanctae Crucis & sancti iohannis colligitur, verum tamen considerandum est, ut illud quod ex insula sancti iohannis ad nos usque comportatur eligendum est, eo quod vtilius atque

Li. 17. epi. fol. 3.

Lignum quare sanctum apellatur.

Lignum sanctum quid est.

Lignum sanctum unde generatur.

atq. præstātius cæteris est, ea nēpe ratione quia quod ex insula Sancti Dominici defertur, aridiori ac sicciore dotatur temperie, multoque magis sumentium corpora exsiccata quod vere ex insula sancti Ioannis colligitur, sumentium corpora humectat. Atque radicale humidum in sui puritate cōseruat, quod enim aridius sit lignum id ex insula sancti Dominici comportatum, & temperatius quod ex insula sancti Ioannis defertur, manifestissimum est, quoniam lignū quod ex insula sancti Dominici cōportatur, vehementiori solis ardore & facultate exurit, postquam octo fere gradibus plus minusue æquinotiali appropinquatur, magis quā, quod insula sancti Ioannis procreatur quare si octo gradibus lignum hoc magis distat, in insula sancti Ioannis existens ab æquinotio, quam illud quod in insula sancti Dñici ad inuenitur, merito nobis temperatius censendum erit, qua ergo ratione quod ex insula sancti Ioannis nobis comportatur eligendum est, non utique procurandis morbis parum interest, aptiora loca in quibus simplicia medicamenta colligenda sunt inquirere, siquidem autore Galeno, alia in aliis regionibus abundant & meliora hiis quæ alibi nascuntur existunt, quæ quidem sententia ex Platone quoque demonstratur in thimio ubi inquit, vniuersalis quidem natura, muniuit loca propriis & determinatis virtutibus, ut in eis signis sententia ex Theophrasto, & Auicenna, necnon & Mesue demonstratur, quorum sententia est, quod dispositio loci vel regulantium aspe-

Alfon. feri aut li. 1 lig. s. a. c. 3.

Lib. 3. de cōp. medi. s. loc. c. 4.

Li. 1. de hi sto. plan. c. 7. & 14 & li. 2. c. 3. & li. 3. c. 5. 2. can.

ctus non similiter est hic & ibi. diuersitas autem vel similitudo habet illas incolumitat, vnde iure quidem optimo medicamenta quæ suis in locis congeneris, ac maxime si bi familiaribus, ad nascuntur, perfectiora, ac selectiora præ cæteris existunt, sicuti abies quæ in Macedonia adinuenitur, præstantior est quæ in Parnasia innascitur, idque compertum satis in omnibus aliis nobis est, optime igitur præstantius atque perfectius lignum Sanctum in vna insula quam in alia progigni potest, è quibus doctrina colligitur, animaduersione digna, scilicet quod pro colligendis simplicibus medicamentis eorum diuersa loca maxime nobis sunt consideranda, ut perfectiora nobis colligantur, vnde lignum sanctum colligendum esse, ex insula Sancti Ioannis sequitur: iam vero ligni sancti defectus assignandus sequitur, quando quidem in eadem insula debilius, aut virtute fortius procreari potest quod quidem lignum sanctum tempestate hac parte illa quam hodie nouam Hispaniam vocitant, optimum quoque reperitur idque ubi eorumque fuerit sequentibus conditionibus eligendum erit, Lignum ergo Sanctum selectius est si in media arboris ætate colligatur, & recens, ita ut ultra annum non transeat si possibile est, & ponderosum etiam, cortice coherens, fuscum ac colore flauum. substantia vero nõ nimis crassum, nec tenue, sed media quadam crassitudine productum. Quibus intellectis notantur quidem dixi eligendum esse in media arboris ætate in ea siquidem vegetatiorem huiusmodi lignum

Vniuersa libus can. cap. 1.

Pro colligendis sim. med. eorū loca præstantiora nobis sunt indaganda.

hanc facultatem habet, & non tantum hercule lignum Sanctum, verum etiam quæcunque alia simplicia medicamenta, quæ ex arboribus excerpenda sunt, tenera namque eorum ætas debilem gerit vegetationem ipsa vero senectus prope corruptionem est, docente Galieno necnon & Auerrhoide, quæ ergo ratione huiusmodi lignum Sanctum in media eius arboris ætate eligendum esse censui, postquam ætate ea eius robur atque facultas magis vigent ideoque potius eius medium sequi elegi quam extremum. At vero cum huiusmodi Lignum radice, caudice, & ramis, constare manifestum fuerit, ideo à ratione alienum non erit, eorum partem quam sit eligenda explanare: vnde non pauci existimarunt, meliorem eius arboris partem, radicem esse, alij vero caudicem, & alij denique ramos, quibus non obstantibus, eiusce arboris meliorem partem nos radicem esse existimauimus, dum modo Lignum id, quam recentissimum sit, eo nanque tempore, maior virtus in radice, quam aliis in partibus inest, cum iam vero exsiccatum fuerit, tunc utique eius radix multo citius, quam residua ipsius arboris partes exarescit, qua ergo de causa, nequaquam eiusmodi radices ad nos vsque comportandæ erunt, quin recentes fuerint, ita ut annum non excesserint, caudices enim, & rami, non nimis tenues, nec crassi, esse tenentur, sed medium inter utramque seruare debent, ut selectiores nobis iudicentur. Quibus explicitis sequitur, nunc de eiusdem Ligni diuersis ge-

Lib. 2. de gē. & me theor.

lib. 2. de gē. & me theor.

lib. 2. de gē. & me theor.

neribus disquirere, quare diuersa eius genera, tria numero sunt, quorum primum guaiacum siue indicum appellatur, quod utique hifce conditionibus eligendum erit, videlicet si suo pondere grauissimum fuerit, substantia vero densa, & parte interna nigricans, externa vero subalucans, Lignis autem quibusdam, in fuscum vergentibus, si in sui vltima perfectione nobis extimandum est, conflatum sit oportet. Secundum vero genus, id est, quod magis in albedinem tendit, non tamen Lineis tam manifestis constitutum est, nigrum tamen extrinsecus colorem ostendit. Tertium denique eiusdem Ligni genus est, quod sanctum nuncupatur, quod quidem tam intrinsecus quam extrinsecus albicans tem præfert colorem, quod utique exilibus valde Ligneis fabricatum sit est necessum: è quibus denique guaiacum à Manardo laudatur, quod haud dubio ebenum esse affirmavit, cui sane sententiæ minime adstipulor, cuius rei causa mihi inferioribus enucleabitur, verum tamē rationē propter quā eruditissimus Manardus, lignū sanctū ebenū esse intellexit, siquidē eā ipse haud explicuit, ego ideo pro viribus explanare moliar. ratio igitur quā tū opinor, ob quā Manardus ipse lignū sanctū ebenū esse censuit, ea est quia docete Philosopho lignū omne natura & inclinatione sua, in aqua super natura habet, præter ebenum quod utique protinus ubi in ipsa aqua iniicitur, infundū existit: & cū lignū sanctum eiusmodi conditionis fuerit, ut constat, existimauit fortasse, Manardus ebenum lignum

Lign. sancti tria genera.

Autore Manardo.

2

3

Li. 4. metho. c. 7.

Quæ ratio ligni sancti ebeni esse censuit.

Li. 1. c. 30

num sanctum esse potuit forsam a
lias excerpere rationes à Diosco-
ride , quæ tamen etiam si cum eo
quodammodo convenire videan-
tur, dummodo easdem recte exami-
naverimus, nequaquam cum eo ad
stipulari dicentur , vti inferius fiet
perspicatius luce , quare Manar-
dum Guaiacum lignum , ebum
appellasse iudico , necnon etiam
& quoniam fere eandem facultate
tem , quam in membris adsequi-
tur lignum Sanctum, continet et-
iam & ebenus. Quibus constanti-
bus, lignum sanctum, ebum non
esse integrum explanare conabor,
quantumvis æquale quo ad pan-
dus cum ligno Sancto fuerit, pro
cuius itaque rei maiori declaratio-
ne , de ipsius ebeni essentia siue ra-
tione. Primum mihi exarandum e-
rit, ideoque ebenus arbor indica est
speciem dactyliferæ arboris palmæ
referens, ideoque quantum opinor
appellatur indica arbor quia in so-
la nascitur india, vnde Virgilium
dixisse credo solam indiam nigrâ
tulisse ebum, quæ quidem à Dios-
coride nigra quoque profertur, nul-
lum utique venarum discursum con-
tinens, vnde ex multorum sermo-
ne, enodis, appellatur, veruntamen
nullos habere nodos , non in tota
planta est intelligendum, sed caudi-
ce tantum , vti ex nobilissimo Cli-
coueo docetur, nigram quoque ebe-
nū ipsam Philosophus censuit, par-
te nuper citata, qua ergo ratione e-
benus nobis nigra cefenda erit. Sed
lignum vero sanctum minime colo-
re est nigrū, etiā si guaiacū, parte so-
lū interna, nigrū fuerit, dissidet er-
go maxime ebenus à ligno sancto.
Itē etiam si ebenus ipsa ignitis appo-

Ebenus
quid.

Li. 4. me-
cap. 7.

Docente
Manardo.

natur, thymiam hoc est, sufficienti
quodā, protinus , ex ea exire cōspi-
citur, *θυμιαμα* latine proprie incen-
sum significat, ideoq; thymiam ea absolute
de re quæ facile incenditur atq. sufficit
ficatur prædicatur, sed huiusmodi suffi-
fimentū ex ligno sancto minime e-
xire aparet, quantumvis ignitis inia-
tur dissidet ergo à ligno sancto ebe-
nus ipsa, quibus æductis rationibus
nullatenus ebum idē cū ligno san-
cto esse iudicauimus, vnde nec ne-
ra erit doctissimi Manardi senten-
tiaq; vtiq. profectonec mihi cōtra-
dicēdi gratia, platur est, sed veritate
tm indagādi gratia siquidē veritas
ipsa vbiq. fuerit, indaganda est
omnibusq; præponēda, docēte Ale-
xā. Trali. quā quoq. sententiā Philo-
loso. nos docet dicens sanctū est ho-
nore veritati præferre q̄si dicat a-
micus. plato sed magis amica veri-
tas, nō ergo veritas omni precio a-
micitia ve, prætereunda est. Ligni iā
sancti tēperiem declarare expedit,
calidā vtiq. & siccā ordine secun-
do naturā habere, creditur aut. Al-
fon. Ferri. in cuius comprobatione
multas aducit rationes, est tamen in
contrariū Auerrho. doctrina, & a-
liorū multorum, affirmantiū, lignū
sanctum temperatæ esse nature, &
ratio est quia in eo nullam vincen-
tem qualitatem adinueniunt, quod
vtiq. temperati medicamēti est, p-
priū, ideo ergo lignū sanctum ab il-
lis natura sua temperatū existima-
tur, de quo vtiq. temperato medi-
camento sequenti. 4. cap. declarau-
mus, itē etiā temperato medicamē-
to variis medemur morbis, sed di-
uersi morbi huiusmodi ligno sato
curantur vti ex rei experimēto cō-
stat, erit ergo lignū sanctum, sym-
meticon

Notatur
manardus

Li. 12. c. 11

Li. ethic. 1.

ca. 6. v. 11

tas omni-
bus præpo-
nenda est.

Li. 1. c. 4.

Li. 5. cole.

metron

hoc est temperatū , siquidē
tēperati medicamenti naturā con-
tinet, quibus expositis quid de ligni
sancti tēperatura pensitandū erit iu-
dicabitur ne calida, & sicca an tem-
perata ne igitur Alfonso. Ferrin. ex
Auerrhois doctrina deuiare videat-
ur dicuntur erit Alfonso. Ferri. intel-
lexisse de ligno sancto quod ex in-
sula sancti Dāici cōportatur , quod
vtiq. calidam & siccā habere tem-
peraturā, ob rationes prædictas nō
dubitauimus. Id autem quod ex insu-
la sancti Ioānis defertur simmetrū
hoc est temperatā reuera existit, en-
igitur qua ratione Alfonso. Ferri. &
Aberrous circa ligni sancti tempe-
raturā minime disidētes recte deter-
minarunt, quāvis sub diuersis ratio-
nibus. Quibus prælibatis ad quæstio-
nē redeamus videlicet an ligno san-
cto variis atq. diuersis morbis me-
deri possimus, quandoquidē id sim-
plex medicamentū fuerit. Primū er-
go aduersus partem affirmatiuā, nō
paucā & fortissima argumēta addu-
cam: quæ rei veritatem moliantur,
in cuius rei cōprouatione est Gale-
dicens, dictū nanq. iā & à me est se-
per esse impossibile simplex medica-
mentū adinuenire ad multas affe-
ctiones obnoxiiū, in cuius rei testi-
monio est Philoso. etiā dicens , idē
in quantū idem semper est natū fa-
cere idē sed lignū sanctū, vna & ea-
dē est res, quare & idē, erit ergo sem-
per natū facere idē, & nō diuersum
cuius sententiā insequitur Aberro-
parte supra citata dicens idem con-
traria facere est impossibile , quod
vtiq. Philosophi doctrinæ, ad sti-
pulari dicentes, cōtrariorū cōtra-
rias esse causas, diuus quoque Tho-
mas eandē confirmat sententiā vna
a. in 1.

Li. 8. de
cōp. phar

5 lo. c. 4.

Lib. 2. de
de gē ca.

10.

Lib. 2. me-
the. c. 3.

cū Auerroo. li. 2. de anima, dicente,
cū intentio diuersa est necessum est
& virtus quoq. diuersa fuerit, ex q-
bus colligitur q̄ vnico & eodē sim-
plici medicamēto impossibile est di-
uersos præternaturā affectus curare
cui vtiq; doctrinæ ad stipulatur hip-
po. medicorū facile princeps dicēs,
quicunq; morbi fiunt replectione
curat euacuatio: & quicunq; ex eua-
cuatiōe, repletio, & aliorū cōtrarie-
tas, quā etiā sententiā insequitur Ga-
le. loco citato, dicens, contrariorū
cōtraria esse remedia . eandē quoq.
Galen. ipse redit, cuius verba sunt
semper aut oportet cōtrarias quali-
tates illis , quæ præ naturā inualue-
rūt, opponere, cum hoc multo plus
iuber quam quomodolibet euacua-
re. in cuius denique rei cōproua-
tione est etiam Paulus. lib. 3. cap. 9.
& Aetius etiam vna cum Alexan-
dro Traliano. lib. 12. cap. 8. dicen-
tes cōtrarias qualitates remediis cō-
trariis refarcire oportet, quibus cō-
stat quod ligno sancto minime pos-
semus diuersos præter naturam af-
fectus curare , siquidem vnū et idē
simplex medicamentum contrariis
qualitatibus cōflatū reperire nō est
possibile docēte Plateu. at tñ dicēt
fortassis suā volētes opinionē defē-
dere, q̄ vnico et eodē simplici medi-
camento, eodē modo præparato re-
cte dicitur haud esse possibile diuer-
sis mederi morbis, verūtamen, si idē
simplex medicamētū diuersis pare-
tur modis, bene quidē possēt diuer-
si morbi curari, quātūvis vnīcū fue-
rit, medicamētū, ij vtiq; lignū id sā-
ctū intensius redūt, eiusdē ligni ma-
iori portione, & remissius maioria
quæ quātitate , quod etiā prædictis
rationib; soluitur. ipsorū etiā quidā
Li. de sim-
pli. medi.

Li. 2. aph
22.

Cōtrario
rū cōtra
sunt reme-
dia.

Li. 1. de ar-
te. curati-
ad glau. c.

9. & li. 1.

de sanit.

tuē. & li.

1. de loc-
patiē. c. 4.

& li. 7. &

curā. mor-
bo. c. 10. et

li. 8. c. 1. et

li. etiā. 11.

cap. 1.

Lib. 6. de
cōp. phar
s. loc. c. 3.
Lt 2. tra
1. ca. 5. de
med. iud.
Vniuer-
salium can.
c. 1. sume
prime de
decoct.

Diluitur
questio.

Fē. 2. prin
ci. c. 15.

sunt coctionē augētes, vt fortior re-
datur eius ligni virtus, et ipsā minu-
unt vt remigius operetur, aduersus
quis etiam est Gal. dicens vltior
coctio quā oportet resoluit medi-
camenti virtutem, quam quoq. sen-
tentiā infecuti Auicena, & Mesues
dicent nimiam medicamentorū co-
ctionē eorum cōsummere virtutē,
quare si per vltiorē coctionē, ab
illis eiusdē medicamenti virtus, in-
terior atq. vigorosior, reddi debet
vsq. dū videlicet, morbi magnitudi-
ni pportioctur, tāta forte erit mor-
bi intēperies, vt potius eius medica-
menti facultatē, eius coctionis rati-
one resoluant, quā vt ex ea vllū ip-
si medicamēto p̄sidiū adsequatur
Qua igitur methodo & racione tā-
torum virorū autoritates, & racione
diluui possent. Sequenti ergo vi-
deri meo racione ac via, tantorum
virorum sententia diluenda erit vi-
delicet si quadā distinctiōe vti vide-
remur, cū primū vtiq; ad questio-
nē facile respōdere possemus, dicē-
do, aut questio intelligenda est, de
primo operationis medicamento
rum modo, & sic minime cencenda
erit, si vero de tertio medicamento
rū operationis modo intelligatur
de quo re vera intelligendā cenſeo
recte quidem erit possibile vnico
simplici medicamento diuersos p̄-
ter naturam curare affectus, pro cu-
ius rei maiori intelligētia subiit mi-
hi declarandum, quot fuerint me-
dicamentorum operationis modi,
necnon & quid vnusquisq; sit mo-
di, igitur medicamentorū operatio-
nis, tres numero apparent, aut. Aui-
dicente, quod comeditur & bibitur
in corpore humano tribus modis o-
peratur, quorum. 1. modo operan-

tur medicamenta suę tantū qualita-
tis siue tēperaturæ racione. 2. modo
operantur suę materię causa. 3. & vltimo
operari possunt, toto genere
hoc est à toto sui substantiam, quali-
tatiua itaque operatio ea dicitur
quæ caliditatis, frigiditatis, humidi-
tatis aut siccitatis gratia perficitur:
Materialis vero quādoquid cōuer-
titur in recepti naturā, alicuius mē-
bri formā recipiens, videlicet sicuti
quādo ex lactuca vel alio cōsimi-
li medicamento sanguis generatur
tunc vtiq. sanguis ille ex tali mate-
ria productus, vere humani mēbri
formā recipit, siquidē eius sit asimi-
latio, vnde lactuca vel aliquid
aliud simile materialiter dicitur o-
perari postquā ex lactucæ materia
sanguis, scilicet generatur humani
mēbri formā recipiens. Operari de-
niq; toto genere siue à tota sui sub-
stātia, hoc specificè ratiōe nēpe spe-
cificæ formę est idem perficere eius-
dem formę racione, quā vtiq. speci-
ficā formā medicamentorū quodli-
bet post sui cōplexionē ademptum
fuit, post primū nanq; medicamēti
simplicis adpositionē, quę ex qua-
tuor elemētis equa proportione cō-
mēsuratis resultat, res etiā atq. per-
fectio quędā ipsis fuit influxa que
se p̄parauit ad recipiendā formā
illā specificā, supraproprium tēpe-
ramentum aditam cuius vtiq; rati-
one idem medicamentū, sibi pro-
priā operationē adsequitur, ex qui-
bus colligitur q̄ specificæ forma nō
est tangibilis qualitates primę qui-
bus medicamentum ipsum cōflatur
vnde neq. temperamentū eius, sed
perfectio quędā solum, quā ipsius
medicamenti materia certa aptitu-
dine adquisiuit ex proprio sui tēpe-
ramen-

Operatio
qualitati-
ua.
Materia
lis opera-
tio.

Tota su-
stantia on-
perari
quid.

Formaspe-
cifica quid

Li. 13. me-
tho. tho-
rap. ca. 6.
& lib. 9.
de simpl.
med. facul-
ca. 8. & li-
de renu-
dig. et me-
affect. c.
23.

Medica-
mentū ad-
positum
triplex.

Liquidum
medicamē-
tum.

ramento, & hęc vtiq; forma est
specifica, cuius racione medicamen-
ta dicuntur toto genere, siue tota sui
substantia operari, quæ deniq; ope-
ratio alias proprietate fieri dicitur,
ex quarum omniū recta intelligen-
tia possent & ex arte p̄dictæ auto-
ritates & raciones dilui ac solui: di-
luenda ergo erit p̄dicta quæstio
hac racione, videlicet quando dixe-
ris an vnico simplici medicamento
varios p̄ter naturā affectus cura-
re sit possibile. Respondendum erit
quod aut id fieri debet qualitatiua
operatione aut specifica, siue pro-
prietate, quare si calitatiue operan-
do medicamenta id fieri posse intel-
ligatur, impossibile esse creditur, at
vero si eadem medicamenta toto ge-
nere operētur, recte vnico simplici
medicamento diuersi p̄ter natu-
rā affectus curari possent: vnde hac
racione concedenda erit quæstio in
medicamentorum vtiq; operatio-
ne, quæ tota substantia agunt: nul-
la ratio & methodus habēda est, do-
cēte Gal. nō ergo in exhibitione li-
gni sancti ratio seu methodus vlla
seruanda erit, postquam suam ope-
rationem specificè complet: non e-
nim qualitatiue vt constat. Vnde
colligitur quod lignum sanctum di-
uersos p̄ter naturam affectus cu-
rare potest, specificæ formę racione
non autem sui temperamenti, seu
etiam qualitatis causa quibus decla-
ratis, medicamenti compositi di-
uisionē explicare licet. Medicamen-
tum igitur cōpositum primogenia
sua diuisione in liquidum & solidū
& sua forma medium secatur. Medi-
camentum ergo cōpositum sua for-
mā liquidum est, cuius substantia
fluida existit, secundum ratiōem ma-

gis & minus, quando denique for-
mam & substantiam siroporum cō-
positiones exigunt, & decoctorum,
oleorumue, ac aliarum denique po-
tionum, quæ in forma liquida siue
currentia parantur, quales sunt cho-
lagogæ, & phlegmagogæ potiones.
Compositum autem medicamentū
sua forma solidū, id est cuius substā-
tia dura siue solida apparet, quam
vtiq; substantiam exposcunt, ex
vnico antidotum, & reliqua electa-
ria, quæ eiusmodi formam requirūt
qualia sunt, trium sandalorum, di-
arrodon abat, aromaticum rosaceū
diambra, frigidum diamargariton,
salomonis diaireos, Galeni lætitia,
& genera quoque trochiscorum, o-
mnia vt sunt, alypta moschata, vtra-
que galia, absinthij partili, & rabar-
bari caparorum, deupatorio, vesti-
cariz, necnon & succini siue electri
emplastra quoq; qualia sunt diachi-
lon mag. & minus, palmeum cetau-
rea, deigratia, stromaticon, ad ma-
tricem, oxicroceum. &c. Compositum
denique medium medicamen-
tum illud erit, quod substantiā me-
diam ad vtrumque tenet, videlicet
nec liquidam, nec solidam. Quam
vtiq; exposcunt substantiam vt
theriaca, mitridatum, anacardina,
seu sapientum confectio, ex succo
rosarum antidotum, diaphiniconis
de psilio. &c. ecligmata omnia ean-
dem quoque requirunt substantiam,
& vnguentorum etiā non pauca
qualia sunt, rophaceum pomatum,
populeon, marcianum siue marcia-
ton pleuriticon, dialteæ, pompholi-
gos, plumbeum, deminio, apostolo-
rum, exiptiacum, & reliqua eiusdē
farinæ. Hactenus pro medicamēti
cōpositi declaratione dicta sufficiēt.

Solidum.

Medium.

De medicamenti

explicatione. Cap. 3.



Vandoquidem de membris ipsius medicamenti diuisionis hactenus perstringimus, in praesentiarum vero reliquum est ipsius medicamenti declarationem definire, videlicet recte eius naturam interpretando, veruntamen prius quam medicamenti distinctionem explicauerimus, quibus modis vniuersaliter medicamentum accipiendum sit, explanandum est. Absolute ergo medicamentum bifariam considerari potest, videlicet, aut per se solum, aut quatenus corpori humano est applicandum: quare vbi per se solum ipsum considerauimus, nil esse dicemus, docente Erophilo & Gale. cuius verba sunt, medicamentorumque per se solum considerantur, nihil sunt, quare vbi medicamentum hactenus ratione considerauerimus, non hercule erit necessum eius definitionem indagare, id namque definire quod nihil praestat frustra esse arbitror, sicuti frustra dicitur calciamentum si non eius calciatio reducat ad actum autore philosopho. Si autem consideretur medicamentum quatenus corpori humano est applicandum: merito quidem tunc definitio ne eget, postquam reducendum est ad actum, quo igitur secundo modo sumpto medicamento, definitur, id a Galeno dicente id esse quod naturam nostram alterare ac permutare potest, quemadmodum enim nutrimentum ut nutrimentum est, substantiam adaugere dicitur, pariter quatenus medicamentum

Dupliciter medicamentum in vniuersum consideratur.

Lib. 6. de med. com. sim. loc. c. 3. & lib. de reu. medic. c. 15.

Lib. 1. de simp. me. facult. ca. 1. medicamentum quid.

quatenus humano corpori est applicandum naturam nostram alterare ac permutare creditur. Erit igitur medicamentum nostrae naturae permutator, & non quidem absque ratione, postquam ipsi contrarium est, ut inferius explanabitur. Quandoquidem autem ex medicamenti definitione colligimus, id nutrimento esse contrarium consequens ideo est, nutrimenti naturam planam facere, ut itaque intellexerimus differentiam quam inter medicamentum & nutrimentum versatur. Est igitur nutrimentum (autore Galeno parte nuper citata) id quod substantiam augere potest: omne utique nutrimentum, quatenus nutrimentum est animalium genuinum calorem adaugere habet, unde colligitur quod si medicamentum substantiam alterare potest, & nutrimentum ipsam augere, inter se contrariari quid clarius erit? sequitur tandem ex Hippocratis & Galeni placitis declarare, quibus modis eiusmodi nutrimentum accipiatur. Nutrimentum ergo trifariam sumendum est, videlicet ut proprie nutrimentum est, & ut fere nutrimentum existit, & ut futurum nutrimentum speratur. Nutrimentum ergo proprie, quod vere nutrit, ita ut in propriam nutriti substantiam conuersum, adsimilationem recipiat. Fere nutrimentum, id est quod non vere nutrit. Est tamen ipsi nutrimento proximum, huiusmodi utique se habet quod aglutinatur, & in ipsa nutritione apponitur, id est quod quod aglutinatum & ipsi iuxta apponitur nutritioni, tunc hercule non adsimilatum est, veruntamen propinquissimum adsimilari existit igitur, ut propria fiat nutritio

Nutrimentum quid.

Docente Gal. li. 3. de temp. c. 2. Autore Gal. lib. 1. de nat. facult. ca. 11. & li. 2. de tuend. san. in fin. & li. 3. de tem. ca. 2.

Proprium nutrimentum quid.

Fere nutrimentum quid.

Docente Gal. li. 3. de temp. c. 2. & li. 2. de tuend. san. in fin. & li. 3. de tem. ca. 2.

Futurum nutrimentum quid.

trio succi conglutinationem necessariam esse existimauimus: quandoquidem chylus omnem nostri corporis partem nutriturus, priusquam rei perfectam adsimilationem adsequatur conglutinandus ipsi nutritioni, & iuxta apponendus est, alias fieri non posset perfecta rei adsimilatio, unde quod aglutinatur & ipsi nutrimento apponitur, fere nutrimentum iure optimo appellandum est, siquidem non nutrit, & tandem nutriturum est. Futurum igitur nutrimentum id erit, quod nondum est aglutinatum, nec iuxta coactum: post eius vero chylus perfectam coctionem, & aglutinationem, fiet utique propria nutriens, uti constat de nutrimento, eo quod in venis, ac magis in ventriculo continetur: quod enim post eius integram coctionem, vere nutrit, ideoque iure optimo id nutrimentum futurum appellatur: unde futurum nutrimentum id omne appellandum erit, quod extra vasa existens dum modo natura sua substantiam augere natum sit, posset recte & futurum nutrimentum dici, quantumuis prima nutrimenti praeparatio quae in ore fit: nondum praecesserit, eiusmodi namque nutrimentum etiam si adnutriendum non reducat, ex sui tamen natura nutrire non repugnat, unde & futurum nutrimentum recte dici posset, etiam si non reducat ad actum. De eius autem nutrimenti nutritione nec non & augmentatione non nihil tangere consequitur, augmentatione namque fieri utique non potest, quim prius nutritio praecedat, licet possit contingere nutritio absque augmentatione. nutritio ergo solidarum animantis partium compositio absque earum ampliatione est, do-

cente autem philosopho lib. 1. de generatione. conuersio est nutrimenti, in propriam aliti substantiam, per deperditum tantum restauratione: vel denique euacuati erit repletio, eodem Gal. autore: nec non & Actuarius: quae denique nutritio ab augmentatione propria differre dicitur, quod itaque ut clarior fiat quid propria augmentatio sit, enucleare est necessarium. propria igitur augmentatio (docente philosopho libr. 1. de gen. cap. 5.) praesistentis quantitates additamentum est, ipsi nutritioni coniunctum vel aliter alimenti erit permutatio in propriam nutriti substantiam, per maiores videlicet partes, quam antea deperditum esset: vel denique videri meo erit, solidarum animantis partium trinam dimensionem complens ampliatio. Unde euidentis factis manet differentia, quae inter augmentationem & nutritionem versatur: siquidem nutritio per aequales fit partes, ac deperditi solum restorationis gratia, & non amplius: augmentatio vero, per maiores fit partes: ita quidem ut non solum deperditi fiat recuperatio: verum etiam ut solidae animantis particulae, ampliationem & augmentationem recipere dicantur. Notanter quidem superioribus propriam augmentationem dixi, postquam aliam impropriam habemus, longe a propria distantem: ideoque quid impropria augmentatio sit explanare expediens est. Impropria igitur augmentatio est, quae per iuxta partium tantum appositionem fit: minime vero per intus summptionem, sicuti & propria quae utique augmentatio impropria in lapidum vel tritici cumulo, nobis datur intelligi augetur hercule lapidum

Nutritio quid. Authore Gale. li. 1. de nat. facult. ca. 5. & li. 2. de temp. ca. 4. & 1. aph. com. 14. & 15. Li. 4. sim. med. sic. ca. 9. Lib. 1. de caus. ur. cap. 4. Propria augmentatio.

Impropria augmentatio.

pidū, vel tritici cumulus partium tā
 tum iuxta positionis ratione, vt cō
 stat: vnde impropria augmentatio
 dicta est; quoniam per iuxta partium
 appositionem fit: propria vero per
 intus sumptionem perficitur, & no-
 stri innati caloris ratione: quibus
 pralibatis, postquam superius pro
 medicamēti expositione differtauimus,
 quibus modis id accipiendum
 sit, scrutari expedit. φάρμακον igitur
 hoc est medicamentum, interdum
 pro veneno sumitur, quod vtiq; ve-
 nenum, quod mutat, & non muta-
 tur est, habet vtiq; nostrum corpus
 permutare venenum, quemadmodū
 naturam nostram medicamentum
 alterare. alio quoque modo medica-
 mentum sumitur pro rei remedio.
 Corporibus namque humanis ma-
 le affectis ceu remedijs medica-
 mentis medemur. Considerandum ideo
 est, quomodiū medicamentum, tā
 in bonam partem quam in malam
 nobis sumi potest, siquidem medica-
 menti ratione tam tristitiam atque
 malum, quā rei medelam produce-
 re possumus: & merito quidem me-
 dicamentum tristitiā & damnū in-
 ducere poterit, postquam contrariū
 ac perniciosum satis humanæ natu-
 ræ existit. Vnde vtiq; videri meo
 prius circa curandi ratione egrotā
 tium naturam considerare oportet,
 quam medicamentis vti. Ea namq;
 deficiente medicamenta, per se ni-
 hil efficiunt. Ipsa ergo debili existe-
 re pro medendis morbis potius ne-
 cessarium erit agrotantis virtutem
 eam corroborando cōsiderare, quā
 ad medicamentorum vsum accedere,
 quādoquidem medicamenta ea-
 dem ipsius naturæ sunt instrumen-
 ta. Est igitur naturæ curare non me-

Pharma-
cum bifa-
riam sum-
mitur.
Authore
Auicena.
fen. 2 pr.
cap. 15.

Venenū
quiā.

Medica-
mēta per
se nihil sūt
docēte ga-
le. li. de re-
nu. affect.
med. ca. 5.

Medica-
mēta sunt
nature in-
strumen-
ta autore
Hipo.

dici. Medici vero opus est naturam
 porrigere: tenemur igitur in curandi
 di methōdo prius naturam confide-
 rare, quā ad medicamentorum v-
 sum accedamus, siquidem eiusmodi
 vsum naturæ aduersatur. Vnde Pla-
 to in thimeo dixit morbum potius
 guuernandum esse debita victus ra-
 tione, quā medicamentorum vsum.
 Est vtiq; ratio victus peritis me-
 dicis, pro medendis morbis peruigi-
 li cura consideranda, postquā mor-
 borum non pauca sunt, quæ iuxta eorū
 initium moderata indigent vi-
 ctus ratione: quales sunt illi quon-
 gitudinem portendūt, & alij deniq;
 sunt qui eodem tempore exiguan-
 digent diēta, vt sunt acuti morbi &
 maxime illi qui breuiori tempore
 terminantur, vt sunt angina & cho-
 lera. Iudicantur vtiq; acuti morbi
 14. diebus, vt cap. 4. lib. 1. demon-
 strauimus: verū tamen fortassis
 quispiam dicet se multos morbos a-
 cutos vidisse. 15. aut 16. diebus ter-
 minatos: non autē 14. vt ex Hip.
 demonstratum est: id vtiq; nō pau-
 cies visum est, quid ergo ex Hipp.
 dicendum est, eritne taxandus mini-
 me quidem, quoniam eius sententia
 intelligenda est magna ex parte, vel
 quod ipsi acuti morbi, tantum ab eo-
 rum acuminis inceptione. 14. diebus
 terminantur, & hac ratione vera
 Hippocratis atque certa doctrina
 erit, vt recte intuenti fiet luce cla-
 rius: quibus intellectis explanandū
 superest medicamentum quando in
 bonam aut in malam partem sumi-
 tur, tunc itaque vt ex codice græco
 demonstratur, in bonam partem de-
 sumitur, quādo suam deduxerit ori-
 ginē ab hoc verbo græco φάρμακον
 & αχος, quod latine medelam tribuere
 humano

Caratio
acuti
morbi 14
diebus in-
dicentur.

De feudi-
tur Hipo.

humano corpori significat, quando
 vtiq; ratione pharmaci humano
 corpori auxilium atque medela cō-
 sequitur. Tunc enim medicamentū
 in bonā partem sumi dicendū erit,
 quādoquidem bonum sit medelam
 acquirere: quando vero ab eodem
 verbo græco φάρμακον & αχος deriuat-
 tur, quod idiomate latino, tristitiā
 inducere denotat, tunc quidem in
 malam partem desumitur, postquā
 tristitia affici malum fuerit, malum
 vtiq; est quando ex medicamenti
 exhibitione tristitia subsequitur, vl-
 terius autem considerandum est, quā
 quando medicamentis vti cogimur
 vt ipsi vti tenemur aut extrinsecus
 appositis, vel intrinsecus exhibitis,
 quare medicamentorum, quæ extrin-
 secus applicantur, simpliciter medi-
 camenta nuncupanda sunt: ideoq;
 ab antidotis differentia existunt. id
 circōq; quid antidotū fuerit, enu-
 cleandum superest. Antidotum er-
 go pharmacū est, siue ex electis sim-
 plicibus medicamentis, fabricata
 quādam compositio, quæ intra cor-
 pus ad multas nostri corporis affe-
 ctiones leuandas sumitur, & vti
 igitur latine remedium quoque di-
 ctum ab αχί quod est, contradic-
 tur, id datum, scilicet, quasi compo-
 sitio data aduersus venenosas portio-
 nes, ex quibus sequitur quod quid
 quid est antidotum, medicatur & medi-
 camentum non tamen vice versa,
 quādoquidem quodlibet simplex
 medicamentum, simpliciter tale di-
 cendum est, & minime antidotum
 vt constat. cuius ergo antidoti tres
 numero differentie nobis apparent
 quarum prima est quæ aduersus ve-
 nenosas portiones facit, huiusmodi
 sane sunt vt theriaca, mitridatum,

Authore
Gal. li. 1.
de antido.

Antidotū
quid.
Antidotū
unde di-
ctum.

Antidot
diferētia
autore ga-
le. li. 1. de
antidotis
ca. 1. &
Paul. agi-
net. li. 6.
cap. 11.

&c. Secunda vero conducit, cōtra
 venenosorum animantium morsus
 Tertia denique antidotum differē-
 tia, contra morbosex praua victus
 ratione excitatos agit, cuius gene-
 ris sunt, vt ē succo rosarum antido-
 tum de prunis, ex psilio, atque de
 cnico. &c.

De simmetro & a-
 metro medicamento.
 Cap. 4.

POST QUAM præ-
 cedenti capite, medica-
 menti rationem expli-
 cauimus in presentia idē
 medicamentum, rursus subdividen-
 dum venit, quemadmodum vtiq;
 medicamentorum quoddam sim-
 plex, quoddam vero compositum
 existit, pari quoque ratione, eorum
 quoddam simmetrū, & quoddā ame-
 trum nobis apparet. Temperatum
 ergo medicamentum (autore Auer-
 rhoide, & Gale.) illud est, quod nec
 calefacit nec frigidat, nec humectat
 nec desiccatur, quamuis ex ipsis sit cō-
 positum est adeo ex eis tali propor-
 tione fabricatum, vt ad caliditatis
 lateris frigiditatis, humiditatis, aut
 siccitatis, minime declinare visum
 est. Erit ergo simmetrum medica-
 mentum, in quo alterantium quali-
 tatum nulla excellit, ita vt eius ratio-
 ne medicamentum calidum, nec fri-
 gidum, humidum, neque siccum, nū-
 cupari fas sit: vnde quod calidius,
 frigidius humidius, aut siccus dici-
 tur (eodem Gale. autore) ab exceedē-
 te seu vincente aliqua earum quali-
 tatum sortitur appellationē. ideoq;
 vincente caliditate, calidum appel-
 landum

Lib. 5. de
sim. med.
facult. ca.
26.

Simmetrū
medicamē-
tum quid.
Li. de tē.
in initio.

landum erit, frigiditate vero frigidum, humiditate tandem humidum ac siccitate denique siccum, ideoque quemadmodum temperatum medicamentum dictum est, in quo nulla exuperat, facultas, pari ratione calidum dicendum erit, in quo caliditas vincit, & frigidum, in quo frigiditas, & sic de singulis. quibus habitis animaduertendum de simmetro medicamento arbitror, quod idem realiter ut dictum est, potius in considerantis ratione, quam re adinuenitur, etiam si non pauca ex antiquorum sermone, simmetra medicamenta describantur, profecto haud credere valeo, nos experiri posse moderatum ita medicamentum ita ut ne tantulum, vel neque minuto vnico ad calidum latius, frigidum, humidum, aut siccum declinatū non fuerit: siquidem eius excessus ita exiguus esse potest ut sensum fugiat, merito utique potest, in moderato medicamento, reuera aliqua præ excellenti facultate, etiam si eam nos sentire non possimus, postquam medicamenta primo ordine calida aut frigida, humidaue aut sicca, exacte talia sensu percipi non possunt, idque licet quibusdam deprehendatur, multum erit obscure, atque ambiguum, minime vero manifestum: qua ergo ratione poterit, & maxime simmetron medicamentum, in quo excessus aliquis earum facultatum fuerit, licet eum nos sensu comprehendere non possemus: ex quibus coniectura reuera quod simmetron medicamentum realiter nobis experiri non potest, quin in eo aliquis excessus non fuerit, etiam si à natura summā prouidenti id fieri possibile fuerit. Vnde videri meo colligitur, quod nobis medicamentum, simmetrum ita sicut à Gal.

describitur, minime sensu comprehendendi potest, ratione vero bene, quod admodum utique haud facile & impossibile potius est reperiri elementum ad pondus coæquale posse, ita ut quodammodo ad latus grauitatis aut leuitatis declinare non videatur, pari credo ratione, haud possibile esse medicamentum simmetrum nos sensu comprehendere posse, quin ad latus calidi, frigidi, humidum, aut sicci declinare coniectauerimus, quibus habitis simmetrum medicamentum scopus erit, cuius respectu & ratione à metra seu immoderata medicamenta, calida aut frigida, humidaue aut sicca nuncupantur, quod utique simmetrum medicamentum multipliciter intelligi potest, videlicet aut in omnibus solum qualitatibus, aut in duabus tantum, aut in vnica solum, uti. 3. lib. declarabitur cap. 15 Immoderatum ergo siue distemperatum medicamentum, id est quod calefacere, infrigidare, humectare, aut desiccare potest: vnico namque contrariorum cognito, facile erit cognoscere reliquum, sed simmetra & ametra medicamenta contraria sunt ut patet. ex definitione ergo simmetri medicamenti fiet utique, ipsius ametri definitio perspicua & clara satis, Nunc autem explanandum superest, quotupliciter immoderatum medicamentum intelligendum sit: ametrum ideo medicamentum dictum quia in eo primorum elementorum cōmensuratio, inæqualis est duplici ratione nobis intelligi potest, actu scilicet & potentia, si medicamentum namque immoderatum est poterit utique actu vel potentia calefacere, refrigerare, humectare, aut desiccare. quare eorum quedam erunt

Medicamentum simmetrum sensu nobis comprehendendi non potest.

Simmetron medicamentum multipliciter intelligi potest.

Authore Gal. li. 3. de simplici facultate. cap. 1. Ametron medicamentum energia.

Inmoderatum medicamentum potentia existens quid.

erunt que actu operantur, quedam vero que potentia & non actu, immoderatum ergo medicamentorum ametrum *ενεργεια*, hoc est actu existens illud, quod cum primum vbi applicatur actualem efficit operationem existit, uti constat, de vtraque pipere, & piretro atque sinapi, & consimilibus, que utique cum primum cōmanducata fuerint, actualiter operantur, cuius rei sensus est iudex, quod quidem de aqua calida quoque apparet: que mox vbi humanis corporibus applicatur, actualem operationem ac sensationem efficit, idque ex frigida quoque aqua manifestum remanet: immoderatum vero medicamentum, potentia existens, illud est, quod statim vbi applicatur, minime actualiter efficit operationem nec sensationem, sed quoddam temporis interstitio, cuius generis sunt medicamentorum, que primo aut secundo ordine calida aut frigida, humidaue, aut sicca sunt: que enim medicamenta nequaquam actualiter operantur: uti ex tertio libro doctrina erit nobis per planum. Consequitur autem nobis extricandum, qua ratione & via inuentum fuit, quod huiusmodi medicamenta, actu vel potentia operari possent, cuius utique rei experientiam in causam fuisse existimauimus, quando quidem medicamentorum potentia & facultates ex ipsa experientia iudicanda sunt, idque tum in illis que in culpa sanitate fruuntur utendo, tum etiam in his, qui quoad fieri licet, quam maxime simplicibus tenentur egritudinibus, que denique sententia ex Aetio quoque demonstratur, sermo. 1. versus initium, vnde

colligitur quod immoderatum medicamentorum facultates, experientia ratione inuenta fuerunt, & tandem de eorum medicamentorum ratione reuera ceperunt homines disquirere, autore Cornelio Celso in prohemio dicente, repertis iam medicinae remedijs ceperunt homines de eorum ratione perscrutari, quibus habitis superest nobis enucleandum, quibus modis medicamentum ipsum experiri & comprobari licuit: ut itaque eius proprium temperamentum nobis aperte comparauerimus, cuius rei doctrina ex Gal. demonstratur, octo modos assignante, quorum ratione proprium medicamenti temperamentum comprehendendi potest, que quoque doctrina ex Auicena, necnon & Isaac docetur aperte & manifeste satis, & ob id de ea nobis non amplius. Ex quibus colligitur quod ars medicinalis prius experimento fuit adinuenta: deinde vero ratione quaesita, nulla utique, ars absque experimento colligere potuit, uti ex philosophi doctrina colligitur, dicentis prius ex sensu memoriam fieri: & deinde ex memoria experientiam: tandem vero ex experientia artem ipsam, & hac utique ratione artium inuentio reperta fuit, qua hercule via atque methodo tenemur nos omnes rerum escripturas conscribendas aggredi, prius nempe eas sensu comprehendendo nec non et intellectus opere exacte elaborando, deinde memoriter easdem habendo, & tandem ex earum exacta memoria & intelligentia possemus rerum scripturas conscribendas apprediantea vero minime, prius igitur quam nostra medicinalis ars ventura fuisset, cam

Immoderatum medicamentorum facultates, experientia ratione inuenta fuerunt, & tandem de eorum medicamentorum ratione reuera ceperunt homines disquirere, autore Cornelio Celso in prohemio dicente, repertis iam medicinae remedijs ceperunt homines de eorum ratione perscrutari, quibus habitis superest nobis enucleandum, quibus modis medicamentum ipsum experiri & comprobari licuit: ut itaque eius proprium temperamentum nobis aperte comparauerimus, cuius rei doctrina ex Gal. demonstratur, octo modos assignante, quorum ratione proprium medicamenti temperamentum comprehendendi potest, que quoque doctrina ex Auicena, necnon & Isaac docetur aperte & manifeste satis, & ob id de ea nobis non amplius.

Docete Gal. lib. 3. de simplici. medi. fac. c. 8. et. 9.

lib. 1. de simplici. medi. facult.

li. 2. tract. 2. ca. 2. et. 3. li. 2. sue practica. cap. 3.

lib. 2. post

Docente galen. cō. 6. libr. primi Aphor. mala exper. quid. Bona exper. quid.

eam experimento expedito cōpro-
nasse fuit necessum. Constat er-
go medica ars, ex experimento op-
timum, videlicet & rationali. experi-
mentum namq; quod absque ratio-
ne habetur, dubium & malum exi-
stet. Vnde reuera ad totius animan-
tis interitum terminatur. intelligē-
da igitur mala experientia & fugiē-
da quidem nobis erit, quæ sine dis-
cursus ratione adsequitur; illa ve-
ro quæ cum considerantis ratione
habetur, omnino est bona, quare &
laudabilis, & hæc utique est quæ
ego vtor, & quam hercule medici-
næ candidati moliri tenentur, mul-
toties tamen quædam habetur bo-
na experientia, quæ discursus ratio-
ne non indiget, qualis est illa, quæ
ex medicamentis proprietate, siue
specificè agentibus confurgit, post
quam in eorum medicamentorum
operatione, nulla methodus seu ra-
tio habenda est, sed quia talis uti. c.
2. huius demonstraui, hisce uti-
que medicamentis nunquam uti te-
nemur, nisi quando ea quæ calitati
ue operantur non successerint, do-
cente Gal. lib. de ren. affect. medi.
debet utiq; medicinæ studiosus in-
quit Galenus, circa qualitates, &
operationes effectrices, diu versari
& in eis suam fiduciam habere, post
quam ipse discursus ratione operā-
tur & auxilia adsecuntur. est autē
considerandum, quod etiam si ra-
tio non modicum pro rei medi-
cæ negotio comparando conferat
ut experimentum quoque haud mi-
nus valet, utrumq; utique procurā-
dis morbis requiritur ratio scili-
cet & experimentum autore Gal.
quam etiam sententiā insequitur
Auerrhois, cōmento primo canti-

corum Auicena, quibus autem si-
diciū optimum grauemque faci-
diam aderis, tria pro omnibus me-
dicinæ partibus intelligendis vtilia
& necessaria maxime cōfētur, sunt
utique in vniuersum omnes medi-
cinæ partes quinque, quarum pri-
ma phisio logica id est rerum natu-
ralium contemplatio est, & secūda
etiologica hoc est causarum & af-
fectuum consideratio, & tertia que-
tuēde valitudinis obseruatio appel-
lantur, & quarta est simiotica hoc
est signorum cōtemplatio, & quin-
ta denique therapeutica nuncupa-
tur quæ medendi rationem cōside-
rat, phisio logica enim prima medi-
cinæ pars exacte quidditatē & ho-
minum naturam respicit & elemē-
ta ex quibus componuntur nec nō
& eorum generationes, ac denique
partes corporis tā intrinsecas quā
extrinsecas, etiologica seu patho-
logica secunda pars in integrum
vnius cuiusque morbi causas & af-
fectus perquirat, yginologica ter-
tia pars, de tuenda sanitate exacte
pertractat, utendo nempe, præ cau-
tione præcauendo scilicet, ne cor-
pora in morbos incidere sint para-
ta & fortasse si inciderint eadem ad
sanitatem pristinam reducere niti-
tur. Similia quarta pars signorū in-
tegrā notitiā docere molitur præ-
torū nepe cognitionem, & præsen-
tiū inspectionē, atq; futurorū præ-
sagia, therapeutica deniq. quinta
pars, pro morbis curandis perscri-
bit, cuius utiq. tres quoque partes
existūt, quarū prima vict^o ratio di-
citur quæ utiq. totius dietæ formā
& rationem docet. secūda vero cu-
ratori medicamētōrū gratia appel-
latur, & hæc medicamentis nitur
fani

Medicine totius partes.

phisio logica.

Therapeutica.

Victus ratio.

Lbi 1. A. pho cō. 1. et lib 6. d. cōp. med. 2. loc. c. 3.

Medica-mentorū usu cura-toria.

sanitate tueri. Tertia deniq. chirur-
gia vocatur, quæ tandem manus ope-
ratione docet, pro deperdita sanita-
te recuperanda; quibus intellectis
cōsiderandū tamē est, quod hæ om-
nes quinque. medicinæ partes cōpen-
diosa doctrinæ gratia, ad duas tan-
tū & recte reduci possent, scilicet,
ad theoricā & practicā. Theorica
igitur rerum naturas cōtemplatur;
Practica vero actiua seu operatiua
dicuntur. En igitur totius medicinæ
partes explicitas, pro quarum inte-
gra intelligentia ratio scilicet & ex-
perimentū, vna cū iudicio optimo,
grauiq; facundia, non modicū con-
ferunt: cōducit utiq; non parū opti-
mū medici iudiciū in rei medicæ lō-
ga artificiosa cōiectura, docente
Cornelio Celso; tunc verba sunt,
naturale medici ingeniu grauiq;
facundia sanāt morbos nō eloque-
tia tantū, quæ quoque sententiā ex-
istat lib. 2. practicæ demonstratur,
inquit iure optimo magnā in
re medica pars sapiētia & facundia
sunt, vnde pro rei medicæ negotiō
cōparando clarū & expertū intelle-
ctū quis habere valde est necessariū
ut utiq; omnes clarū & optimo do-
ctore intellectū quo quidē ad me-
tas usq; re medicæ peruenire poss-
int, post quā Deus enim summus,
etiam si subesse aliis clarus, aliis
vero obscurus cōmunicabit, uti ex
re experientia cōstat: clarus utiq;
& subtilis intellectus, optimaq; fa-
cundia, nō modicū cōducere ad pro-
pulsandos morbos animo dubita-
agnus, ideo quod si credo Hippo-
crati aut diffisile est, quasi dicat
ad hunc re ratio nō, per quā aliquid
impossibile fuerit, difficile quidē est,
quæ sane sententiā insequitur Auer-
rhois

Chirurgia Eibasi in prohemio

Lib. 2. de

Libello

Lib. 2. de

Libello

rhois dicens, discretio sola medicū
facit, quæ autē sententiā ex Gal. ad
longū satis habemus explicitā, cu-
ius verba sunt: debet utiq; necessa-
rio medicus acuti & claris esse in-
tellectus, cuius sententiā insequitur
Rasis. li. 6. apho. dicens hominis te-
peramentū intellectus boni & cla-
resse nō solum in philosophia, ve-
rum etiā in re medica multū præua-
let, vnde damascenum dixisse cre-
do naturale medici ingenium quā-
tūuis paruo artis fundamēto iuuat
maxime in re medica: in naturali
tamē contrarium ostēdit, & notan-
ter quidē dixisse cōiector naturale
ingeniū, quando quidē id à natura
insitum habemus, non autē arte ad-
quisitum, ideoq; quantum opinor
dicitur ex Gale. medicū habere aut
nō habere aliquid d' optima appre-
hensione, cogitationeque aut clari
& subtili intellectu, nec arte est ac-
quisitum, sed tantum à natura. Alia
bas denique totam confirmat sen-
tentiam dicens bonæ & velocis so-
lertia, ac clari & sani intellectus,
medicus esse tenetur, ut in integrū
ea que circa rem medicam versan-
tur adipisci possit: ex quōrum om-
nium accatorum virorum doctri-
na colligitur, quod non omnibus
datur medicinæ scientia, quamuis
in ea multi sunt vocati, pauci vero
electi, authore Hippocrate, cuius
verba sunt, medicorum fama qui-
dem & nomine multi sunt, re au-
tem & opere valde pauci, tantum
ergo sibi conuenit medicinam se-
ctari, quia bonum & clarum intelle-
ctum, grauiemq; facundiam habue-
rit, vnde & nomine studiosi medi-
ci habentur.

*Li. 2. cole
Lib. 6. de
comp ph.
per. loc. et
lib. 2. thea
rap. meto
cap. ulti.
et li. 3. de
cris. ca. 4.*

*Lib. 2. de
cris. ca. 7.*

*Libello
cui titulus
est ei? lex
Non om-
nibus da-
tur medi-
cine.*

De tribus immode-

eratorum medicamentorum virtutibus. Cap. 5.

RO cōplemento itaq. immoderatorum medicamentorū doctrinā, de eorum tribus virtutibus scrutari cenſui, pro cuius rei maiori dilucidatione, id cuius ratione eadem medicamenta operantur declarare conabor. Illud igitur quę dā dicitur facultas, quę veluti cauſa effectrix eſt, quā medicamenta poſſint ſuam operationem cōparare, inſuper igitur de diuerſis virtutibus ſeu operationibus medicamentorum miſſa facere ſequitur, quę igitur medicamentorum virtutes, ſeu operationes, tres tantū exiſtūt, autore Gale. necnon & Auicena, quarū primam, quę calefactio in frigidatio, humectatio, & eſt ſiccatio dicitur, quadrimembrem cōſtituerunt, ſcilicet, frigidam & humidam calidam vero aut ſiccām, vnde huiusmodi immoderata medicamentā, calefactoria nempe, & inſtigida toria: &c. in prima medicamentorū virtute ſeu operatione collocātur, ideoq; quātum opinor calefactrix inſtigidatrix, humectrix, & exſiccatrix, virt^o prima appellatur, quia ex proportione & ipſorum elementorum connexionē medicamentā eā primo adquiſierunt, & non quidem abſque ratione ſimplicia immoderata medicamentā, primum caliditatem, frigiditatē, humiditatē & ſiccitatem adquirere debēt, poſtquam ex ipſis primum composita, ac fabricata ſunt: quibus expoſitis

Authore gal. li. 1. de ſimp. me. ſacul. c. 1.

lib. de ocul. par. 5 c. 3. lib. 2. trac. 1. c. 4

Primarius quare dicitur.

de virtute ſecunda declarandū ſequitur. Secunda igitur virtus ſeu operatio, eorum medicamentorum maturatio dicitur, emollicio, obſtructio, apertio, mundificatio, necnon & in craſſatio, & hæc vtiq. ex prima ipſorum medicamentorū virtute conſurgit, ideo ſecunda dicta, medicamenta denique quę maturare, emollire, obſtruere, aperire, mundificare, in craſſare, incendere, putrefacere, carnem generare, & conſolidare habent reuera in ſecunda medicamentorū immoderatorū virtute collocāda ſunt, eodem Galeno autore huiusmodi operationes, ex calido & frigido, humido & ſiccō producantur, habet vtiq. calidum maturare, necnon & aperire, atque incendere. &c. Frigidumue obſtruere, & in craſſare. vnde merito quidem huiusmodi medicamentorum virtutes ſeu operationes, ſecundæ appellantur, poſtquam ex prima virtute eorum progignitur ſecunda, vti conſtat. Tertia tandem ipſorum medicamentorum virtus ſeu lapis frangi cenſenda eſt, vti etiam & menſtruatorum, euocatio. &c. quę vtiq. medicamentorum virtus, ſeu operatio ex prima & ſecunda eorundem medicamentorum virtute conſtari, atque produci, omnibus manifeſtum erit, vnde & nō ſine iure tertia nobis appellatur, hac denique operatione medicamentā lapidem frangunt, menſtrua atque lotum prouocant, vnde iure optimo huiusmodi operatio tertia nobis appellanda eſt, poſtquā tertio in ordine modo, ea medicamentā operantur, nā ſi medicamentā lapidē frangūt, primū id faciunt

2. virtus quare dicitur.

3. virtus.

3. quare dicitur.

ciunt, quia calida ſunt, vt ſecundo eorum caliditate conſequatur viarum apertio, vt medicamentū virtus permeare poſſit, ad determinatum vſq. locum, vnde tertia virtute poſſit lapis frangi. En igitur quo pacto huiusmodi operatio, nec ſine iure tertia virtus nobis vocāda eſt, poſtquam tertio modo in ordine ea medicamenta operantur, & hæc igitur pro immoderatorū medicamentorum, tribus declarandis virtutibus dicta ſufficiunt.

De medicamento-

rum materia. Cap. 6.

Quoniam de medicamentis hætenus noſtra fuit diſſertatio, vt itaq; eorundem medicamentorū doctrinā, in integrū percaluerim? in præſentia ſequitur, de ipſorum medicamentorum materia pertractandum, a qua vtiq. ſeu à principio, ex quo medicamenta ipſa producuntur, exordiemur, vt itaque ſemper prepoſito ordine procedere videar quandoquidē de medicamentorū materia noſtra eſt diſſertatio clarioris doctrine gratia, de ipſius materie declaratione primum nō nihil indagauimus. Materia igitur abſolute (autore philoſopho) ſubiectum primum eſt, ex quo fit aliquid cum inſit, per ſe, & non ſecundum accidens. Forma autē quę naturaliter ſine materia cōſtate non poeſt, alterū rerum naturalium principium eſt, ex quibus omnia fiūt, ipſa vero neq. ex aliis aut alterutris fieri omnibus cōpertum eſt, quę autē materia & forma, & ſi duo tantum re-

Li. 2. phil. cap. 9. Materia quid.

ſint principia, ratione vero tria nobis intelligi poſſent, docente Ariſt. lib. 1. de phificis auſcultationib. c. 7 quorum ratione omnia fieri dicuntur: quibus prælibatis de materia ex qua ſimplicia medicamenta prouducuntur deinceps verba facere reor & non vtiq. abſq. ratione materiā ex qua dixi, poſtquā ex philoſophi doctrina triplicem materiā excerpimus, ſcilicet in qua & circa quā, & ex qua. Materiā igitur in qua, quę idem eſt quod formę ſubiectū, quā do quidem in ea forma ipſa recipitur, tripartitā nos exiſtimamus, ſcilicet in materiā primā nude conſideratam, quę ſubſtantialis formę eſt ſubiectum. Materia igitur nude conſiderata prima vtiq. appellanda erit, eo quod ea eſt, quę primo formę introducendę ſubiectur, & tandem in materiā ſub accidentibus conſideratā, quę nobis ſecunda dicitur, quoniā ſecundario modo nos accidentia in ea ſubiectam cōſideramus, quę vtiq. materia ſecunda vbi in animantibus organizata fuerit corpus phyſicum vocatur, & in materiā denique accidentium, ſive naturalium, ſive artificialium, corporaliumue, aut ſpiritualium, quorum accidentium naturalium ſive artificialium materia, lignum exiſtit, quod quidem accidentiū exiſtit materia, tã corporaliū quā artificialiū vt cōſtat: anima vero ſpiritualiū tantū vt patet: materia vero circa quam illa eſt, quę tantū habitus vel potentię obiectum eſt, circa quod verſari dicimur, verbi gratia ſicuti quāda potentia viſua circa colorē verſatur, tanquā verſus materiā, circa quam eſt vtiq. color materia circa quam, ipſius viſionis

Materia quid.

Materia prima quid.

Secunda materia quid.

Color materia quid.

qui denique color extremitas perspicui est in corpore terminato, & hoc utique in quantum idem color adequatum est obiectum visus, color namque in quantum color tantum est obiectum visionis, color ergo duplici definitione definiendus erit, videlicet in quantum est obiectum adequatum visus aut in quantum color tantum. Materia denique ex qua de qua nra erit tractatio trifariam a comentatore intelligitur, scilicet ut materia compositionis tantum, ut sunt literæ & syllabæ, quæ syllabarum & dictionum dicuntur materia ipsas nempe syllabas & dictiones componens, & ut in materia alterationis tantum, uti est vinum, ex cuius corruptione mox fit acetum ratione videlicet alterationis illius, ex qua consequuta fuit corruptio, & ut alterationis & compositionis simul uti est mel & acetum, quæ igitur acetum sive oximaltis materia sunt. Ex eorum namque alteratione, ut expedit debita consurgit acetum sive oximaltis materia, ideoque merito mel & acetum proximellis simplicis fabricatione, compositionis materia, & alterationis simul dicta sunt, ex quibus colligitur, quod simplicia medicamenta succi, mel, aut saccharum, pro parandis syropis, aut antidotis materia quoque compositionis & alterationis simul dicuntur, ut constat quibus prælibatis materiâ, ex qua declarare expedit. quæ igitur illa erit, ex qua aliquid fabricatur, atque componitur, unde videri meo coniectur, quod materia ex qua & in qua nomine tantum non rediferunt, siquidem ex qua, et in qua materia aliquid fit: idem subiecta est, exempli gra-

tia, lignum materia utique dicitur, ex qua Herculis figura, fieri potest, et in qua etiam efficitur: Materia ergo ex qua & in qua res, idem sunt nomine tantum differentia, uti recte intelligenti fiet perspicuum satis, & hæc hætenus expedire fuit necessum, ut in integrum perpenderimus, materiâ de qua nostra fuerit tractatio, ideoque in præsentia, nos de materia ex qua compositionis tantum, tractaturi sumus, postquam ex ea simplicia omnia medicamenta, de quorum materia nostra est dissertatio fiet atque componi dicentur, uti sequentibus erit notum satis: prius tamen quam eadem materiâ enucleandam aggrediar, quandoquidem hætenus de materia peritringimus, non nihil in præsentia de forma dicendum arbitror. Forma igitur exemplum & species est, sed ut ipsam clariori methodo describere videar, forma erit actus per quem res in aliquo certo specifico esse constituitur, quæ autem forma primaria sua divisione, in substantialem & accidentalem seccatur: quare forma substantialis illa nobis intelligenda erit, quæ substantialiter dat esse rei, & per quam res habet esse & sine qua minime, uti constat de humana forma suum esse hominibus dari sine qua utique minime constare possent, & idem dicendum erit de æquina forma et cõsimilibus: accidentalis vero forma illa est, quæ accidentaliter dat esse rei, & per quam res, talis vel qualis, aut quanta esse habet, scilicet huius vel illius figuræ, calida vel frigida, aut colorata, magna denique aut parva: rursus autem forma exemplum, seu species existens, aut dicitur forma partis, aut totius, quare forma partis illa erit, quæ materiâ

Forma
quid.
Docente
phil. li. 2.
de phi. au
dit cap. 3.

Titelma-
nus li. 1. &
princ. re-
rum nat.
cap. 12.

Substan-
tialis for-
ma.

Accidentalis.

Formativus.

Forma
partis.

actuatur

actuatur, quæ vero se habet ut forma totius respectu suppositi, ut humanitas & æquinitas totius forma intelligenda erit. Humanitas namque hominis, respectu totius forma dicitur, & æquinitas etiam equi respectu, forma utique illa actuans materiam, ex qua homo & equus generantur, vere forma partis dicenda erit, quia actuatur & perficitur alteram partem, ex qua homo & equus generantur, forma denique accidentalis aut est naturalis, quæ quis natura sua adquisiuit, aut artificialis quam arte seu industria quadam, & hæc per materiæ & formæ intelligentia dicta sunt, seu de suppositis & necessariis fundamentis, quibus simplicia medicamenta fiunt.

Accidentaliforma naturalis accidentalis.

De materiæ simplicium medicamentorum.

Cap. 7.

Postquam materiâ multifariam explicuimus superiori capite in quo utique eam materiam cuius ratione nostra est inquisitio, explorauimus, quam utique sub certo & determinato numero præsentis capite comprehendere moliar, ut itaque exacte materiam, ex qua simplicia omnia medicamenta produci possent perpenderimus. Materia igitur ex qua medicamenta simplicia componuntur, haud dubio sub quinario numero comprehenditur, & ea itaque erit velut terra metalia, aqua, plantæ, ac animantia omnia hæc utique sunt tantum compositionis materia, ex qua simplicia omnia medicamenta productionem ac sui

compositionem deducere possent, de quibus præposito ordine me dicturum existimo, multorum autem non pauci quavis male fuere & sine iure existimantes, celestia corpora materiâ esse, ex qua medicamentorum simplicium, quædam produci possent, si quidem existimassent manna productâ esse ex corporibus celestibus, seu ex materia, ex qua quædam denique manna Auiceni & Mesuororor esse declararunt, cuius tandem manna generationem declarare censeo, ut itaque intellexerimus super celestia corpora minime eius manere esse materiâ, sed tantum aqueam quædam ac vaporosam substantiâ, in cuius rei testimonio est philosophus, dicens, quod ipsius roris materia, ex qua manna producitur, quidam aqueus & densus vapor, parum caloris habens existit, in cuius sententiæ testimonio est etiam diuus Thomas: necnon & Clitoveus idem dicentes, affirmant: tamen huiusmodi vaporem calidum & humidum esse. Est utique vapor habitus ex aqua ortum habens, extenuatus (autor Gal. & philosophus) quem etiam diuus Thomas aqueam rare factam esse declarat, sed prius quam eius generationem exposuerimus, ipsius efficientem causam exponere licet, si quidem generationem ipsam præcedit. Roris igitur efficiens causa, sol & astra existit, generatur itaque, hac scilicet via et methodo, quod de die sole super terram irradiante, aliquid ex prædicto humido aqueo in terra existenti euaporat: solis facultatis ratione, id utique, quod à solis facultate extra ducitur non multum à terra sursum præditur, & ratio est, quia vapor ille potere, et quantitate multus est, solis vero facultatis

Roris materia.

Lib. 1. metho. tract.

3. ca. 1.

Vapor quid.

Lib. 2. de sim. med.

facul. c. 8.

Roris efficiens causa.

sa.

cultatis respectu, vaporem ipsum eleuantis, & ideo vapor ille nō multum solis facultate sursum duci potest, qui quidem vapor vbi ex terra solis facultate sursum eleuatus fuerit, ibi quiescens notis frigiditate congelatur, vnde & condensationem acquirit: est vtique noctis facultas frigida & humida, si quidē ab omnibus humiditatum, mater appellatur, quo itaque vapore condensatione ac congelatio sui videlicet ponderis ratione deorsum vsq. in terram ducitur, quam vtique & si humectare nō possit, ob eius subtilitatem & materię dispositionem poterit tamen herbas & gramina humectare, docēte Clichtoueo, qui denique ros sereno existente aere, generari tenetur, tempore etiā non nimis æstuoso apparente, si aer nāque non esset serenus, reuera solis facultas vaporem illum sursum extraducere non fuerit sufficiens, si quidem eo tempore sol non multum splendescit, nec calefacit, vnde solis facultas non sufficiens est, merito igitur vt sufficiat, serena fuerit oportet: si autem tempus nimis stuosum extiterit, præ nimio æstus calore, vaporē eleuandū consumptū prius habebimus vnde huiusmodi ros, sicuti nec in æstate, ita neque hieme fiet, sed tantum autumni tempore, & præcipue vere quando quidem eiusmodi tempora eius roris generationi aptiora existunt, qui denique ros austro meridionali flanti, & minime septentrionali produci debet. Auster vtique ventus calidam & humidam temperiem producit, quam ros si manna requirit. Septentrionalis vero boreas nempe, præ eius ni-

mio algore illum extinguit calore: debet ergo fieri ros austro flante, & minime borea septentrionali, vt suam debitam temperiem calidam vtique & humidam ac soluentem, licet moderate consequi dicatur. Erit ergo huiusmodi ros, siue manna solutiuā docente philosopho, versiculo illo, Rore & oues pastæ ventre fluente cadunt: illa vero que ventrem fluxum reddunt, solutiuā dicuntur. Ros autem ex Auicena & Mesue manna appellatur quæ à rore simpliciter dicto descendit ratione substantialiter differt, vt ex Auicena documentis & philosophi demonstratur. Philosophus enim roris generationem describens inquit, quod ros ipse à solis calore de die sursum eleuatus, noctis frigiditate congelatur, quo eodem facto suo pondere naturali inclinatione deorsum descendit, tandemque in aqueam substantiam conuertitur, & tunc ros ex philosopho dicitur. Manna igitur alias æreum mel dicta, dicente Auicena, ros est super lapides & arbores cadens, quæ denique manna liquida, & fluida deorsum sicut mel descendens, postea congelatur, ac veluti gumi quoddam concretare manet, & tunc productam mannam habemus, ex quibus manifeste colligitur, quod si ros deorsum fertur densus substantia & postea in aqueam substantiam redditur, & manna vero deorsum quoque descendens, fluida & liquida cadit, & post modum concoctionem acquirit, qualem, tereniabim continet, roris & mannae descensus esse, substantialiter diuersus, & contrarius quid clarius erit. Vnde etiam sequitur

Li. 2. tact
2. 6. 493.

Manna a
ereum mel
dicta quid

Nox humiditatis mater indicatur.

Aere sereno existenti, ros generatur.

Ros autumni & uerno tempore generatur.

tur quod ros, & manna penes substantię modum differentia sunt, quando quidem ros substantia sua fluidus est, manna vero solida & dura, quæ vtique manna gentil. Fulg. testimonio, ros est super lapides & plantas cadens, qui tereniabim & Siracosi cognominatur, cuius vtique duæ sunt species, quarum vna granulosa & acinosa nobis apparet, etsi nondum acinis concreta fuerit, alia tandem condensatione & conglouata est acinorum similitudinem habens, quæ nimirum magis esse sophisticata artificiose videtur, quæ ex ipsa natura producta adulationis nempe modus ex gent. & Mesue describitur, quæ vtique anemine describendum esse censuerim, in cuius rei testimonio est Galenus dicens. Satius mihi visum est quibus rationibus medicamenta adulterentur, haud quaquam adscribere, vt pote cum homine scelerati in lucro ponant talia posse discernere, nec ideo necessarium est cum verorum ac germanorum notitijs atque indicijs adulterandorum nosse compositiones, cum nihil ad ea discernenda conferant. Improbanda ergo erit methodus atque doctrina adulterandi medicamenta, vt ex Gal. colligitur. Veruntamen quando quidem tempestate hac medicamentorum non pauca adulterata nobis comportantur. Eorum adulationem nos ideo, nec omnino fugere debemus, vt ipsorum medicamentorum calumnias & cautelas in integrum perpédere possimus, vnde si nos mannam conglouatam, & folliculis quibusdam commixtis adinuerimus, senæ saporem referentem, haud dubio eam sophisticatam esse intelligemus, ideoque hu-

Manne
due speci
cies.

lib. 9. de
simp. med.
facul. c. 35

Mellicam
metorū a
adulterand
rū doctri
nam in me
describen
da est.

iuismodi manna nobis fugienda erit, ex quibus omnibus remanet perspicuum satis, quod ros quem medici manna vocant, nequaquam ex orbium celestium materia productus est, sed tantum ex prædicta aquea substantia, vt superius demonstrauimus, valeant ergo quia cantilenæ sunt existimantes manna ex orbium celestium materia productam fuisse pro cuius mannae integra doctrina inuestigandum erit, quo pacto ipsa dulcis sapore reddatur, quem itaque modum cap. 8. libr. 3. ex professo explanauimus, & ob id de eo in præsentiarum non amplius, non nulli autem existimantur crystalum sicuti & mannam productum esse ex supra celestium corporum materia, pro cuius quoque rei integra intelligentia de crystallo declarandum censo, videlicet quænam fuerit eius materia & causa efficiens. Crystalus ergo, docente Albert. mag. aliquando ex frigore fit, aliquando vero ex niue, vt ex eo saepe expertum fuit: in Germania videlicet vbi crystalus reperitur ex lib. etiam de rerum nat. compertum habemus, crystalum lapidem esse glacie induratum: Clichtoueus autem crystalus est inquit, aqua frigore vehementi multo tempore congelata, ac indurata, quam quoque sententiam insequitur Ioā. de S. Amādo, fit vtique chrysalus haud aliter quæ grando utrumque videlicet per congelationem, quæ hieme fieri cõperitur, & non quidem sine iure postquam eo tempore vehementius frigus infestat, sufficiens nempe eam conficere congelationem, considerandum tamen est, quod crystalus per diuturniorem congelationem quæ

mana fugienda qualis.

crystalus
quid.

lib. 2. me
the. c. 4.

grando producitur, nullo nempe circumstante calido, ex quibus possemus & ex arte, crystallo temperaturam assignare, frigidam nempe & humidam, in cuius rei testimonio est Albertus magnus, libr. de elementorum & planet. proprietatibus, dicens crystalus lapis natura frigidus solis oculo oppositus ignem eijcit: vnde igitur manifestatur quæstio illa inter philosophos, & dialecticos, agitata nimis, scilicet an accidentia substantiæ productionem attingere valeant, possunt utique accidentia substantiæ productionem attingere, si quidem in Alberti magni sententiæ comprobatione, habemus speculum conuexum quod utiq; si opponatur oculo solis, sicuti & crystalus, tunc etiam ignem eijcet, idque manifestabitur si illic stupæ bene dispositæ applicetur, tandem utiq; mox ignem productum habebimus: quare & eius formam substantialem valent ergo accidentia substantiæ productionem attingere, quod etiam plurimis rationibus comprobare poteram, sed a phoristicæ doctrinæ gratia, dicta sufficiet, quidquid dicat Fernellius contrariam ostendens sententiam, quibus prælibatis remanet crystallo temperies frigida: ideoque siti obfistens, eodem Alberto magno dicente, quod si sub lingua crystalus apponatur sedabit sitim, hæc utique vera de crystallo dicenda habui, quidquid dicat Solinus affirmans, crystalum lapidem reperiri, in partibus vniuersi quibusdã, vbi nullatenus neque gelu, neque glacies conflata fuere, quibus expositis sequitur iam de singulis partibus, simplicium medicamentorum ma-

*Accidentia
uadit sub-
stantiæ pro-
ductionem
attingere*

*li. i. de ab-
dit. rerum
causis. c. 2*

teriæ præposita methodo differere, ideoque à terra tanquam à matrice, ex qua huiuscemodi medicamenta producuntur, videlicet magnetis lapis, & armenius hæmatis, galactites, melites, iudaicos, pirites, & multa alia lapidum genera, quæ propter eorum prolixitatem in præsentia non recensentur, ex qua quidem terra producuntur multa alia lapidum genera, quæ in spongiis reperiuntur, uti sunt ostracites, ophites viridis lapis, saphirus, aphroselinus, & reliqua huius generis, & multa etiam terrarum differentia. &c. Quædam vero à metallis proueniunt, ut sunt cadmia, cerusa, chalcantum, de quibus longe satis apud Galenum dissertatur, & multa alia quæ hic recensere non erit opus: alia enim procreantur ab aquis, vel ut sunt sal, aut salis spuma, vitumen spongia, & reliqua eiusdem farinae, à plantis quoque multa gignuntur, ut sunt arborum multæ differentia, & fructicum herbarum, corticum, radicum, lignorum, caulium, matricum, seminum, succorum, ac liquorum denique, de quibus ad longum satis ex Galeno scrutatur, ideoque res erit, rationi consentanea satis, de essentia siue plantarum ratione, aliquid perscrutari, si quidem de plantis nostra est inquisitio, quare primum quid planta sit, enucleandum censeo. Planta igitur, res valde varia, & multiplex est, ita ut in vniuersum de ea differere difficillimum esset, at vero quantum denique in me insitum fuerit, de plantis aliquantulum scrutari conabor, qua pro re ipsarum plantarum essentia, in tribus solum consistere videtur puta in ligno, cortice

*Que me-
dicamenta
ex terra
produciunt.*

*Que me-
dicamenta
lib. 9
de simpli.
medic.*

*que a plã-
tis.*

*lib. 6. et
de simpli.
medic.*

*Authore
theo. lib. 1.
de plant.
hist. c. 23*

*Planta in
tribus co-
sistit.*

*Plãta uni-
uersale
quodã est*

*Diuisio
quid.*

*Li. de hist.
phil. c. 11.*

cortice & matrice quæ utiq; arborum matrix alias earum cor appellatur, si plãta namq; est, necessario utiq; ligno, cortice, & matrice consistare potissimum tenetur, constat amplius planta ipsa, neruis, carne & humore, omnes enim plantæ dum viuunt, humorem caloremque, sibi insitum obtinent, sicuti & animalia ipsa, autore Theophrasto. lib. 1 de plant. hist. ex multis etiam aliis planta ipsa constare dicitur ut constat, veruntamen in prædictis tribus potissimum constare intelligenda est, & notanter quidem dicitur potissimum postquam cuiusuis plantæ, prædictæ tres partes præcipuæ sunt ita ut sine eis constare planta non potest, intelligendum, autem huiusmodi nomine plantarum, quod genus quodam ac communissimum nomen est ad omnes arborum, fructicum, & heruarum species ac differentias: quodcumque igitur arborum, fructicum, & herbarum fuerit, vere de planta prædicatur, vnde & ad ipsam referendum erit, qua ergo ratione colligitur plãtam vniuersale quoddam esse, ad omnes arborum, fructicum, & herbarum species, & differentias, est utique plantæ nomen, vnum in multis & de multis, haud aliter quàm vniuersale ut constat, vnde & planta vniuersale esse censendum erit, quibus explanatis plãtæ diuisionem aggredi necessum sed priusquam ipsam explicauerimus, quid diuisio sit explicandum reor. diuisio igitur (Galeno autore) eorum est separatio quæ in vnum conuenerunt ideoque plantarum ad vnum conuenientium, quedam arbores dicuntur quædam fructices, & quædam denique

herbæ, & hac igitur methodo plantam tripartitam existimauimus siue arbor fuerit, siue frutex & denique herba, à nobis plãta dicenda erunt, veruntamen ut harum rerum nos expediat cognitionem habuerimus, enodandum censeo, quid arbor, et quid fructex, & quid herba fuerint, arbor ergo nobis intelligenda est, quæ caudice simplici, ab radice sua ramosa, nodosa, furculosa aut facile disolubilis se attollit, ut sunt prunus, pirus, ficus, vitis, &c. Hæc enim & reliqua consimilia arbores dicuntur, siquidem cum definitione conuertibilia sunt, ut patet Frutex ergo nobis intelligendus erit, quod ramosum multiplici caudice à radice sua se consurgit ut sunt rubus, ramus paliurus, ruscus & alia eiusdem generis hæc namq; vere frutices dicenda sunt, sua enim germinatione, caudicibus (quos truncos appellor) simul multis sursum feruntur, & in hoc tantum frutex ab arbore differre dicitur, quia arbor ab radice simplici caudice attollitur, frutex vero multiplici: herba autem est quæ foliata absque caudice à sua radice attollitur geritamen semen, et caulem, ut sunt olea frumenta agrimonia pulicaris herba, quibus ergo enucleatis, de ligno, cortice, et matrice, enodandum sequitur, lignum igitur corporea quædam substantia filialis est, lignum namque omne substantia, est corporea ad secundum idonea, uti constat de quercu, et pino, vnde recte dictum est lignum substantiam esse ex se filem: Cortex igitur quædam vltima pars à subiecto corporeo se parabilis est, ut constat de separatione corticum à ligno sancto, et fa-

*Arbor,
quid.*

*Frutex,
quid.*

*Herba,
quid.*

*Lignum,
quid.*

*Cortex
quid.*

lice, & vltimo, ac deniq. caparrorū necnon & ex separatione radicū corticis marathri, petrocelini irin gi, &c. Hæc enim radicū partes, à subiecto corporeo seperantur, vt constat vnde remanet corticis defi nitio clara satis. Matrix denique quæ alias cor appellatur, illa erit quæ in ligni medio tertium à corti ce continet, quemadmodum enim in ossibus, medula tertium ab ipsa carne continet, vt patet, ita quidē in lignis medula ab eorum cortice tertium retinet, & id circo eiusmo di se habet, matrix in ordine ad li gnum, & corticem; sicuti medula respectu carnis & ossis, lignum, e nim in cuius medio matrix existit, humore etiam & neruis cōstare vi sum est, & nonnūquam quoque ex carne præsertim cum tenerum sub stantialiter fuerit, dum vero tamen in duritiem substantiæ commutari inceperit, quare est ferula, & pal ma & aliud consimile, minime di cetur ex carne constare, quando quidem duram iam substantiam ac quisuuit, tunc enim tenerum nō est, sed durum dura, vtiq. ligna ex cor tice matrice & humore potissimū constare dicuntur, non autē ex car ne, tantum ergo tenera ligna dicen tur carne constare, vt patet de tene ra illa ferulæ & palmæ substantia, quæ demum substātia vere caro di cēda erit, postquam mollis eiusdē ligni substantia & humida satis est sicut & caro, caro enim molliciem & humiditatem præ se fert, sicuti & tenera ferulæ substantia, vnde e iusmodi lignorum substantia pro prie caro dicenda erit, dura autem lignorū substantia, in proprie vti que eorum caro dicenda erit, tantū

enim filis eiusmodi substantia, & egreter minabilis dicitur, ma trix enim ex carne & humore con stare dicitur, qui vtiq. humor alias liquor vocatur, quo vtiq. planta omnis & quelibet eius pars, frui te netur siquidem omnibus commu nis fuerit docente Theophrast. plā tarum ergo nulla hercule dum ve getabilis est, absque humore cōsta re potest. Cortex tandem carnē & humore & neruis constat videli cet dum tenera est dum tamen du ra extiterit, humore tantum & ner uis cōstare dicetur, & non amplius vt patet. Radix enim ipsa quæ id est quo alimentū attrahitur ad sub stentandam totam plantæ mollem à natura destinata est, vt plantæ ve getarentur, quandoquidem ea sit, quo planta omnis è terra alimonia recipit, sui videlicet vegetationis gratia, deficiente nanque radice, necessum erit & planta simul defi ciat, qua pro re duæ erunt plantarū principes partes, sine quibus vtiq. constare non possunt, matrix scili cet & radix quibus deficientibus, vel altera tātum, necessarium erit statim planta perire, quemadmodū enim hominibus cerebrum, & cor principes sunt eorum partes, & si ne quibus ipsi constare nec valent, pari quidem ratione in plantis, ra dix & matrix ipsarum principes di cuntur partes, & sine quibus con stare nequeunt, sunt vtiq. duæ nō tantum sed tres principales partes, quæ humanam vitam stabiliūt, cor scilicet, hepar & cerebrum, stutiq. cor ceteris principalissimum, quā doquidem thesaurus caloris natiui ac vitalis roboris fuerit, quibus in tellectis de caulē disquirendum se quitur

Matrix duobus cōstat.

Lib. 1. de plat. hist. cap. 17.

Radix, quid.

Duæ plātarū sunt principes partes.

Tres tan sū sūt pri cipes par tes quæ hu manā vitā stabiliunt

quitur, ideoque caulis idest quod aliomoniam toti plantæ refert, vel est, id quod supra terram simplex eleuatur quem igitur caulem in ar borum genere caudicem vocitare consueuimus, quare caulis & cau dex pro eodem reputari tenentur, quare siue eum caulem siue caudi cem appellemus dummodo eius ef fentiam & rei differentiam perpē derimus parum interfit caulem eū aut caudicem vocitare: dummodo enim rerum naturas perpēderimus parum interest de earum: nomini bus differere. Quibus non obstan tibus multoties non pauca diligen tia de nominibus curādum erit vi delicet vt variis modis in diuersis autorum voluminibus res diuersas adinuenire valeamus. pro cuius rei ratione diligenter nominum diuer sitas nec negligēda omnino est sed potius procuranda (vti ex Galeno demonstratur) multa enim à mul tis inuentoribus, & diuersa nomi na, eiusdem rebus ad aptātur, vt cō stat de phrenitide quæ apud Auice nam, sub charauicus nomine scribi tur affectio item asthma, quibusdā orthopnea aliis vero dispnea, nun cupatur, igitur vt in diuersis auto rum voluminibus de eadem re per quirere possimus erit necessarium de nominum varietate curare vti ex prædictis constat, res igitur erit rationi consentanea satis nomina diuersa rebus imposita pervigili cura indagare, & tandem rerū na turas intelligere & postquā semel earum integram notitiam perpēde rimus, amplius non erit opus de no minibus contendere, & tunc fatius est de rerum exacta intelligentia differere, quàm de earum diuersis

Lib. 2. de eura. mor bo. cap. 2.

nominibus contendere, de frutice igitur dicendum sequitur qui ergo ille erit, qui carne & semine parti cipat, auto. dignissimo Theophra sto, appellatur vtiq. Theophra stus mihi dignissimus vir, quia lau dis dignus mihi videtur, postquam eius bonum nomen extollere Gale nus mollitur. Quibus haftenus exa ratis superest de eis medicamentis quæ ab animantibus producuntur verba facere, id circoque ab animā tibus nō pauca deducuntur, vt sunt ossa, pili, pulmones, caro, cornua pinguedines, jecoris. Non paucage nera, & medulæ, & reliqua, quæ sa ne desumenda erunt, ex animan tibus iuuenibus, ac morbo carenti bus, & præcipue tempore veris, vt in sui vltima perfectione sint, nec igitur pinguedo & adeps eadē sunt, & ob id de eius differentia paucis declarabo *πικρῆ* itaque pingue do dicta, ab adipe seu seuo, *σαρῆ* di cto differre fertur, ea nempe ratio ne quia sebum substantia crassius est, ignique si opponatur, nō ita fa cile, sicuti & pinguedo liquefcit, quo autem liquefacto, si fundatur cito cohit & condensationem ad quirir remanet vtiq. multo pin guedine durius. Pinguedo vero ig ni apposita quam celerrime liquefcit, nec facile vbi liquata fuerit cō crescit, idem etiam dicendum erit, ex philosopho dicente, quod sebum & adeps inter se quodammodo dis sident, videlicet quia sebum vsque quaque fragile est, vt cum refrixe rit cito concrefcit, adeps vero liqui da & fluida est, & minime indurari obnoxia quæ tandem loco etiam differentia sunt, siquidem adeps in ter cutem & carnem existit, sebum vero

Lib. 1. de plant. hist. Lib. 4. de sim. me. fa cul.

Ab animā tibus quæ medicamē ta produ cuntur.

Pinguedo & seuū differētia sunt.

Lib. 3. de part. ani mal. c. 17. Li. 2. de par. ani mātiū. c.

vero in carnis sine locum habet animalium tandem, quæ solum quæ vero adipem habeant, ex philosopho quærendum erit, & ex confectione quæti ibi quid medula fuerit demonstratur & quibus animalibus conueniat, quæ denique omnia ex Galieno quoque & eloquentius. lib. 10. et de simpli. med. facul. longe demonstratur, & hæc de diuisionis simplicium medicamentorum declaranda doctrina dicta sufficiet, quæ utique Galenus expedite protulit, necnon & Aetius. sermo. 1. vna cum Auicena lib. 1. tract. 1. cap. 6. quorû sententiam in sequuntur, Arnaldus Villanouanus suo antidotario necnon & alij Abas. lib. 2. pract. c. 13. quibus omnibus dictis, Isaac sententia ad stipulatur lib. 2. pract. ca. 25. posita, quæ profecto omnia non ita integre, neque adeo expolite, Auicena & reliqui barbaram sectantes medicinam, sicuti & Galenus & eius sequaces, extricarunt, qui utique rem hanc profecto non solum clarius & expeditius quo fieri potuit declararunt ac perfitionarunt verum etiam reliqua omnia quæ in rei medicæ negocio difficilima & scitu digna fuerunt, non tamen ideo barbaram sectantes medicinam negligendos censeo, sed potius videor mihi eosdem summo cum delectu legendos esse, ut itaque eorum exacte doctrinam perpendere ualeamus, non pauci quidem sunt quorum doctrinam quasi vilipendi gratia legentes, eam non percipiunt cuius ratione eos in maximos errores verti non dubitauimus, video quidem tempestate hac, parte plurima circa perfectam medendi rationem, compositionibus uti, quas Auicenas & eorum sequaces eleganter &

Lib. 1. de
cõp. phar
2. gen. &
li. 6. de sim
pli. me. in
prohemio

magna cum præmeditatione fabricarunt, unde sequitur quod Arabes nec omnino sunt spernendi sed per uigili cura legendi, in cuius rei testimonio est uesalius rei anathomes palustrator, dicens Arabes non omnimodo negligendi sunt, sed potius eorum doctrinam, curiosa coniectura legere expedit, hæc enim in summa de simplicium medicamentorum materia ceu uilia & nobis maxime necessaria dicenda censui quæ ideo medicorum & pharmaceutorum omnes totis neruis moliri debent, siquidem medicamentorum materiam magnopere considerare tenemur, postquam materia circa quam quilibet artifex uersatur, summa cura consideranda est, ut sua in arte peritus habeatur faber lignarius utique, nequaquam suam artem in integrum exercere poterit, quin prius ea quæ circa eius artis materiam uersantur, recte & laborauerit, quod quidem de febre ferrario, etiam intelligendum erit, unde quidem de uenerandæ medicæ artificibus, idem maxime considerandum erit, impossibile est hercule quis, recte pharmaco uillo uti possit, quin prius ea quæ circa eius compositionis materiam uersantur in integrum perpenderit, quam sane medicamentorum simplicium materiam non semel, nec leuiter considerare debent, sed frequenter & curiose satis. Rerum nanque sensibilibus cognitio sedula inspectione atque cura confirmatur, summe ideo conuenit, herbarum, & fructuum, necnon & arborum materiam, priusquam è terra eximatur contemplari, ut eorum exactam doctrinam nobis comparauerimus.

Li. de rati
diu. uschi

Gal. li. 6.
de cõ. pha
2. loc. 1. c.
li. 3. de
cõ me. 2.
cõ. c. 3.

DE

De medicamento

rum substantia.

Cap. 8.



DE medicamentis, & ipsorum materia, superioribus pro uiribus enucleauimus, in presentia ideo, eorum diuersa substantia, disceptandum censui, postquam simplicium medicamentorum delectus, ex ipsorum ratione substantiæ deprehendus erit, non utique omnia simplicia medicamenta, eandem sibi uendicant substantiam, sed diuersam potius, unde conducile mihi fuit, de diuersa simplicium medicamentorum substantia, pertractare, sed prius tamen quam easdem substantias explanandas aggrediar, declarandum arbitror, quare substantia & unde dicatur, & quid ac quotuplex ea fuerit & eadem quid in presentia per substantiam nobis intelligendum sit, substantia igitur, nulla alia de causa quantum coniector appellatur, nisi ad oppositionem, et differentiam accidentium, quare exponere licet quid substantia, & accidens, sint, ut huiusmodi causam integre perpenderit, & primum de substantia seu de famosiore re dicendum est, substantia itaque quæ per se subsistens, à substãdo dicitur eo quod aliis substare uidetur, accidens uero non per se existit nec aliis substare dicitur sed potius accidentia in substantia tanquam in proprio subiecto & sine illa minime, si nos naturaliter & more philosophico id intellexerimus, est ideo accidens esse entis esse siquidem ac

Substan-
tia accide-
ntiũ rati-
one dicta
fuit.

Substan-
unde dica-
tur.

cidens semper in subiecto subsistere habet ac rei in esse (docente philosopho. Necnon & porphirio predicabilium cap. 5.) si igitur substantia per se subsistit, & non in alio, nec mediante alio, autore philosopho. & accidens non, sed per subiectum solum (domino testante Titelmano, lib. 1. de princ. rerum. nat. cap. 14. quid ergo perspicatius erit, quam quod substantia, ad accidentium differentiam dicta fuerit, proprie autem substantia quæ genus supremum est, tantum animantium quam inanimatorum (dicente Porphirio. 2. predicabil. cap. necnon & Gal. atque Philosopho predicam. cap. 5.) illa est quæ nec in subiecto est nec de subiecto aliquo dicitur, ut quidam homo, & hæc prima substantia ex Aristotele nuncupatur, species uero, & genera, ut homo, & animal, secundæ dicuntur substantiæ, in quibus hæc in sunt primæ, de quibus tamen logicis consideratio habenda erit, me dicivero quatenus. Ex similibus seu simplicibus simul, & diuersi generis partibus, ipsa constat, pertractant, ita ut ex eis totum resultet compositum, uersantur ideo medicinæ professores circa corpus humanum tanquam uersus medicine materiam seu subiectum, quod predictis compositum, uersantur ideo medicinæ partes ut constat, erit ergo corpus humanum uiuens maxime substantia de qua medici scrutari tenentur, simpliciter utique substantia corporea aut incorporea nobis intelligenda erit, unde corporea illa est, quæ in se contentam habet materialitatem, ut constat, de quolibet naturali, & physica re, & de hac in presentia nostra erit differentia, in corporea uero illa erit, quæ

Li. 1. op.
c. 4. c. 5.
predica.

Li. 1. de te
pe. c. 6.

Substantia
corporea

Incorporea. quæ materialitate est expers, ut constat, de quolibet angelico spiritu atque rationali anima, rationalis est

Li. 2. de anima. c. 1. Substantialis est actus corporis philosophi in potentia vitam participantis, erit ergo anima rationalis ex se corporea substantia, quæ ipsa materia, suæ videlicet perfectionis gratia, sume appetit. perfectionatur itaque materia, ipsa forma, forma vero si aliquando materiam appetescere dicatur, non hercle, ut perfectio-neretur materia, sed potius ut forma materiam ipsam actu & ac perfectionet, ut utique formæ propriam materiam semper actuare quando

Ani. quid quidem ea actus & perfectio quædam fuerit, uti superius exposuimus, & materia tantum pura potentia, ad formam ipsam recipiendam, ideoque forma nobilior adeo est res materia ipsa, superest tandem explicare quid in præsentiarum per substantiam nobis intelligendum sit, quando quidem ea nomen æquivocum fuerit, uniuoce namque multa & diuersa importat docente Galieno communi itaque significato rei essentiam ea importat, eodem Galieno aut. lib. 7. de Hippocratis & Platonis decretis, & in libris de demonstratione, alio enim modo summitur ex eodem Galieno substantia eadem, pro materia tantum, multis aliis denique modis summitur substantia, uti ex documentis Galieni demonstratur, quos utique recensere præsentis speculationis non erit, & ob id de eis non amplius tenemur itaque nos per substantiam hac in parte intelligere, compositionem illam, quæ ex quatuor primis elementis resultat; quæ utique compositio eorum medica-

Forma propria. mentorum substantia est, ex mixtura quodam: mixtura enim omne ex quatuor primis elementis, constat, unde constat quod medicamentorum substantia elementorum quatuor compositio quædam est, omnia ideo ex ipsis cocuntibus elementis constare ex gale. dicuntur, ex qua utique compositione, varietate & diuersitate medicamentorum substantiæ proceduntur, tenuis scilicet, & crassa, rara etiam, atque densa, nec non & mollis, ac dura aspera autem & lenis, de quibus pro virili nostra sequentibus nobis sermo, erit, incipiamus ergo à tenui substantia quæ quidem si recte nobis consideretur, duplex apparet, scilicet passiva, & actiua, passiva ergo substantia tenuis ea intelligenda est quæ in paruas partes, ac minima frustra, facile diuidi potest, dicitur ideo quantum opinor passiva, quia quandoquidem substantia patitur eius tenuitatem experimur, debent itaque huiusmodi tenuem siue subtilem substantiam habere, ut scamonium selectum, et optimonales, & reliqua eiusdem generis, actiua igitur substantia tenuis illa erit quæ facile penetrare per poros atque meatus habet, in corpus, quantumuis paruissimi & angusti nimis fuerint, & dicitur idcirco actiua quia medicamenta, eadem substantia, & facultate prædicta, cito operantur, & ideo actiua dicitur quia agit & cito operatur non enim nisi tenuis, & subtilis substantia, cito per paruissimos poros in corpus permeare potest, uti recte consideranti fiet manifestum factis, medicamenta ergo acuta & amara (amara inquam, quæ ex partium tenuium & terrestrium adustione

Forma præstantior est materia. amaritudinem acquisierunt, non autem quæ ex vehementi frigore) accitosa etiam, subtilem & tenuem continent substantiam, quandoquidem sua facultate, ad imas nostri corporis partes velociter migrare videntur, Crassa autem tenui contraria substantia duplex est, quemadmodum & tenuis, passiva scilicet, & actiua: passiva igitur crassa substantia ea erit, quæ difficulter comminui potest, nec non & in subtiles & tenues partes haud facile diuidi, quam denique substantiam exigunt ut philicula, iridis radices, glycyrrhiza, vitis alba, & assari & alia multa utique sunt quæ eadem substantiam exposcunt, quæ denique dum contritionem paciuntur, difficulter in subtiles partes comminuta sunt: crassa vero actiua substantia in medicamentis ea est, quæ difficulter penetrabilis est, siue quæ non facile per humani corporis particulas migrat, quam si quis substantiam siue vendicant, medicamentorum Stiptica & pontica, horum utique medicamentorum virtus, non facile permeat ad determinata vsque loca, eius nempe stipticitatis & constipationis ratione. Quibus expositis enucleandum illud censo quod ex multorum sermone dicitur scilicet, crassum esse tenax, tenue vero tenerum reperitur igitur crassum esse tenax & tenue ex eorum sermone tenerum verum tamen non id absolute intelligendum erit, siquidem non pauca ad inueniuntur medicamenta crassa faviscosa quæ tenera et tenacia etiam apparent, uti constat de aloë quod tenerum & tenax existit, non tenue quod etiam de scamonio, & salis spectibus, vaurahac, nec non & sagape-

Li. de semine. c. 2.

mentorum substantia est, ex mixtura quodam: mixtura enim omne ex quatuor primis elementis, constat, unde constat quod medicamentorum substantia elementorum quatuor compositio quædam est, omnia ideo ex ipsis cocuntibus elementis constare ex gale. dicuntur, ex qua utique compositione, varietate & diuersitate medicamentorum substantiæ proceduntur, tenuis scilicet, & crassa, rara etiam, atque densa, nec non & mollis, ac dura aspera autem & lenis, de quibus pro virili nostra sequentibus nobis sermo, erit, incipiamus ergo à tenui substantia quæ quidem si recte nobis consideretur, duplex apparet, scilicet passiva, & actiua, passiva ergo substantia tenuis ea intelligenda est quæ in paruas partes, ac minima frustra, facile diuidi potest, dicitur ideo quantum opinor passiva, quia quandoquidem substantia patitur eius tenuitatem experimur, debent itaque huiusmodi tenuem siue subtilem substantiam habere, ut scamonium selectum, et optimonales, & reliqua eiusdem generis, actiua igitur substantia tenuis illa erit quæ facile penetrare per poros atque meatus habet, in corpus, quantumuis paruissimi & angusti nimis fuerint, & dicitur idcirco actiua quia medicamenta, eadem substantia, & facultate prædicta, cito operantur, & ideo actiua dicitur quia agit & cito operatur non enim nisi tenuis, & subtilis substantia, cito per paruissimos poros in corpus permeare potest, uti recte consideranti fiet manifestum factis, medicamenta ergo acuta & amara (amara inquam, quæ ex partium tenuium & terrestrium adustione

Lib. 1. de sim. med. cap. 39.

Tenuis passiva substantia.

Aut Gal. li. 3. & 4. de sim. med. c. 2. & li. 2. de temp.

Actiua.

amara

Crassa substantia passiva.

Actiua.

An crassum sit tenax tenue uero tenerum

amaritudinem acquisierunt, non autem quæ ex vehementi frigore) accitosa etiam, subtilem & tenuem continent substantiam, quandoquidem sua facultate, ad imas nostri corporis partes velociter migrare videntur, Crassa autem tenui contraria substantia duplex est, quemadmodum & tenuis, passiva scilicet, & actiua: passiva igitur crassa substantia ea erit, quæ difficulter comminui potest, nec non & in subtiles & tenues partes haud facile diuidi, quam denique substantiam exigunt ut philicula, iridis radices, glycyrrhiza, vitis alba, & assari & alia multa utique sunt quæ eadem substantiam exposcunt, quæ denique dum contritionem paciuntur, difficulter in subtiles partes comminuta sunt: crassa vero actiua substantia in medicamentis ea est, quæ difficulter penetrabilis est, siue quæ non facile per humani corporis particulas migrat, quam si quis substantiam siue vendicant, medicamentorum Stiptica & pontica, horum utique medicamentorum virtus, non facile permeat ad determinata vsque loca, eius nempe stipticitatis & constipationis ratione. Quibus expositis enucleandum illud censo quod ex multorum sermone dicitur scilicet, crassum esse tenax, tenue vero tenerum reperitur igitur crassum esse tenax & tenue ex eorum sermone tenerum verum tamen non id absolute intelligendum erit, siquidem non pauca ad inueniuntur medicamenta crassa faviscosa quæ tenera et tenacia etiam apparent, uti constat de aloë quod tenerum & tenax existit, non tenue quod etiam de scamonio, & salis spectibus, vaurahac, nec non & sagape-

no declaratur, sagapenum enim substantia inuenitur tenax, quantumuis subtilis sit substantiæ, non ergo absolute & citra distinctionem, crassum tenax tenue vero tenerum semper censendum erit, cuius prædictæ rei autores existunt Auicenna nec non & Mesues, in vniuersalibus capit. 1. non igitur uti ex Auicenna et Mesue demonstratur, semper crassum erit tenax, nec tenue tenerum, videri tamen meo, si quadam distinctione uti videamur haud dubio semper crassum erit tenax, & tenue, teneram distinguendum ergo est, videlicet aut id actiue simul & passiuue intelligendum erit, aut è contra quare si id actiue simul et passiuue intellexerimus, impossibile erit hercle, crassum esse tenue, & tenue tenerum, namque uti ex superiori doctrina constat, contraria satis sunt unde simul esse non possunt, si vero id non simul intelligatur sed quod vna substantia actiua, dicatur & altera passiva, tunc quidem dari potest crassum esse tenue, & tenax tenue, exempli gratia, sagapenum datur reuera tenax, & tenue, verum tamen tenax passiuue, tenue vero actiue, postquam eius substantia dūteritur aut dissoluitur, crassa satis & tenax apparet, dum vero operatur, subtilis, quandoquidem cito suam complet operationem velociter videlicet sua facultate addeterminata vsque loca penetrando, de aloë autem & scamonio datur etiam tenerum & crassum, tenue passiuue crassum vero actiue, hæc enim dum triturantur facile in paruas partes diuisa sunt, dum vero corporibus ad mouentur, tarde complent suam operationem, videlicet ad duodecim horas

Fen. 2.

primi.

Aloes tar horas, ad viginti & quatuor vsque
de opera - autore Christoforo georgio de ho
tur. nestis supra expositionem antidoti
 è Moschodulci ex Mesue, enigitur
 quo pacto crassum semper tenax
 & tenue tenerum erit intelligendū
 & quomodo crassum, interdum da
 tur tenerum, et tenue, tenax, quibus
 explanatis considerandū autem
 est, quod quanto magis substantia
 aut minus subtilior apparuerit, tā
 to magis aut minus erit purior, &
 quanto eadem ratione crassior, tā
 to impurior, vnde remanet quod
 subtilitas & tenuitas puritatis sunt
 signa, crassities vero & tenacitas
 impuritatis, dummodo ramentis
 aliqua nō detur cuius materia cras
 sa & viscosa, humiditas fuerit, vti

Alofos & *halohosos* non & *halohosos*, sacharum enim
ex diame quanto purius fuerit tāo tenacius
trore pug apparet, quam etiam substantiam
nantia sūt habet alofos, alias manna dictum,
 & halohosos aliter scila appellatū,
 vti ex eorum substantia constat.

De rara & densa

substantia. Cap. 9.



E vtiq; de diuersis sub
 stantiis, vnico capite
 tā longum sermonem
 comprehenderem, cō
 fui ideo huiusmodi
 substantiarum doctrinā distinctis
 capitulis in scribere, id circoque
 rara & densa substantia in præsē
 tiarum dicendum sequitur. Rara
 igitur substantia, (quæ a febrili ca
 lore facile inflammatur, vti ex Ga
 le. demonstratur dicente raram sub

Rara sub
stantia.

stantiam magis esse flāam quam
 carbonem) illa nobis intelligenda
 erit, inter cuius cuius partes vacui
 tates plures aere sunt, docente gal
 leno cuius verba sunt, rarum voco
 cuius partes inanis spatii inter ce
 ptæ sunt, vel aliter rarum proprie
 dicimus quod meatus (quos greci
ωγος vocitant) magnos per totū
 obtinet, non vtique eiusmodi rare
 substantiæ partes, in epicureorum
 & Asclepiadis sensu, inanes intelli
 gendæ sunt, siquidem aere sunt &
 minime exacte vacue, vel denique
 rara substantia videri nōo: dicen
 dā erit, quæ sub pauca materia, mag
 nam quantitatem representat: quæ
 sane substantiam habere debet, vti
 scamonia & agaricum atque reli
 qua hisce similia, debet vtique se
 lectum agaricum, raram siue por
 sam habere substantiam, simulque
 & subtilem, postquam cito frangia
 bile est, ac minima frustra facile dis
 solubile, & hoc vtiq; sicuti præ
 dictum est intelligendum cenfeo,
 quantumuis aliqui putent agarici
 non esse proprium subtilem seu te
 nuem habere substantiam, sed tena
 cem aducendo videlicet Dioscori
 dis stirpium profecto principis, au
 toritatem dicentis foemineum aga
 ricum rectis intus venarum discursibus
 consistere debere, vnde licet ma
 le ac ignorantia ratione, aliqui as
 firmarint huiusmodi agaricum,
 non debere subtilem habere substā
 tiam, sed tenacē potius, & neruosam
 quoniam Dioscoride neruosum a
 garicū censetur, qui deniq; toto cō
 lo errare videntur, eo quod Diosco
 sententiā nō recte percalēt, cū enim
 quia nihil obstat, agaricum neruos
 habere, vt subtile substantia cōsta
 um

Lib. 1. de
sim. me. fa
cul. c. 14.
li. 2. d
san. tu. ad
medi.

Lib. 3. e. 1.

Lib. 3. e. 1.

Lib. 3. e. 1.

Lib. 3. e. 1.

subfuerit, vti inferius declarabi
 tur, debet vtique agaricum rectis
 intus venarum discursibus constare,
 id tamen dum recens iudicatur
 si antiquum namque id fuerit, re
 uera eisdem expertis erit, & ratio est
 quia venulæ illæ, siue filamenta, tē
 potis iniuria siue antiquitate, re
 ipsa consumptæ sunt, aut saltem
 in tenuissimam reductæ, substan
 tiam, omnia hercule tractu tempo
 ris debastantur aut consumptio
 nem paulatim acquirunt, vti ex rei
 experimento demonstratur, qui
 bus præmissis, habebimus doctri
 nam & methodum, qua ab antiquo
 agarico recentem distinguere pos
 simus, idque maxime nobis neces
 sarium existit, postquam agaricum
 recens veneni repultrix iudicatur,
 antiquum vero & inueteratum ve
 nenosa naturæ ac perniosa, vide
 ergo quantum confert cognoscere
 agaricum in pharmacopolis refer
 uatum, fuerit ne recens an antiquū
 Quibus habitis sequitur declarare
 quo pacto agaricum neruosum da
 ri possit, simul & substantia ra
 rum atque subtile. Cum igitur Dio
 scorides dixerat foemineum agari
 cum rectis intus venarum discursibus
 constare, id vtique secundum
 partes, non autem secundum totū
 intelligendum est, namque si
 secundum totum fortasse filamen
 tis constaret, tunc haud dubio tena
 cisci conflat substantia, eo quod
 tunc omnino eam neruosam con
 tineret, & hoc vtique ex agarico
 masculo Mesues vere dicitur, ideo
 que ab eo pessimum iudicatur, quo
 niam neruosum omnino fuerit, vn
 de & tenaci substantia conflatum,
 at vero foemineum Dioscoridis a

Aut. Ar
nal. de ui
lanou. an
ti. cap. de
inmu. me.

Anti. aga
pernitio
sum iudi
catur.

garicum, quandoquidem in totum
 neruosum non fuerit, sed tantum se
 cundam partes, nil obstat, etiam si
 neruosum ea ratione fuerit, subtile
 & rarum continere substan
 tiam, & hoc ergo pacto, eiusmodi
 Dioscoridis locus, intelligendus
 est, vnde Dioscoridis & Mesues
 sententia circa agarici rationem
 minime diuersa reputabitur sed po
 tius consona ac familiaris satis: qui
 bus prælibatis illam vtique ipsius
 agarici sepiissime agitatā quæstio
 nem, in lucem excerpere conabor,
 fuerit ne radix an fungus, de cuius
 vtique quæstione nō pauca sunt o
 piniones vtranq; partē comprobā
 tes, quas nepe diligentia magna, fa
 miliares & minime inter se differē
 tes interpretare molliar, pro cuius
 itaque rei maiori explanatione, e
 iusce quæstionis cōtrarias pro vtra
 que parte adducā opiniones, vt po
 stremo cōmodius nostram introdu
 xerimus familiaritatis ac cōueniē
 tiæ sententiā, ideoque primum pro
 parte affirmatiua non pauca sunt o
 piniones, affirmantes scilicet aga
 ricum radicem esse & minime fun
 gum, in cuius rei testimonio est Di
 oscorides de stirpium natura facit
 le princeps dicens, *αγαρικόν ριζαφ*
στασιδιφίω εμπεροου, id est agaricum
 radix fertur la serpicio similis, Pau
 lus etiā è Ginetæ eadē cōfirmat sen
 tentiā, cuius verba sunt, radix quæ
 arboris trunco adnascitur agaricū
 est, quæ sane sententia eadē cū Gal.
 doctrina apparet, dicentis, agaricū
 radix est quæ trunco innascitur, A
 uerrhous etiā cū Gal. ad stipulatur
 non posuit in gradu, & c. Bartho
 lomæus

Dias. loci
intelligen
tia.

Agā. q. 10

Prima o
pinio.

Li. 3. c. 1.

Li. 7. c. 3.

lib. 6. de
sim. me. fa
cul. ca. 5.

De medicamentis

lomeus de Montagnana). 3. cap. de dosi & compositione medicinarum) eandem insequitur doctrinam dicens, sicuti & reliqui, agaricum radicem esse, quibus itaque tantorum virorum autoritatibus cogimur utique presentis questionis affirmativam partem, agaricum scilicet fuisse radicem defendere.

Pro parte vero negativa non paucę utique sunt opiniones asserentes etiam agaricum fungum esse non autem radicem, in cuius partis comprobatione est gravissimus Plinius dicēs, agaricum fungus est candidus, odoratus, antidotis efficacax, quod denique glandiferę arbores ferunt, in quarum summitatibus ultimis nascens, nocte relucens, hoc signum eius, in tenebris descerpitur, vnde iure optimo candidissimum agaricum nobis censendum erit, si colore selectum haberi debet, est utique apertum satis quod quidquid in tenebris, candore perlucet, candidum satis esse debet, ita ut quanto magis splendet tanto utique magis de candore habeat, ideoque agaricum valde candidum eligendum est naturalis nempe & proprii candoris, & minime arte acquisiti, Mesues etiam, suo de simplicibus tractatu affirmat, agaricum ortum habere in magnarum arborum truncis vestustate iam putrescentium tanquam earum vel à postema vel fungus cuius sententiam eruditissimus quoque Manardus supra eundem Mesuem annotationibus sectatur, dicens, agaricum candidum odoratus fungus existit, ortulus tandem sanitatis (tractat. de herbo. cap. 8.) eandem sententiam con-

firmat cuius propria sunt verba, agaricum quasi fungus circa arboris radicem crebescit, ex quibus autorum sententias descendit pariter negativę comprobatio, videlicet agaricum fungum esse non autem radicem, quibus explanatis, quid dicendum erit, erit ne agaricum radix an fungus, pro cuius rei declaratione conavimus quantum vis maxime differentes apparuerint, conformes eas & minime discrepantes interpretare, ideoque asserentes agaricum radicem esse, recte quidem dixerunt, considerandum tamen est, quod illi per agarici radicem illam, absque dubio eiusdem agarici partem, quę arboris trunco innascitur intellexerunt, quę sane pars quasi semitas ligni putrefacti est, vnde & tanquam radix existit, quatenus ipsius agarici residuum alimoniam recipit, tanquam à sua radice, quęvis enim arbor radice sua alimentum sumit, siquidem ea alimentum fuerit, quo attrahitur, ut omnes eius arboris partes vegetationem adquirant & procreentur, est utique radix (sicuti. 7. cap. huius prædiximus docente Philosopho & Theophrasto. li. de plan. hist. cap. 2.) id quod alimentum attrahitur, igitur si radix est id quo alimentum attrahitur, nec immerito quidem agaricum radicem appellandum est, postquam eius pars, quę arboris trunco adheret, seu radix eius est, vnde & quo alimentum attrahitur, ut sustentetur totius agarici molles, erit hercule eiusmodi agarici pars, ipsius agarici radix, & ex arte quidem, uti ex radicis definitione constat, vnde denique qui agaricum radicem vocarunt

Contrariorum convenientia.

Lib. 2. de anima. c. 1.

2. opinio.

Li. 16. ca. 9.

Agaricum nativum candidum eligendum est.

runť philosophice quidem atque artificiose, allocuti fuerunt, verum tamen nec ignorarunt utique agaricum ipsum fungi formam vel figuram representare: prædicta vero ratione agaricum radicem habere affirmat, & quoniam eiusmodi partem agarici quam radicem appellat vna cum toto agarico colligerent, voluerunt ideo agaricum ipsum partem principalem pro toto accipiēdo appellare, & hac igitur quantum coniector ratione, illi agaricum radicem esse, autumarunt illi vero qui agaricum fungum esse interpretarunt, idem profecto quamvis diversis considerationibus cum prædictis intellexerunt, hoc vno tantum differentibus, scilicet quod primi Dioscorides nēpe Galenus & eorum sequaces, prædicta nempe ratione radicis nomine, totum agaricum intelligunt, siquidem est ipsius agarici nobilior atque famosior, quare & princeps pars, postquam sine ea constare non potest, id circoq; ipsius agarici denominationē à digniori siue famosiori eius parte excerpere existimarunt illi tandem qui fungum esse dixerunt, æque utique minus ignorarunt prædictam agarici partem radicem esse, attamen quoniam fungi formam vel figuram representasset, respiciētes ideo ad totam agarici formam & substantiam, non tamen ad aliquam eius partem, determinarunt utique agaricum ipsum, fungum par. 3. cō appellare. En igitur quavis & methodo huiusmodi questionis tantorum virorum contrarię opiniones quavis diversis mediis eundem feriunt scopum, quibus itaque exaratis ex densa substantia decla-

Densa substantia. Lib. 6. de mor. pop. par. 3. cō. li. 2. de san tu. ner. med. lib. de diff. resp. cap. 2.

rantum sequitur. densa igitur substantia, quę dum in corpus intraverit, autore Galeno à febrili calido difficulter inflammatur alias spissa seu adstricta dicitur, eodem Galeno enarratore & hæc itaque illa est inter cuius partes vacuitates sed multum parvę sunt, vel ea erit. Lerge de quę sub multa materia parvę quantitate continet, quidquid ex igne de Sancto Amando dicatur, qui utique densam definiendo, substantiam, nequaquam vacuitates atque poros continere dixit pro cuius deniq; rei exacta intelligentia densum duplicem esse declarandum censeo, ideo quę densum largo modo sumptum, id est quod rari respectu. Spissum siue astrictum est, hoc utiq; minime rari dici potest, ideoq; densi nomē ipsi inditum fuit, quod utiq; densum, latitudinale dici posset, secundum scilicet magis aut minus, multum ideo, aut nimis densum, paucum vero, aut moderatum. Densum deniq; restricte sumptum quod vacuitatibus est expertum appellatur, quas fortassis si haberit, sensu visus fere incōprehensibiles eas esse iudicavimus, secundum etiā magis & minus, vnde & forte de hoc denso Ioānes de Sancto Amando intellexit, quibus prælibatis medicamentorum quędam nobis apparent, quę densam exposcunt substantiam, ut sunt mirobalanorum genera, rabarbarum, hermodactili, ireos radices, polipodium, & reliqua eiusdem farinae, debent utique huiusmodi medicamenta densam quare & ponderosam substantiam habere, si selectiora in sui substantia censenda sunt, pro qua re non paucis existimarunt fortasse circa ra-

Lerge de sum.

Restrictio densum.

barbari rationem Mesuem nec recte intellexisse, postquam dixit id iudicandum esse graue & rarum, cum graue siue densum & rarum in eodem simul esse subiecto, repugnant, quandoquidem rarum simpliciter & citra vllius distinctionem leue censendum est, densum vero, graue & ponderosum, proportionatur vtiq; densum graui, & ponderoso, haud aliter quam rarum leui, vti demonstratur ex eodem Mesue, in vniuerso can. 1. dicente, quae mensurantur raro & denso proportionalia sunt eis quae graui & leui proportionantur, consideratione igitur dignum perscrutandum fuit. Quo pacto rabarbarum censeretur posset densum, & substantia rarum, siquidem eadem, seu contraria, in eodem simul subiecto esse repugnant, qua ergo ratione remanet huiusmodi rabarbari dubium nobis diluendum, vt intelligant omnes, non circa rabarbari rationem errasse Mesuem. Pro cuius rei exacta intelligentia, contrariorum exactam doctrinam explanare fuit necessum, vnde primum quod de contrariis dicendum est, erit, nempe an ipsa contraria, proprie sunt talia, aut non proprie. Quare si ea proprie sint contraria, nequaquam vtiq; sub eodem simul subiecto esse possent, videlicet sub intenso esse, si vero ea non proprie contraria fuerint, possent quidem simul, in eodem esse subiecto, & id circo quid, proprie contraria sint explanare cogimur, proprie igitur contraria auctore Philosopho post predicamentorum doctrinam, alla sunt quae

Densum graui proportionatur, rarum vero leui.

Rabarbari dubium

dem subiecto vicissim insunt, ac mutuo se expellunt, dummodo tamen, eorum alterum a natura nec insitum fuerit, sunt vtiq; huiusmodi propria contraria, vt calor & frigus, humidum vero & siccum, huiusmodi vtiq; contraria, quia proprie talia in eodem subiecto simul esse inteso minime esse possent, bene tamen sub remisso esse, verbi gratia calor enim vt sex, & frigidum vt duo, quauis contraria fuerint, possent vtiq; simul in eodem subiecto esse, quia id sub gradibus remissis bene reperiri potest, calidum autem idem & frigidum sub esse intenso, siue intenso gradibus, nequaquam se conpatiantur, quomam vtiq; in summo gradu existit, & hac ratione intelligendum est, vbi dicitur quod contraria in eodem simul subiecto esse non possunt, considerandum tamen est, quod si calor & frigus eorum alterum insit a natura, vt in corpore humano demonstratur, possent & bene simul in eodem esse subiecto, in corpore nempe humano, vbi calor innatus gubernat & simul cum frigido existit, ideoq; mihi in diffinitione ponitur nisi eorum alterum insit a natura, illa autem quae non proprie contraria sunt, licet contraria dicantur possunt, & recte simul in eodem esse subiecto, quare eiusmodi contraria explicanda censeo non proprie itaq; contraria nobis intelliguntur, quae bene simul in eodem subiecto esse possunt, quae vtiq; sunt vt frigidum, & humidum, calidum & siccum, aut calidum & humidum, & frigidum & siccum, de quibus vtiq; constat, quamuis contraria fuerint quod in eodem subiecto simul esse possunt, qua denique ratione contrarie

Non proprie contraria.

Contraria secundum substantiam.

trarie proprie & non proprie talia dicantur recte consideranti fiet perspicuum satis. Rursus enim contrariorum quaedam calitatiue dicuntur, alia vero substantialiter, illa itaque quae substantialiter sunt contraria aut ea secundum totum, vel secundum partes talia iudicantur. qualitatiue enim contraria sunt vt caliditas, frigiditas, humiditas etiam & siccitas, quamuis proprie aut non proprie talia dicantur, dicuntur itaque substantialiter contraria, ea quae in substantiae ratione inter se contrariantur, vt densum & rarum, subtile & crassum, asperum & lenne, &c. Contrariorum item quae secundum totum substantialiter intelliguntur, illa sunt quae totaliter, in eodem subiecto simul esse repugnant, verbi gratia, idem subiectum, totaliter hoc est secundum omnes ipsius partes rarum & densum aut subtile & crassum, vel molle & durum, ac denique asperum & lenne, simul esse vera in eodem subiecto non possent vt constat, substantialiter vero secundum partes contraria, illa erunt quae simul sub eodem subiecto esse possent, exempli gratia idem subiectum partialiter, hoc est secundum quosdam ipsius partes densum esse, & secundum alias rarum, & sic de reliquis, minime dubitauimus vti constat de carioso ligno & reliquis, eiusdem rationis. Quibus praelibatis remanet praepositum rabarbari dubium, clarum & manifestum satis. Scilicet an rarum & densum simul in eodem subiecto tanquam in rabarbaro esse possint, pro cuius dubij solutione distinguendum est, videlicet aut rarum & densum in eodem subiecto

simul esse totaliter intelliguntur, aut partialiter, quae si totaliter intelligantur, minime erit possibile sub eodem simul esse subiecto, si vero partialiter recte quidem, vt constat qua ergo ratione rarum & densum, quamuis contraria fuerint, nil obstat in rabarbaro simul, esse posse, siquidem id secundum subiecti partes non autem totaliter existit, vnde de rabarbarum secundum quosdam ipsius partes, rarum & secundum alias densum, nobis intelligendum erit, qua ergo ratione remanet Mesues sententia veridica, iuxta rabarbari superius positam rationem, quibus hactenus de rara & densa substantia dicta satis sunt.

Diluatur dubium.

De molli & pura substantia. Cap. 10.



MOLLIS vtiq; substantia auctore Platone in thimco illa est, quae renitentis tacui cedere dicitur, qui vtiq; tactus equabiliter in toto corpore fusus, auctore Galeno, ille est qui spiritum corpus permeantem perficitur, vel est medium quoddam quod diuersas quidem distinguimus substantias, & tangibiles quatuor qualitates docente Philosopho. diffinitur quoque ex Aristotele. lib. 2. de caus. part. animal. cap. 8. tactus dicens, pars prima est sensorium omnium vt pupilla visus, sed qua via & ratione tactus ipsa fiat, docetur quidem curiose satis, ex eruditissimo Fernelio. li. 6. de functio. & humor. c. 10. & ideo de ea nos non amplius, aliqua tamen sunt quae cedunt &

Li. finiti.

me. & li. s. desim. med. facu. capit. 3. Tactus quid.

Li. 2. de animal. c. 3. idem Pla. in thimco.

non dum mollia dicuntur, uti eleganter satis demonstratur ab eruditissimo doctore Ferdinando à Mena magistro meo, elegantissima sua de pulsibus pro tyronibus expositione. Aristoteles ite molle inquit id esse quod in seipso cedit, & hoc utiq; modo summitur à Gal. mollitudo, lib. 3. de differe. puls. ca. 6. amudino denique molle diffinitur id esse dicente, quod termino alieno bene terminabile est, considerandum tamen est, quod etiam si aliqua sint que tactui renitentis cedunt, & mollia, eadem dicenda nec fuerint uti ex Plat. constat, non ideo diffinitio taxanda est, siquidem eiusdem Platonis intentione, circa mollis definitione, Gal. approbare videtur, dicens, si tactus noster in aliquam rem humidam inciderit manifestissimum erit, quod eam idem tactus diuisurus est, in quo ergo sensu recte mollis definitio ex Platone traditur, in summa denique erit mollis, quidquid facile passibile necnon & alterabile est, autore Mesue. cap. 1. v. n. uer. cap. mollis utique substantia facile pati & alterari potest, siquidem ob noxia satis ad alterandum & patiendum fuerit. nos igitur rei obedientiam molle significare existimamus, quod utique tribus (auctore Galeno) summitur modis, de quibus apud eius sermonem videndum erit, at vero mollitudo ipsa in medicamentis reperta duplex nobis apparet, per naturam scilicet acquisita, aut arte fabricata. Illa igitur mollitudo à natura acquisita est, quae medicamenta à primo suae productionis exordio à natura acquisita habuerunt, uti constat de casisie nigrae fistularis mollitudine, & ta-

marindorum, haec sane medicamenta & reliqua eis similia, natura sua substantialiter naturalem sibi vendicant mollitudinem, non autem arte adacta, ut selectiora habeantur, mollitudo igitur ea que arte acquiritur, illa est, quae in materia humida reperitur, uti in acido tis in forma liquida paratis datur intelligi, velut, constat de antidoti ex succo rosarii, Nicol. substantia, necnon & Mesues, & consimilium huiusmodi namque mollitudo, nequaquam in praedictis antidotis, & consimilibus à natura acquiritur, potius autem ipsam nos arte atque industria quadam fabricamus que utique pharmacopeis pependerit, considerandum etiam de mollis substantia, visus est, quod medicamentorum mollis siue fluida substantia à nostro genuino & nativo calore facilius adactum reducitur, quam eorum dura, que substantia habent solidiorem, & hoc intelligendum est siue mollem eam substantiam, à natura vel arte sibi comparauerint, uti inferius declarabitur, & ratio itaque est quia molle in medicinis ubi intra corpus assumptum fuerit, facile ipsa naturae obedientiam praestat molle utique siue substantia fluidum medicamentum cito dum in corpus intraverit reducitur adactum, eo quod facile à nostro genuino calore actuatur, ideoque molle rei obedientiam tam naturae quam artis significare dicemus, unde sequitur quod medicamentorum solutiua ea quae in forma liquida paratur, humano corpori diluculo seu diei campana, exhiberi debent, ut debito tempore suam operationem compleant, ideoque medicamenta ea solutiuaque

que in forma dura & solida exhibentur, in noctis medio aut, paulo post propinanda sunt, quoniam non ita facile à nostro innato calore ad actum reducuntur, propter materiam nempe duritiam, ut itaque oportuno tempore suam quoque efficiant operationem, unde medicorum non pauci sunt dicentes, a sumptio medicamenti solutiui in forma liquida, dormiendum non esse, eo quod eiusmodi medicamenta, cito ad tactum reducuntur, & ne etiam eorum virtus somni ratione consumatur, abeunt tam post exhibitionem medicamentorum duram substantiam habentium dormiendum esse, postquam eiusmodi medicamenta propter sui duritiam difficile, actuantur, de quibus utique cap. 5. lib. 8. quod verum fuerit, dissertabimur. Quibus praedictis de dura substantia declarandum sequitur, dura igitur substantia docente diuino Platone in thimotea est, que tactui renitentis haud cedera dicitur, ex Philo sopho itaque dura substantia, quae dicitur rei coagulatione dicitur, Damasce nus item, quod difficile passibile est, & alterabile est, durum atque siccum esse constat, de natura utique huiusmodi dicitur, siccum siquidem difficulter patitur, & alteratur, sicuti & durum, eo fidendum tamen est, quod ab vno auctore valet, consequentia non tam à contra, si siccum est, ergo & durum intelligitur non uti patet si durum est siccum, ergo siccum erit, uti de gelu constat, quod durum est non tamen siccum, dura igitur medicamentorum substantia duplex nobis sicuti & mollis apparet, videlicet una quae secundum naturam, ac-

quiritur, & altera quae nobis arte fabricatur. Naturalis ergo dura medicamentorum substantia illa nobis intelligitur, quam medicamenta à natura pro limine sui exordij, productam habuerint, sicuti de rabarbari & philiculae substantiis constat haec sane medicamenta natura sua duram & solidam exigunt substantiam, & reliqua eis consimilima, dura autem substantia artis industria acquisita, illa est, quae artificio quodam paratur, quod utique artificio nobis & pharmacopers maxime manifestum est, uti constat de substantia compositionis trochiscorum absinthij nempe, caparorum, electri, atque eupatorij, horum namque medicamentorum substantia, dura utique existit, siquidem tactui resistere apparet, ac termino alieno non facile terminatur, dicit etiam nostri temporis pharmacopei, quod pilularum substantia, dura quoque censenda est, postquam ipsi easdem pilularum compositiones in forma dura siue solida paratas, in pharmacopolis adseruant, qui autem minerua quidem mea toto (quod a un) caelo errare videtur ideoque eiusmodi vltus eodem adus erit, seu inuicilis & minime, rationi consonus, quidquid dicat Mesues & alij eius doctrinam sequentes, circa modum fabricandi pilularum compositiones, habet enim Nicolaus pilularum aurearum compositionem cum infusione aque tragacanthi, conficere ac fermentare, idque faciendum non consulo sequenti, namque ratione, certum enim est, ut si eiusmodi liquore pilularum aurearum compositio fermentetur, quod post eius integram fermentationem

Li. 2. d. ge. & interi. c. 2. & li. 3. de cal. & mund. cap. 1.

Defenditur Plato Lib. 4. de signo. pul. si. cap. 1.

Lib. 5. de fin. med. i. ca. 3.

Medicamentorum mollitudo duplex.

Dura substantia quid Li. 2. d. ge. & corrup. cap. 2.

Siccum & durum idem non est contra.

Med. dura substantia duplex.

Adverte.

& humiditatis consumptionem, remaneat utique ipsius compositionis substantia, dura & sicca nimis, quandoquidem eiusmodi liquor quo conficiuntur viscosus, & obnoxius satis natura sua ad exsiccandum est, uti volenti id experiri fiet perspicuum satis, iubet etiam Nicolaus ipse omnes suas pilularum compositiones succis, aut aquis conficere ac fermentare, quam etiam sententiam ex Mesue quoque comprobata habemus, dempra pilularum aggregatiuarum compositione, que Antidoto ex succo rosarum eiusdem Mesue auctoritate fermentatur, atque conficitur, quibus prepositis conabor utique & non sine magna egrotantium utilitate atque ipsarum pilularum beneficio non modico, parare quod pilularum compositiones minime & neque ex arte succis, aut aquis vel quibusvis eiusmodi, infusionibus confici debent, postquam post earum compositionis fermentationem & liquoris consumptionem, remanebit. Quaecumque fuerit pilularum compositio, in forma dura atque sicca parata, idque reprehendere auctoritate primum moliar, & deinde rationibus quam plurimis, in cuius rei testimonio est Auicenna dicens. Pilulae ad bibendum propinanda non sunt postquam in duram substantiam reducerint & ex sicca ut lapides fuerint, idem etiam docetur ex Saladino doctore dicente pilularum compositiones duram substantiam minime retinere debent, non ergo pilularum compositiones substantiam duram habentes in pharmacopoliis permitti debent, idem etiam rationibus fit manifestum, pi-

lularum namque massa quaecumque fuerit, duram & siccam substantiam retinens, si egris praesidij gratia propinanda est, certum enim est, tum quod plus iusto in ventriculo moratur tum etiam quod post sui exsiccationem alieno denuo termino terminari debet, ut in paruas pilulas in modum nempe ciceris reducatur: liquoze aliquo uti ex usu constat, sed tamen constat quod ex earum praedicta terminatione siue tritura, ipsi compositioni, non tantum verum etiam aegrotantibus, incommodum non paruum consequitur, non ergo duram substantiam pilulae retinere debent, idque constat quia ex tali pilularum masse tritura subsequitur utique scamonijs ultima puluerizatio, & aloes, agarici etiam, nec non & turbith, ut plurimum utique huiusmodi simplicibus medicamentis, & consimilibus, pilularum compositiones parantur, unde quoniam ex eorum ultima contritione, maximum incommodum atque detrimentum tam utique compositioni quam egris sequitur, uti inferius declarauit, ideo praedictae pilularum compositiones substantiam duram referuare non debent, quod enim ex ultima contritione praedictorum medicamentorum incommodum maximum subsequatur manifestissimum quidem est, postquam scamonium, aloes, turbith, agaricum, & reliqua solutiva medicamenta, grosso modo plus tamen & minus terenda sunt, videlicet quando per album seu inferiorem ventrem soluere debent, quae sane si ultime conterantur minime solutionem per ventrem facient, sed potius facta erunt urine euocatiua

unde ut medicamenta solutiva sua nec perderint virtute & aliam denuo acquirerint, ubi per album soluere debent, crasso modo conterenda sunt, & minime subtiliter, quae vero urinam ciere debent, ultima contritione terantur est necessarium, cuiusmodi sane doctrina ex Gal. demonstratur, nec non & Auicenna. quae sane sententia Mesue in vniuers. can. c. 4. de contrict. med. nec non & Arnal. de Villanoua suo antidotario docent, praeter id etiam ideo in praedictis pilularum compositionibus dura substantia condemnatur, quia ex praedicta nimia tritura expurgatis medicamenti virtus resolutur, unde si ex ultima soluentiu medicamento contritione consequitur ipsorum virtutis resolutio & alterius alienae virtutis productio, non ergo in pilularum compositionibus reiteranda est ipsius compositionis contritio, quae ergo ratione eiusmodi pilularum compositiones, minime duram atque firmam substantiam retinere debent, Postquam eius ratione milles contingit quod medicamentorum quaedam plus debito triturentur, ut constat de praedicta Scamonio, Aloes & consimilibus, quod utique ob incommodum praedicta, faciendum nullibi consolor non igitur duram & siccam substantiam pilularum compositiones retinere debent, ex quibus sequitur quod eiusmodi compositiones non debent succis aut aquis, infusionibusue eiusdem naturae simplicibus fermentari ac confici, postquam si eiusdem conficiantur pedetentim in siccam & duram substantiam redigere videbuntur, ut constat, considerandum etiam est, quod secuti praedictae substantiae pilularum compositiones

desiderant, ita quidem neque nimis mollem, uti ex eodem Auicenna parte superius citata demonstratur. Si namque nimis mollem substantiam praedictae pilularum massae retinuerint plus utique iusto penetraret, ex quo non pauca inconuenientia subsequi possent, unde nec nimis molli substantia praedictae pilulae indigent: sequitur ergo declarare quae substantiae pilularum compositiones per ventrem soluentes ex postularint, tenentur utique, mediam quandam substantiam inter duram & mollem continere vel ubi siccare ceperint, ita ut si digitis comprimatur eiusmodi substantia cedere videatur, quod utique constat ex eodem Auicenna, quo denique substantiae modo, si eiusmodi pilularum compositiones fabricatae fuerint, necessum non erit, ut paruae pilulae parentur, altera earum contritione postquam praesumptu digitorum bola manus ex praedicta atque selecta pilularum substantia paruae pilulae efformari possunt, & tandem nullam alterius contritionis ratione subsequetur, incommodum considerandum tamen est, ut selecta & opportunam substantiam huiusmodi pilularum compositiones retinuerint, quod minime praedictis aquis vel succis simpliciter confici debent, sed syropis conuenientibus praesentibus compositionibus, videlicet ut pilulae fumariae conficiantur cum eiusdem fumariae simplici syropo, & sic de reliquis intelligendum erit, & si forte conuenientem syropum ignorauerit pharmacopeus, tutius erit petere consilium a medicis sibi maxime familiaribus & studiosis, & cum tali syropo posset & ex arte confici praesens pilularum compositio, vel

Pilularum compositiones qualitate substantiae modum retinere debent.

Aduerte.

Fe. 4. pri. cap. 10.

de contrict. med. nec non & Arnal. de Villanoua suo antidotario docent, praeter id etiam ideo in praedictis pilularum compositionibus dura substantia condemnatur, quia ex praedicta nimia tritura expurgatis medicamenti virtus resolutur, unde si ex ultima soluentiu medicamento contritione consequitur ipsorum virtutis resolutio & alterius alienae virtutis productio, non ergo in pilularum compositionibus reiteranda est ipsius compositionis contritio, quae ergo ratione eiusmodi pilularum compositiones, minime duram atque firmam substantiam retinere debent, Postquam eius ratione milles contingit quod medicamentorum quaedam plus debito triturentur, ut constat de praedicta Scamonio, Aloes & consimilibus, quod utique ob incommodum praedicta, faciendum nullibi consolor non igitur duram & siccam substantiam pilularum compositiones retinere debent, ex quibus sequitur quod eiusmodi compositiones non debent succis aut aquis, infusionibusue eiusdem naturae simplicibus fermentari ac confici, postquam si eiusdem conficiantur pedetentim in siccam & duram substantiam redigere videbuntur, ut constat, considerandum etiam est, quod secuti praedictae substantiae pilularum compositiones

de contrict. med. nec non & Arnal. de Villanoua suo antidotario docent, praeter id etiam ideo in praedictis pilularum compositionibus dura substantia condemnatur, quia ex praedicta nimia tritura expurgatis medicamenti virtus resolutur, unde si ex ultima soluentiu medicamento contritione consequitur ipsorum virtutis resolutio & alterius alienae virtutis productio, non ergo in pilularum compositionibus reiteranda est ipsius compositionis contritio, quae ergo ratione eiusmodi pilularum compositiones, minime duram atque firmam substantiam retinere debent, Postquam eius ratione milles contingit quod medicamentorum quaedam plus debito triturentur, ut constat de praedicta Scamonio, Aloes & consimilibus, quod utique ob incommodum praedicta, faciendum nullibi consolor non igitur duram & siccam substantiam pilularum compositiones retinere debent, ex quibus sequitur quod eiusmodi compositiones non debent succis aut aquis, infusionibusue eiusdem naturae simplicibus fermentari ac confici, postquam si eiusdem conficiantur pedetentim in siccam & duram substantiam redigere videbuntur, ut constat, considerandum etiam est, quod secuti praedictae substantiae pilularum compositiones

de contrict. med. nec non & Arnal. de Villanoua suo antidotario docent, praeter id etiam ideo in praedictis pilularum compositionibus dura substantia condemnatur, quia ex praedicta nimia tritura expurgatis medicamenti virtus resolutur, unde si ex ultima soluentiu medicamento contritione consequitur ipsorum virtutis resolutio & alterius alienae virtutis productio, non ergo in pilularum compositionibus reiteranda est ipsius compositionis contritio, quae ergo ratione eiusmodi pilularum compositiones, minime duram atque firmam substantiam retinere debent, Postquam eius ratione milles contingit quod medicamentorum quaedam plus debito triturentur, ut constat de praedicta Scamonio, Aloes & consimilibus, quod utique ob incommodum praedicta, faciendum nullibi consolor non igitur duram & siccam substantiam pilularum compositiones retinere debent, ex quibus sequitur quod eiusmodi compositiones non debent succis aut aquis, infusionibusue eiusdem naturae simplicibus fermentari ac confici, postquam si eiusdem conficiantur pedetentim in siccam & duram substantiam redigere videbuntur, ut constat, considerandum etiam est, quod secuti praedictae substantiae pilularum compositiones

possent eiusmodi compositiones con-
 fici prædictis aquis vel succis ab au-
 toribus inuentis dummodo tamen
 saccharo vel melle prædicti liquo-
 res in formam syropi reducantur
 vti ex Nicolao præposito coligitur
 Cuiusmodi eiusmodi liquores aut sy-
 ropi melle vel saccharo componā-
 tur, nõ vtiq. eorum syroporu atq.
 liquorum materia finit, pilularum
 massa plius iusto exsiccari & indura-
 ri, sed potius in prædicta oportuna
 & selectiori substantia eam conser-
 uat, & præter id etiam si hoc liquo-
 re huiusmodi pilularum massa fa-
 bricetur, melius vtiq. vniuersalis
 compositionis virtus conseruabitur,
 quam si aquis aut succis simpliciter
 componeretur: & maxime vtiq.
 huiusmodi compositionis virtus, co-
 seruabitur, si syropo aut liquore vi-
 lo melle fabricato conficiatur, quã
 si syropo saccharo composito fer-
 mentaretur, ea nempe ratione quã
 mel magis est rerum conseruatiuũ
 quã saccharum, vti lib. 6. mihit
 professõ enucleabitur, ex quibus o-
 mnibus colligitur plane satis, quã
 pilularum compositiones per ventrẽ
 soluentes substantiam exigunt, &
 quibus liquoribus eadem fabrican-
 da ac conficienda fuerint.

**De leni & aspera sub-
 stantia. Cap. 11.**

Lib. art.
 med. c. 67
 Lenitas
 unde con-
 urgit.



Lenitas seu medicame-
 torum substantia le-
 nis, docente Galeno,
 corpus æquale est, hoc
 est lenis, ex cuius vtiq. corporis
 æqualitate substantia ipsius leni-
 tas proficiscitur, quã alias lubri-

tas dici posset, quã igitur lenis seu
 lubrica substantia, ea est, quã æqua-
 lem blanditiã & lubricitatẽ in se
 continet, cuius vtiq. rei tactus, ve-
 rus iudex existimandus est, vti con-
 stat, quã sane substantiã sibi vedi-
 cant, vt agaricũ, colocinthis fuma-
 ria absinthium elaterium, amillũ
 cerusfolia, fenigrea decoctũ, traga-
 canthum, &c. Huiusmodi vtiq. *Serm. 7.*
 medicamenta ex Aetio lenia appõ-*cap. 103.*
 lantur, hoc est æqualis corporis, quo-
 niam quo ad sensum tactus lenita-
 tẽ & lubricitatẽ in toto æqualiter
 corpore continenda, adeoq. lenitas
 æquale corpus censenda est, si qui-
 dem ipsa tactione æqualem sensõ-
 tionem in toto vniiformiter medica-
 menti corpore experimus: Est autẽ
 quantum opinor considerandũ, vt
 æquale siue lenis corpus recte qui-
 dem & molle dici posset, postquã
 lenitas ipsa lenitõis tactus, haud ca-
 luer quã mollitudo cedere videtur
 nõ tamen mollitudo omnis lenis
 corpus censenda est, darimã quã
 poterit medicamentũ aliquod sua for-
 ma liquidum siue molle, quod qui-
 dem nec lenis corpus iudicari possit,
 si quidem quo ad tactus sensũ nõ
 omnino æquale apparet, vti id
 antidotis in forma liquida paratis
 experiri licet, vnde si lenis est &
 molle quidẽ censendam erit, nõ tã-
 men si molle fuerit, lenis in totum
 iudicabitur. Substantia igitur medi-
 camentorum aspera seu dura, illa no-
 bis censenda est, quã asperitatem
 quo ad sensum tactus, simul eũ du-
 ritie continet, quã enim substan-
 tiam tantum exposcunt rabarbarũ,
 & mirebolani, si quidem eadẽ medi-
 camenta asperitate siue duritiẽ solu-
 nasci tenentur, quibus vtiq. leni-

Aspera
 substantia

tas asperata incommodum infert, nõ
 tamẽ id inferret si agarico asperita
 requir, colocinthis, nec non & ab-
 sinthio, & consimilibus: hisce naq.
 lenitas associata fuerit, in sui ger-
 minatione ea medicamenta, ad in-
 colamium latius declinare faciet,
 hæc enim natura sua si electa fue-
 rint, lenia nasci debent, sed tamen
 si forte medicamenta dẽtur aliquot,
 quibus concedatur aut lenitate vel
 asperitate posse nasci. Hæc vtiq.
 lenitas faciunt, præ ceteris selectio-
 ra esse nulli erit dubiũ, quando qui-
 dem medicamenta lenia citius præ-
 parationi quã ab arte fit, quã aspe-
 ra obediunt, docente Gal. parte sus-
 periõ medicina his artis citata, aspe-
 rum enim ac durum in æquale cor-
 pus esse athenat, cuius deniq. cor-
 poris asperitas, ex eius duritiẽ in æqua-
 litate reuera producitur: vnde cen-
 tem enim est, durum corpus, quoad
 sensum tactus in æqualitate in se re-
 tinere, vti constat de rhubarbo,
 quod vtiq. in toto eius corpore ve-
 tri tactu deprehenditur in æquali-
 tatem habet.

**De diuersis medica-
 mentorum naturis. Cap. 12.**



Quoniam superioribus
 de medicamentoru ma-
 teria atque eoru diuer-
 sis substantiis perstrin-
 gimus, in præsentia cõsequẽs erit,
 pro eorum integra declaranda do-
 ctrina, de ipsorum diuersis naturis
 siue proprietatibus declarare, &
 prius quam de eorum medicamen-
 toru naturis differuerim, postquã
 circa naturam nostra est inquisitio

de eius naturã rationẽ non nihil
 perforutauimus. Primum enim ex-
 planando quid natura fuerit, & tã-
 dem quid per naturã nobis impræ-
 sentiarũ intelligendum sit. Natura
 igitur quẽ nullibi frustrata cõpe-
 ritur, reitante philosopho lib. 2. d.
 physic. auscult. cap. 1. Primũ prin-
 cipium est motus vel quietis eius
 in quõ est per se, & non secundum
 accidens, cuius particularum difi-
 nitionis tantum compendij gratia
 illam in qua per se & non secundũ
 accidens dicitur, interpretare cona-
 bor: dicitur itaque in præsentia na-
 turã diffinitione, per se fit, non
 secundum accidens, ad differen-
 tiam artis, medici nempe ægrotan-
 tis, qui quidem se ipsum sanans, suę
 vtiq. sanationis in seipso, inest
 principium, non tamen per se, sed
 ex accidenti, medicus namq. non
 per se sanatur, videlicet quatenus
 medicus est, sed in quantum ægro-
 tus fuerit, cui accidit medicum esse.
 medico igitur ægrotante suę sana-
 tionis principium ex accidenti est,
 non autem per se: tunc enim quis
 sanari dicitur, quando à morbo per-
 fectẽ liberatus fuerit, vnde sanatio
 perfecta erit liberatio seu legitima
 morbi curatio, quibus intellectis
 per naturam philosophicẽ formã
 seorsum & materiam intelligere te-
 nemur: vnde, autore philosop. du-
 plex natura nobis demonstratur, spe-
 cies scilicet, hoc est forma & mate-
 ria. Est tamen forma multa aliter
 quã materia natura, forma nãque
 quatenus actus est, natura dicitur,
 materia vero in quantum potentia
 ad recipiendum eiusmodi specificũ
 actum seu formã: diuersimodẽ igitur
 forma dicenda erit natura, quã
 materia

Philoso-
 phice na-
 tura quid
 Authore
 Arist. li.
 3 de anim.
 c. 5 & li.
 de cel &
 mun. 2. c.
 11.

Docentẽ
 Aetio ser-
 14. c. 5.

Li. 2. phi.
 c. 2.
 Duplex
 natura.

De medicamentis

matéria: Est tamen considerandum, quod quantumvis forma & seorsum materia, natura dicantur, non ideo sequitur quod utraq; simul natura dicenda fuerint, sed à natura, hoc est naturale ens, quodlibet ergo ens naturale, ex forma & materia constituitur, & dicitur ens quoniam existit naturale vero, quia ex naturis producit ex materia scilicet & forma, quibus prælibatis superest interpretandum aggredi, quid medicine natura fuerit. natura igitur, medicine dice, docente Cicerone de deorum natura vis quedam est ordinis ac orationis particeps. Galenus enim naturam esse inquit, quandam facultatem, quæ animal ipsum gubernare dicitur: vnde eodem item dicente Gal. virtutem omnium aggregatrix natura dicenda est vniuersum nempe corpus regens, ab Hippo. robur seu facultas natura dicitur, quæ actionum est causa, quæ sane absque ratione, motus in corpore, necessarios ciet, vnde non esse rationis participem contra Ciceronis doctrinam dicemus: multis ergo modis natura ipsa ex communi medicorum consensu dicitur, docente Gal. scilicet aliquando pro facultate naturali summitur & nonnunquam pro consuetudine, quæ non parui momenti est ad omnia, & interdum pro habitu: aliquoties vero pro temperie, & non paucies pro compositione, sicuti & milles pro nativo calore, in qua quidem acceptione definitur ab Actio natura, sermo. 3. c. 8. vbi inquit, natura facultatis est robur, & in nobis insitus atque innatus calor, qui utiq; sanguis & spiritus est, quibus totum animal gubernari dicitur, vnde natura nostra sanguis & spiri-

Ens naturale quid.

Lib. 1. de cau sinto. & li. 6. c. 1

Notatur Cicero.

li apho. 3. et li si ut. medi.

Natura multifariam dicitur.

Innat. calor quid.

tus dicenda est, postquam eisdem animal mal gubernari & moueri dicitur, quibus consequitur quod natura æquiuocum nomen dicenda sit, quæ ergo ratione quid per naturam in præsentia nobis intelligendum fuerit, explanare expedit, in præsentiarum ergo summitur nobis natura eo modo quo summitur ab Hippoc. toto illo de hominis natura lib. & 2. Aphor. 33. vbi naturam temperiem appellat quæ ex primis quatuor oritur elementis, quæ ergo cõsimili ratione in præsentiarum per naturam intelligimus, quæ ex mixtione primorum elementorum temperaturam in simplicibus medicamentis resultat, siue ea calida siue frigida, humidave seu sicca fuerit, vnde sequitur nos in præsentia capite cõplexionem seu temperamentum ex primis elementis fabricatum nominare naturam, cuius temperamenti ratione, quadumplex sortitur medicamento natura, de quibus itaque quatuor in sequentibus explanauimus, sed tamen quandoquidem ex tali medicamentorum temperamento, talis cõsurgit eius natura, oportet prius quam de ipsis naturis perstringerimus, quid id temperamentum fuerit, declarare. Temperamentum igitur ex primis quatuor elementis, cõmensuratio seu proportio quedam est, & hoc utique temperamentum, id est quod primo ipsis simplicibus medicamentis à natura fortitur. nos enim temperamentum aliud, & naturam in antidotis fabricamus, quod quidem ex actione & mixtorum passione resultat, videlicet quando diuersarum intentionum simp. medi. parandis antidotis associamus, ex quorum itaque medicamentorum mixtione quedam

Sanguis et spiritus natura dicitur.

Temperamentum natura quid.

Temperamentum artificiale.

Temperamentum quo ad pondus quid
Alteratione qualitate
Motiuæ lib. 1. de san. tuend. temperamentum, quo ad pondus de imaginatione non reddatur.

quedam cõsurgit proprietas atque temperamentum pro nostro arbitrio paratum. Temperamentum denique duplex nobis existimandum erit, quo ad pondus scilicet, & quo ad iustitiam. Temperamentum ergo quo ad pondus illud est, in quo æquale-mentorū portio & intensio adiuuenitur, & dicitur quo ad pondus temperamentum, quia alterates qualitates, caliditas scilicet, frigiditas, humiditas, & siccitas, & motiuæ grauitas nempe & leuitas, æquale habent intensiõis, grauitatis, & leuitatis portionem, quod utiq; temperamentum imaginatione potius quam re, reperiri coniector, quandoquidem idem ex Gal. colligitur, dicente temperamentorum, quoad pondus temperamentum imaginatione potius quam re subsistere creditur. Est reuera nobis impossibile quamuis à natura id fabricari possibile fuerit, vllum adiuueniri medicamentum, in quo æqualis sit qualitatum alteratio, & mouentium portio, atque cõmensuratio, ita ut quodam modo ad aliquod earum latus declinare non videantur, res utiq; est, difficilis creditu, & ob id de ea mihi non amplius. Temperamentum igitur quo ad iustitiam, id est, in quo quidam ita proportionantur elementa contraria, ut eorum ratione quidpiam in optima suæ speciei dispositione aut prope illam esse dicatur: cõuenit utiq; huiusmodi temperamenti proportio, tam animalium naturæ, quam plantarum, adeoque quando animal huius elementorum proportio nis ratione, in optima dispositione cõseruatur, aut saltem prope illam, tunc enim quo ad iustitiam temperatum esse dicemus, quoniam iuste &

Temperamentum quo ad iustitiam quid.

sine cõtrouersia in eo elementa proportionantur, ac cõmensurationem retinent, & notatè aditur in eius, modi temperamenti diffinitione, particula prope illam, videlicet ut eius particule ratione intellexerimus quoad iustitiam temperaturam, latitudinalem esse: quibus explicitis considerandum est, quod tam animalibus quam plantis duplex potest fortiri temperamentum, scilicet geniuum & sibi proprium aut acquisitum & extrinsecum. Temperamentum igitur in animalibus & plantis geniuum & proprium, id est quod singulorum, substantialis forma prima sua germinatione à natura acquisiuit. Extrinsecum vero siue acquisitum id erit, quod ab extrinseco accidit, seu acquiritur videlicet per rei alterationem, aut eiusdem augmentationem & nutritionem. Cum itaque animal ab aliqua externacausa alterationem recipit, quid clarius erit, quam quod eius propria temperatura alterationis ratione mutetur, Præter id etiã cum animal nutritur & augetur, ætatem mutationem recipere debet, futuræ ætatis ratione: ex cuius utiq; ætatis mutatione acquiritur acquisitum temperamentum, id utique in plantis colligitur, postquam artis industria multoties acquiritur denuo temperamentum ipsis simplicibus medicamentis videlicet coctionis ratione, lauationis, infusionis, aut denique contriotionis, temporis, ve mutatione, aut ipsorum medicamentorum gratia repositionis, & cõseruationis, aut denique eorundem associationis, borago utiq; & buglosum temporis mutationis ratione, cum exsiccatur suam propriam temperiem & virtutem

Proprium & geniuum temperamentum

Acquisitum

tutem

tutem amittunt, & multa alia: viola autem & aliqua eiusdem generis cum teporis ratione exsiccantur, siccitatem acquirunt, quantumvis primario humida fuerint, repositio nis etiam gratia potest propriu & genuinum simpl. medi. temperamē tum amitti, & denuo aliud acquiri, & tandem idē fieri poterit, ipsorum medicamentorū associatio nis ra- tione, autore Auicena dicente, mul- toties simplicibus medi. à proprio diuersum & acquisitiuū adquiritur tēperamentū per alterius associatio- nē, idcircoque milliēs medicamēta riorū asso- frigida, aliorū associatione fiunt ca- ciatio. me- lida, & calida frigidorū vicinitate frigida, sicuti quando associatur dica. pro- aliud medi. frigidum, cum laser priū mu- tatur tem- peramētū picio Euforuo, aut Castoreo, tunc vtique frigidum medi. calidam ac quisuit temperiem: si vero cum Gā phora aut consimilibus medicamē tis, calidum associetur, fiet quoque frigidum. quod quidē temperamen- tum minime proprium appellan- dum erit, sed acquisitiuū, & extrin- secum, siquidem extrinsecus acci- dit, quibus pralibatis superest, de naturis siue medicamentorum pro- prietatibus, quæ ex temperamentis diuersis producuntur, verba face- re, & ne igitur huiusmodi proli- xa doctrina, vnico capite compre- hensa aliquibus videatur, eam 4- capitibus intercidendam censui.

li. 2. trac. c. 5.

Excontra riorū asso- ciatio. me- dica. pro- priū mu- tatur tem- peramētū

De prima immode

ratorum medicamentorum natura. Cap. 13.

Siquidem immoderatorum med. facultatibus & naturis parte plu

rima, morbis medemur, id cir- eo opere præcium de eis verba fa- cere duxi, quorum itaque medica- mentorum natura quadrifariā sum- mitur, quatenus ad primam ipsorū virtutem & operationem attinet, vti ex Gal. docetur, de quibus sin- gulis capitibus dicendum arbitror, ideoq; in præsentia de prima eorū medicamentorum natura siue pro- prietate cōtractatur. Prima igitur natura quæ ex immoderatorū medi. temperamento resultat, illa est, eo- dem interprete Gal. quæ nulla suæ substantiæ parte permutata, sed po- tius tota integra manente exupera- re valde vniuersum corpus habet, ideoque obnoxia iudicatur ad ani- mantium naturam seu dispositionē optimam corrumpendam, quare eā deletheriam, perniciosam & pestilē- tem esse iudicauimus. hac enim na- tura prædita sunt medicamentorū, quæ præ graui sua frigiditate valēt humanam naturam deuastare atq; vitam in mortem commutare, eius- modi sane medicamenta innatum calorem, hoc est naturam nostram extinguunt, præ sua nimia frigidita- te. hæc enim obstruunt & cohibent meatus & vias per quas animalis facultas vniuerso corpori sensum & motum tribuit, præfocationem etiā & facultatis vitalis extinctio- nem inducūt, naturales autē actio- nes impediunt, ipsarum cōtionū instrumenta stupefaciendo, vide er- go quantum confert de huiusmodi naturæ cognitione contractasse cō- flat, itaque huiusmodi natura cicutæ, cui vtique lethale venennū inest, quoniam prægrandi sua fri- giditate in mortem vitam cōmuta- re, docente Dioscoride habet, ha- bent

li. 3. de te- per. c. 4.

li. 4. c. 79

Docente gal. li. 3. de sim. med. facul. 79

lib. 25. c. 11

3. mandro- gora spe- cies datur

Historia quid.

Mandra- gora hi- storia.

best. etiam naturā hanc apolinaris herba semen, & opium necnon & mandragora, ac denique eiusdem farinae reliqua, quæ sanè medicamē- ta omnia, deletheria, hoc est vene- mola ceterida sunt, quorū omnium medicamentorum, de mandragora tantum, aliquot non expendā de- clarare non grauabor, mandrago- ra ergo quæ magna ex parte plan- tibus Italiae locis gignitur, duas con- tinet species, quarum prima foemi- na Thridacias dicta, & nigra exis- tit, secunda vero mascula quibus- dam noriom vocata & candida di- citur, docente Dioscoride, libr. 4. cap. 76. necnon & Plinio, quas qui- dem non paucies ego, collegi, mini- me vero ab hisce tertiam illam spe- ciem quam Theophrastus assignat lib. 6. de plant. hist. cap. 2. quæ eo- dem autore nigūm gerit fructum acinosum, necnon & sapore vino- sum. Quare nisi huius cemedi ter- tiam speciem longe à prioribus di- uersam & distinctam rem iudicau- rimus, circa mandragoræ species Dioscoridem & Theophrastum di- sidere non dubitauimus, vti ex eo- rum sermone constat, vanum autē esse existimo credere mandragorā, humanam formā ex sui natura re- præsentare, etiā si quidam fuerint, qui mandragoram humanam for- mam representare declararint, pro cuius rei vera intelligentia, eius mā- dragoræ historiam, que rerum anti- quarum expositio est, in integrum declarare curabo, ideoque absurdū quidem est in mente cōcipere pos- se, mandragoræ iocosam fabulam, humanam formam designare, quā- obrem pro virili nostra, eiusdē mā- dragoræ veram historiam & inter

pretationem in præsentia declarā- bo, qua pro re sunt non pauci exi- stimantes, licet falsè mandrago- ram, humanam formam indicare, ea nēperatione vt opinor, quia ex pictoribus sic disposita in vltu est, vnde credo equidem non paucos errandi ansam captasse, intelligen- do nempe quod ita res sicuti ex pi- ctoribus depingitur, in rei veritate se habet, vnde quidē mandrago- rā, humanam speciem representare intelligerūt, propter pomum nem- pe abelianarum similitudinem refe- rens, quod vnā cum radicibus eucl- litur, vnde quidē Pithagoras mā- dragorā ipsā ἀνθρώπου μορφῶν, hoc est humanā formā dictitauit, sed qua ratione alij existimarint mādrago- rā similitudinē humanæ formæ ex- acte representare explanare censeo: pro cuius rei expositione intelligē- dum est; quod non pauci satre seu veritatis detractores, qui gratia po- puli vocem captandi mandragoræ radicem erradicarūt, qua collecta quandoquidem aliquam ea simili- tudinem cū media humana forma representasset, determinarūt vtique; siquidem eiusmodi radix substantiā crassa fuerit, scrutari qua via & mō- do radicem eā omnino humanam formam representare cōplere possint, ita quidem vt exacte humanā effigiem ex radice illa eformare se se ostenderent, qui denique absque dubio determinarūt, ordeacea gra- na, vel alia eis consimilima per su- premam ipsius radicis partem affi- xere: tandemq; ipsam subterrābāt, ibique certo tempore vsquequo hy- miditatis ratione prædicta femina sursum pululassent, obseruabāt, ac veluti comas deorsum & capilla- menta

menta quædam ab radice edidif-
sent, & tunc utiq. eam refodiebāt,
quæ denique cōmata iam cum esset
vt capillorū & baruæ vicem suple-
rent, sculptorū more cultelo, vel
alio aliquo instrumento rei obno-
xio in ea os, nasum, oculos, & super-
cilia, necnon & aures, atq. reliqua
quæ pro humana forma conferunt
cōparanda figurabant, quibus per-
actis radicē eam humanæ formæ si-
militudinem exacte representare
facitarunt, in cuius autem radicis
defectu idem in vitis albæ radice
alphecera alias dicta fingebāt: qua
itaque radice sic fabricata corū nē-
pe artificiosa cōiectura, nebulones
non pauci, eam per diuersas totius
vniuersi partes vagabantur, tū vt
popularem auream captare possent
tū etiam sui lucri gratia, & melius
quidem sui sceleris gratia dixerim
de qua quidem delatores illi maio-
ris lucri causa, non pauca vtilia &
quæ in admirationem magnā rape-
re videbantur promittebant, & ele-
gantius quidem dixerint, si ea risu
digna declarauerint, idq; conaban-
tur quantum coniector, vt rem au-
ream ab imperitis extorquere pos-
sent. & hac igitur ratione huiusce-
modi communis mandragoræ fabu-
la in vfu remansit, instultis tamen
& illis quidem, qui memoriā
nec literis mandarunt, vnde per
planum cuique mortaliū fiet, quod
mandragora minime quantum in
ipsa est, humanam formam repre-
sentat, hæc tandem pro mandrago-
ræ fabulæ declaratione obiter di-
cta sufficient, quæ autem mandra-
gora quibusdā circeium dicta, præ-
dicta natura dotatur, ea nempe ra-
tione, quia docente Galeno vin-

centem perfrigeratoriam facultatē
habet: necnon & Actio, sermo. 1.
cuius denique substantia si in cor-
pus intraverit, præ nimia sui frigiditate,
mox soporatoriam vim inferret,
ita vt charum aut lethargum inducat,
vti ex eodem Actio & Paulo lib. 5. cap. 45.
demonstratur, cuius verba sunt, sopit etiam
proctus malo sopore, si potetur madra-
gora. Comitatur item langorem et
exolutionem expugnabilem que somni
necessitatem veterum morbum, siue
lethargum alias dictum. Est autem
consideratione dignum quod eiusce-
modi medicamenta mādragora nēpe,
hosciami semen opium, & reliqua
eis consimilia, quæ hac prima natura
dotantur, nequaquam toto genere
deletheria dicenda sunt, sed quantitate
solum: vnde colligitur quod *Δυληνείον*,
hoc est medicamentū venenosum siue
mortiferum duplex nobis apparet
scilicet deletherion quantitate solum,
aut toto genere, de quibus penultimo
huius capite verba faciemus, in præ-
sentia vero declarabitur de eis, quæ
quantitate solum deletheria vocantur,
quæ sane medicamenta quantitate
solum deletheria dicenda sunt, ea
quidem ratione, quia si in pauca
quantitate eadem medicamenta
assumantur, nequaquam memorabilem
noxam inferunt, docente Galeno,
cuius verba sunt, eorum utique
medicamentorum quæ frigiditate
sua interimunt, nullum enim
genere lethale est, sed quantitate
solum. Quantitas enim supra
exigentiam naturalem transgressionem
efficit, & multis modis nocumenta
infert, docente Damasceno, alias
Mesue dicto, vniuers.

Lib. 7. de
sim. medi-
camentis
cap. 97.

Deletheriorū
medicamentū
duplex

Lib. 3. de
sim. medi-
facul. ca.
18.

vniuersi. can. non igitur immerito
si huiusce modi medicamenta, aut
eiusdem generis reliqua, in multa
quantitate assumantur, humane na-
turæ nocumentum non paruum in-
ferrent: attamen qua ratione huius-
ce modi medicamēta quantitate so-
lum vitam in mortem commutare
habeant explanare nitamur: ideoque
haud aliter quidem quam viridia
ligna ignē extinguere habent, præ-
dicta deletheria medicamenta præ
sui nimia frigiditate in mortem vi-
tam commutare dicentur, vt constat.
Dicuntur igitur huiusce modi
medicamenta iure optimo deletheria,
si quidem id ex lactuca docen-
te Gal. demonstratur, cuius verba
sunt, lactuca dum sua frigiditate,
cor ipsū refrigerauerit, certe inter-
ficiet, quæ vero à naturali calore con-
coquitur, animanti alimentum effi-
citur, quod utique sic intelligendū
est, videlicet vbi dixit, si lactuca
cor ipsum refrigerauerit, interficiet
intelligitur, si ea in multa quan-
titate assumpta fuerit, si quidem
eius nimia frigiditate tunc cordis
calorem nimis refrigerauit, quoniam
multæ quantitatis ratione, multa
coacerbatur frigiditatis copia, sus-
ficiens utique vitalem facultatem
extinguere, quando vero dixit, si
à naturali calore concoquitur ani-
manti alimentum efficitur, id e-
nim intelligendum erit, quando
quidem in pauca quantitate lactuca,
vel eius succus assumantur. Pauca
namque medicamentorum quan-
titas, huiusce modi naturam habentium,
facile utique nostro innato calore
superatur. Ad quem igitur modum
acuta videlicet & mandragora,
necnon & hosciami semen,

Qua ratione
lactuca inter-
rimat.

atque papauer, & reliqua eiusdem
generis habebunt facultatem vitæ
in mortem commutandi, vnde ma-
nifeste colligitur, quod huiusce-
modi medicamenta prima natura
comflata, quantitate solum deletheria,
hoc est, venenosa atque mortifera
dicenda sunt. Et hæc igitur pro
prima immoderatorum medicamentorum
natura interpretanda dicta sunt.

De secunda immoderatorum medicamentorum natura.

Caput. 14.



VPERIORI
capite de immoderatorum medicamentorum
natura dilucidauimus, quæ in
valde frigidi-
tate

peramenti medicamentis adinuenitur,
nunc vero de secunda ipsorum
medicamentorum natura disceptandum
sequitur, quæ etiam si in medicamentis
frigidis reperitur, non tamen ea
medicamenta memorabilem noxam inferre
valēt, quæ itaque natura illa erit
quæ medicamenta frigida sua facultate
secundum obstitentis naturam mutuo
agunt, & patiuntur, non tamen
interimunt, sicuti & medicamenta,
quæ prima dotantur natura, sed
potius quoddam temporis interstitio
à nostra superantur natura, & tandem
ea medicamenta in nutriti substantiam
commutatur. Quæ igitur medicamen-

L ta

huiusmodi natura conflantur, alimentosa dicenda sunt, siquidem nutriti similitudinem accipere nata sunt, medicamentorum utiq. illa quæ sui natura in similitudinem aliti convertibilia sunt, alimentosa censenda erunt, ut sunt, cassia fistularis nigra, manna, erocus, & reliqua eiusdem generis, quod utique ex Avicennæ doctrina demonstratur fen. 2. pri. cap. 15. quæ vero medicamenta in nutriti substantiâ nullatenus ex sui natura convertibilia sunt, minime alimentosa dicenda erunt, sed simpliciter tantum medicamentosa. dicitur autem medicamentum alimentosum, quoniam etiam si naturam permutare possit est tanta in agendo sui benignitas, quæ a nostro genuino calore vincitur, & tandem surdis positionis causa, nutriti substantiâ adauget cuius etiam generis sunt lactuca, portulaca, & ferriola, & merito quidè huiusmodi naturâ habere, cassiam fistularem manna, necnon & tamaros Hydros prædiximus, si quidè ob sui benignâ operationem nutriti viæ supplere possunt, & hoc intelligendū erit, si post eorū assumptionem multū temporis spatium absq. vitius vsu duraverit: tunc enim natura ob alimentum indigentiam eiusmodi medicamenta in nutrimenti substantiâ propter eorū nempe benignâ & mitè facultatem convertit, quare oportet pervigili cura huiusmodi medicamenta corporibus administrare, videlicet ut consideremus, ne multo tempore egrotantes ab eorum exhibitione a cibo abstinuerint, ne videlicet in nutriti substantiam convertantur, cibo namque toto tempore assumpto nutritur natura,

Alimento sum medicamentū.

& sic non agit in medicamentis substantiam, ideoque eiusmodi medicamenta post cibum suam assequuntur operationem, postquam ex nature actione non impediuntur, quam ob rem considerandum est, quod duabus aut tribus horis ab exhibitione horum medicamentorum transactis, victus ratione utendum erit. Considerandum etiam est, quod de medicamentis expurgantibus, idem quod ex benignis dictum est, intelligi poterit, & hoc si post sui exhibitionem in pauca quantitate seu in in debita dosi exhibeantur. Medicamenta ergo expurgantia ut antidotum à succo rosarum Nico. & Mesues, de dactylis etiam de psillio, ac denique de prunis, si non in debita dosi sed potius in pauca exhibita fuerint, frustrabitur forte eorum operatio. quare medicamentorum partes omnes tunc corpori alimentum præstare possent, & aliquando memorabilem noxam, quæ sane doctrina ex Gal. demonstratur, cuius verba sunt. Si medicamenta expurgantia intra corpus assumpta fuerint, & tandem suam operationem non adsequantur, quedam eorum malum nostris corporibus inferunt, quedam vero alimentum exhibent, unde colligitur quod medicamentorum quedam in nutriti substantiâ converti possent, quedam vero malum inferret, unde etiam sequitur quod si medicamentis expurgantibus operatio retardaverit, ut non ideo a cibo usque dum medicamentum inceperit abstinendum erit, potius tamen consilior ante eius operationem victus ratione utendum esse: ut itaque natura cibi ratione refocilata non agat in pharmaci substantiam, tandemque idem pharmacum suam adipiscatur operationem

Lib. 3. de sim. med. facul. c. 25 & li. quibus med. pur. c. 7

nem, unde dananda venit illorum opinio asserentium, quod a sumpto expurganti medicamento, si eius operatio retardaverit, retardanda etiam erit, usque dum operetur ciborum exhibitio, dicentes ut opinor, ne distrahatur natura ab opere suo, dicendum potius erit quod eo tempore nullatenus natura a suo opere distrahitur, sed potius cibis refocillatur, ut tandem medicamentis, seu proprijs eius instrumentis quod decens fuerit perficiet. Tunc enim natura a suo opere perverti dicitur, si quando intenta est operationi citra defectum alimenti ipsis cibis diuertatur: non enim distrahitur, natura ab operatione sua ciborum ratione si eisdem ut nutriatur & refociletur indiget, sed potius tunc præserbatur ne natura in pharmaci substantiam agat. Qua ratione pharmaci operatio non impeditur, sed potius paulo post refocilata iam, suam complet operationem, sequitur ergo quod expurgans medicamentum quantumvis naturæ contrarium fuerit, quod poterit a natura nostra superari, & forte eo nutriri, dummodo id ex longa consuetudine præcesserit: habet utique consuetudo deleteriam medicamentum nostre naturæ familiare efficere, docete Gal. lib. 3. de simp. medi. facul. c. 17. consuetudo sane, auto. Hip. necnon & Gal. libr. de acre aquis & locis, vna cum philosophi & Auerrho. sent. lib. 1. physic.) natura altera est, poterit ergo & merito rerum longa consuetudo rei temperiem & naturam longe a priori diuersam permutare: quibus exploratis dicendum superest, quod hac in secunda medicamentorum natura collocanda quoque sunt frigida medi-

Quando natura distrahitur a suo opere.

Lib. 2. de te. in prædicamentis.

Consuetudo.

camenta, quantumvis alimentosa non fuerint, dummodo agant & partiantur usquequo suam debitam adipiscantur operationem, tum etiam dummodo nec naturam nostram valde exuperare possint.

De tertia immoderata

ratorum medicamentorum natura. Cap. 15.

Actenus de prima & secunda natura, quæ in medicamentis frigidi temperamenti reperitur, differimus, sequentibus vero duobus capitibus, de tertia & quarta medicamentorum natura, quæ in medicamentis calidi temperamenti adinuenitur disceptauimus. Tertia ergo eorum medicamentorum natura intelligenda nobis erit, quæ uniuersum corpus permutare potest, post cuius permutationem statim erat paulo post putrefactionem, & ipsius corporis corruptionem inducit, in quo utique a prima natura differre dicitur, prima namque natura, etiam si corpus permutet, non tamen mox putrefactionem nec corruptionem infert. Quae igitur tertia natura temperamenti calidi medicamenta dotantur, uti sunt aut auropigmentum, arsenicum rubeum alias dictum, chrisocola, vorax aliter dictum, cantharides & reliqua eiusdem naturæ, huiusmodi sane medicamenta, erodendo, & putrefaciendo, corporis permutationem inducunt, ita ut tandem egrotum ipsum statim moriturum intellexerimus ideoque catharides, quibusuis exhibitæ fuerint, grauissima in eis efficiet symptomata, ab ore vi-

delicet ad besicā vsque cūcta erodi
 sentiuntur, docente Dioscori. qua-
 propter cantharides & reliqua eius-
 dem naturæ, toto genere medica-
 menta deleteria seu venenosa, ac
 mortifera dicenda sunt, autore Ga-
 leno. Iure ergo optimo huius-
 ce naturæ medicamenta venenosa
 & mortifera appellanda sunt, post
 quam naturale ac proprium tempe-
 ramentum ad exitiosam corruptio-
 nem permutare habent. medicamē-
 tum igitur venenosum siue perni-
 ciosum, docente Auicena, illud est,
 quod naturalem complexionem,
 ad superfluam corruptionem con-
 uertit, contrarij solum ratione, in
 quo utique differre ab ipso veneno
 dicitur. Venenum namque eodem
 Auicena aptore fen. 2. primi ca. 15.
 quod mutat corpus, & nunquā ab
 eo mutatur, existimatur quod quid-
 dem non solū contrarij ratione na-
 turale temperamentum ad corru-
 ptionem perducit, verum etiam id-
 dem proprietate efficere habet, qui-
 bus habitis huiuscemodi naturæ me-
 dicamenta, non tantū quantitate,
 sed etiam qualitate solum mortem
 inducūt: in quo quidem huiuscemo-
 di tertia natura à priori differt, si
 quidem prima quantitate solū mor-
 tē inducere potest: hæc vero quali-
 tate, & ideo illa prima quantitate
 deleteria dicta fuit. hæc sane toto
 genere, hoc est qualitate & quanti-
 tate simul, multis utiq; modis perni-
 ciosi medicamenti maligna quali-
 tas nocumēta maxima inducere po-
 test, docente Mesue, vnde licet hu-
 iuscemodi medicamenta in pauca
 quantitate sumātur, vitā in mortē
 cōmutare possent, dūmodo nisi sta-
 tim vna cum excrementis è corpo-

Lib. 6. ca. 1. toto ge-
 nere de le-
 teria me-
 dicamēta.

Lib. 3. de
 simp. me.
 facul. c. 21

Lib. 2. tra-
 cta. 1. cap.
 4. Medica-
 mētū per-
 niciosum
 quid.

Author
 Galeno lo-
 co citato.

re excernantur. Certū enim est, si hu-
 iuscemodi medicamenta in pauca
 quantitate fortassis exhibita fue-
 rint, quod ratione alicuius diapho-
 retici medicamenti exhibitionis,
 hoc est, pharmaci habentis faculta-
 tē repellendi venenū, possent per se
 cesum simul cū excrementis excer-
 ni, qua ergo ratione tunc minime
 vitā in mortē commutare possent,
 quoniā in corpore debito tempore
 nec retinentur, quo possint integrā
 ipsi corpori perniciē inducere. Sūt
 ideo medicamēta huiuscemodi nar-
 tura cōflata, quæ dum in corpus in-
 traverint, minime p̄tinus enecare
 valent, nisi debito tempore ibi reti-
 neantur, cuius generis medicamen-
 ta sunt illa, quæ terreneam & cras-
 sam habuerint substantiam, qualia
 sunt hydrargiros, sori, & reliqua e-
 iusdem naturā habentia, quæ utiq;
 docēte Gal. dū nostris corporibus
 inhærenda fuerint, non protinus,
 sed tēporis spatio putrefactionem
 memorabilem inducunt, ex quo se-
 quitur quod toto genere deleteria
 medicamenta latitudinem habere
 censenda sunt, ita vt hæc magis il-
 la vero minus talia dicantur.

De quarta immode-

ratorum medica. natura. Cap. 16.

IN præsentia de quarta medi. im-
 mod. natura explanandū super-
 est, quæ igitur in medicamētis cali-
 di tēperamēti, sicuti & 3. reperitur,
 ideoq; illa erit quæ corpus nostrū
 alterare sua calida facultate potest
 nō tamen erit sufficiēs ipsum corrū-
 pere sicut & 3. qua utiq; natura me-
 dicamentorū quædā dotantur, vt
 sunt camemelum, absinthium, vi-
 tex, borrago, fertulacāpana, althea
 &

& reliqua eandem naturam haben-
 tia, eiusmodi sane medicamenta ca-
 lidam facultatem continent, mo-
 deratam tamen & minime corrup-
 pentem, ita quidem vt suam opera-
 tionem citra corporis noxam & le-
 sionem efficiant, sunt etiam medi-
 camentorum non pauca, quæ in hu-
 iuscemodi natura collocanda sunt
 quorum naturam & facultatem si
 recte perpenderit, calefactricē
 esse adinueniemus, non tamen inte-
 rimentem, nec etiam effatu dignā,
 corporibus læsionem efficiantem,
 cuius cōditionis medicamenta sunt
 vt cardamomum, thiaus epithimū
 vtrumque piper, melantium, & re-
 liqua eiusdem generis, vnde collig-
 itur, quod huiuscemodi natura
 latitudinalis nobis existimāda est,
 ita vt eorum medicamentorū quæ-
 dam magis, quædam vero minus
 calefacere dicantur, etiam si in ea-
 dem natura constituta fuerint, hæc
 tandem de medicamentorum im-
 moderatorum diuisione naturæ di-
 cta sunt. Quam sane diuisionem
 Galenus posuit, quatenus tantum
 attinet, quo ad primam medicamē-
 torum operationem siue virtutem;
 de qua. 5. ca. huius perstringimus.
 Considerandum autem superest,
 quandoquidem in superioribus na-
 turam æquiuocum nomen consti-
 tuimus, eam videlicet pro faculta-
 te, seu vi accipiendō, licet itaque cō-
 muni nomine facultatem medica-
 mentorum appellauerimus, quæ
 calidam facultatem continent, mo-
 deratam tamen & minime corrup-
 pentem, ita quidem vt suam opera-
 tionem citra corporis noxam & le-
 sionem efficiant, sunt etiam medi-
 camentorum non pauca, quæ in hu-
 iuscemodi natura collocanda sunt
 quorum naturam & facultatem si
 recte perpenderit, calefactricē
 esse adinueniemus, non tamen inte-
 rimentem, nec etiam effatu dignā,
 corporibus læsionem efficiantem,
 cuius cōditionis medicamenta sunt
 vt cardamomum, thiaus epithimū
 vtrumque piper, melantium, & re-
 liqua eiusdem generis, vnde collig-
 itur, quod huiuscemodi natura
 latitudinalis nobis existimāda est,
 ita vt eorum medicamentorū quæ-
 dam magis, quædam vero minus
 calefacere dicantur, etiam si in ea-
 dem natura constituta fuerint, hæc
 tandem de medicamentorum im-
 moderatorum diuisione naturæ di-
 cta sunt. Quam sane diuisionem
 Galenus posuit, quatenus tantum
 attinet, quo ad primam medicamē-
 torum operationem siue virtutem;
 de qua. 5. ca. huius perstringimus.

show
 6. ca. 16.
 illud

mentorum substantiam appellare
 consueuimus, eandem itaque medi-
 camentorum facultatem & substā-
 tiam inter se differre declarauimus
 quātumuis, quoad operationes me-
 dicamentorum substantiam multo-
 ties possimus pro facultate vsurpa-
 re. Versatur ergo inter facultatem
 & substantiam differentia hæc, sci-
 licet quod substantia nullatenus in-
 tensionem nec remissionem recipere
 potest, docente philosopho lib.
 prædicamen. cap. 5. text. 26. quare
 nec magis & minus recipere est ap-
 pta. Facultas vero poterit augmen-
 tum & diminutionē recipere, qua-
 re & magis & minus, dicimus uti-
 que medicamentum suæ operatio-
 nis respectu facultatem magis vel
 minus intensam aut remissam ha-
 bere, non autem substantiam, vnde
 inter substantiam & facultatem di-
 ferentia clara & manifesta satis re-
 manet: quibus expositis absolute &
 largo modo, medicamentorum na-
 tura, licet varia & diuersa admodū
 fuerit, possemus utique eam quam-
 cumq; existimauerimus ad nostrā
 doctrinam, & exacte quidem redu-
 cere, uti recte perscrutanti fiet per-
 spicuum satis: & ob id de natura
 eorum medicamentorum mihi nō
 amplius.

Facultas
 & substā-
 tia inter-
 se differē-
 tia sunt.

Finis libri secundus



ANTONII AB ACVILERA

MEDICAE FACULTATIS STUDIO SI

doctoris, de medicamentorum ordinibus,

Liber tertius.

De ordinis integra expositione. Cap. I.



De medicamentis & eorum naturis praecedenti libro pro viribus perscrutauimus quibus nempe medicamenta ipsa calefacere, infrigidare, humectare, & desiccare possint, praesenti ergo libro rationi fuit consonum, quanta distantia id facere valeant explanare: quandoquidem docente Gal. non solum quod medicamenta calefaciant, refrigerent, humectent aut desiccant, intelligere est necessarium, verum etiam quanta distantia, seu a simmetris recessu id faciant, perquirere erit utile, ac maxime necessarium, natura utique munuit rebus quibus gradus & ordines quosdam, quibus ab eo, quod imperfectum est, ad perfectius accedere possit: ad quam itaque quantum coniecter methodum antiquiores medici immoderatis medicamentis, ordines seu gradus quosdam tribuerunt, quibus comprehendere manifeste possimus, quanta distantia, quanteque a temperamentis excessu, immoderata medicamenta calida, nempe aut frigida, humidaue, aut sicca fuissent: vnde iu-

re ergo optimo de medicamentorum ordinibus, siue distantijs, in praesentiarum contrectandam censui, vt itaque eorum exacta intelligentia, manifestam immoderatorum medicamentorum a simmetris seu moderatis remissionem, aut intentionem, nobis comparare valuerimus, prius tamen quam de eis medicamentorum ordinibus, disserere inceperim, vt nostri moris est, quid eorum medicamentorum ordinis gradus, ac quomplex fuerit totis nervis scrutari moliar. in amotis igitur suis distemperatis medicamentis gradus seu ordo qualitatis est cuiuslibet temperaturae supra temperamentum eleuatio: et huiusmodi immoderatum natura quaedam in octo, videlicet aequales partes intentione diuisa (auctore Arnaldo de Villanova, de medicamentorum graduationibus, libro non longe a principio) vnde colligitur, quod huiusmodi ordo excessus aut recessus dicatur, augmentumue aut alicuius alteratum qualitatis fortificatio excedit hercule aut recedit, augeturue aut minuetur alicuius immoderati medicamenti temperamentum, siue

Immoderatum med ordo quid sit.

Qualiter fit maior vel minor subiecti intensio.

ut qualitas, penes maiorem vel minorem aditionis gradus ad gradum vel versus maiorem vel minorem in subiecto erradicationem, cuius ratione medicamentum sua qualitate magis aut minus intensum redditur: vnde oritur quaestio quaedam, vtrum maior vel minor qualitatum intento, penes aditionem gradus ad gradum, aut circa maiorem vel minorem radicationem in subiecto fiat. Quam ergo quaestionem seu scitu dignam interpretare non graua bor, prius tamen quam eam exarate videar, de intentione & remissione pro eius quaestionis aliquot necessaria maiori intelligentia explicar: conabor, videlicet, quid intentio & remissio fuerint, interpretando, & quid proprie aut improprie quod intenditur aut remittitur sit. Intentio igitur fortificatio, est temperamentum & mixti substantialis supra temperamentum ipsum aduarii, dum igitur qualitate sua mixtum substantiale fortificatur, et ipsum eius qualitas magis actuatano vtique intentionem recipere idem mixtum nulli erit dubium: remissio vero substantialis mixti temperamentum decrementum est: cum ergo deprimitur atque mixti substantialis temperamentum remittitur, eiusdem mixti operatio remissa satis reperitur, qua itaque ratioe huiusmodi decrementum remissionem merito dicendum erit, quibus explanatis superest declarare, quid proprie fuerit: id quod intentionem aut remissionem recipere est natum, id ergo proprie intentionem recipere est aptum, quod intentionem subiectiue recipere dicitur. Vnde substantiale mixtum, id erit, quod

Intensio quid. Remissio quid.

proprie intenditur, si quidem subiectiue id intentionem recipit, docente philosopho praedicamentorum lib. cap. de substantia, id vero improprie intentionem recipere erit natum, quo extensam solum recipit intentionem, ita vt adueniens gradus, & subsequens, in eodem subiecto primo fuerint, qua ergo ratione gradus vt duo vel vt tria. & caliditatis, frigiditatisue, humiditatis, aut siccitatis, cum sibi ipse de nouo equalis alius aduenit gradus ante eius intentionis excessum, resultauit, vt ex eis gradus dupla proportione maior, itaque si gradus adueniens vt duo fuerit, & subsequens quoque vt duo resultauit, certe in substantiali mixto gradus ex eis vt quatuor: & hoc itaque modo primus gradus, vt 2. intentionem coextense recipere dicitur licet improprie vt constat, dicitur itaque huiusmodi gradus aut alius sibi similis, improprie nitendi, quod ergo de remissione impropria & propria dicendum erit. Id namque proprie remitti dicitur, quod subiectiue remissionem suscipit: illud vero improprie, a quo deprimitur, per solam extensionem, fortificatio. En igitur quid proprie aut improprie intentionem vel remissionem recipere dicatur: quibus praebatis ad praedictam quaestionem diluendam aggredi est necessarium. Queritur igitur vtrum maior vel minor qualitatum intentio, penes aditionem gradus ad gradum fiat, vel circa maiorem, vel minorem in subiecto erradicationem, pro cuius quaestionis expositione, duae sunt opiniones, quarum prima est dñi subtilis

Substantiale mixtum proprie est quod intenditur.

Certum quod gradus quod improprie remittitur aut intenditur est.

Quaestio aduertenda.

Scoti subtilis opinio.

Scoti, & secunda est diui Thomæ, tenet igitur subtilis Scotus quod huiusmodi intensio, penes aditionem gradus ad gradum attenditur, cuius utiq. sententiam insequuntur Guillelm. Oran. Grego. de Arimino, & Calculator Suyfet. Ioannes Buridanus. & Albert. de Saxonia, Marsilius etiam, & Forlibienses de nique Iacobi, omnes simul asserentes quod maior vel minor intensio penes aditionem gradus ad gradum attendenda est, quam sane opinionem insecutus Paulus de Venetia multis rationibus cõprobat, affirmat ergo subtilis Scotus penes aditionem gradus ad gradum intensio attendenda esse, intelligit itaque per eiusmodi aditionem dominus Scotus nouum caloris gradum realiter à producto calore distinctum; quibus intellectis, sic subtilis Scoti opinionem expono: dato nãque casu quod in aliquo passo ad summum gradus. 8. caloris sint, & postea, vt. 6. idẽ passum habuerit, tunc aperte satis sequitur, quod illa aditio ipsius passi realiter distinguitur ab ipso subiecto, antea namque passum calidum erat vt. 8. nũc vero vt. 6. est. Aditiones igitur hæc realiter à subiecto distinguntur, & ex consequenti huius additionis respectu, substantiale mixtum magis aut minus intensum reditur, vt constat, sicuti namque cuiuscumque actio in reali, debet alia realis entitas correspondere, pari quidem ratione intensio veluti actio, alia realis entitas correspondere debet. Sequitur ergo & merito, quod per eam subtilis Scoti aditionem tenemur intelligere realem quandam entitatem à calore producto, in ta-

Lib. deg. et corru. pt. cap. 2.

li subiecto distinctam ita ac si compendij gratia dixerim, quod intensio per gradus ad gradum aditionem in subiecto adequato fit, sicuti namque qualitas in partes secundum extensionem diuisibilis est, ita erit & diuisibilis secundum intensioem, quibus intellectis, erit domini subtilis Scoti vna cum toto scotistarum syndromæ sententia circa intensioem rationem explanata satis, quam ego non insequor, siquidẽ ex ea mihi colligitur, quod vna substantialis forma perfectior altera fuerit, quod minime est dicendum, vt inferius declarabitur. Est vero profundissimi diui Thomæ opinio, quod maior vel minor qualitatium intensio, penes maiorem vel minorem erradicationem in subiecto, attendi debet, hoc est, penes perfectius, & perfectius esse in ordine, ad idem subiectum, hæc utique sententia vera mihi iudicatur, & sine controuersia & calumnia vlla, ideoque eam insequi tenemur. Est igitur intensio illa penes radicationem in subiecto attendenda, quam ergo opinionem sic comprobo, si subiectum namque magis aut minus intensum dicitur, illud est, quia forma qualitatiua illa, magis vel minus in subiecto radicitur, hoc est, quoniam magis vel minus, idem actuatur subiectum vnde quando magis subiectum actuatur à prædicta forma fuerit, siue quando ipsa qualitatiua forma magis in eo erradicitur, perfectius dicitur subiectum, quando quidem tunc perfectiorem, & intensiorem efficit coctionem. Quando vero minus ab eadem actuatur forma, imperfectius dicitur, quia in

Diui Thomæ opinio.

Per maiorem vel minorem erradicationem in subiecto quid intelligendum est.

perfectiorem, & remissioem præstat operationem, merito igitur, huiusmodi qualitatium intensio, circa perfectius esse subiecti est attendenda, si quærat fortè quid per illam maiorem vel minorem in subiecto radicationem intelligendam nobis fuerit dicemus utique indiuisibilem illam esse, quemadmodum namque, forma hominis substantialis, indiuisibiliter in ipso homine introducit, parili quidem ratione, forma illa, quæ magis aut minus subiectum siue substantiale mixtum actuatur, indiuisibiliter in eodem mixto introducit, namque si per gradus aditionem ad gradum fieret huiusmodi qualitatium intensio sequeretur sicut prædixi, quod esset eiusdem speciei vna forma substantialis altera perfectior, siquidẽ aditio eiusmodi, vt ex Scoto docetur realis est entitas à calore producto, distincta, datur nãque forma substantialis ignis, vt octo, & postea separatur ab eo subiecto gradus vt 2. Tunc enim forma vt sex perfectior erit quam eiusmodi speciei forma vt 2. vt constat, si namque idem fieri poterit, sequeretur quod vna forma ignis substantialis esset perfectior alia, & ex consequenti, quod vna forma hominis quatenus species humana est esset perfectior altera & per consequens intensibilis & remissibilis, quod est falsum & in philosophia impossibile, nõ ergo per gradus aditionis ad gradum maior vel minor substantialis mixti intensio, attendenda erit. Item etiam si qualitas esset diuisibilis quo ad intensioem sicuti ex subtili Scoto dicitur, sequeretur etiam quod magis vel minus intensam, de qualita-

te diceretur, quod minus æque concedendum est, siquidem intensio aut remissio proprie de substantiali mixto prædicatur, & minime de qualitate, non ergo qualitas diuisibilis quo ad intensioem erit, sicuti neque quo ad extensionem, qualitas utique minime caliditate aut frigiditate intensa aut remissa dicitur, sed tantum substantiale mixtum, ipsa namque qualitas, tantum perfectior penes actionem suam, intensa aut remissa dicitur, nam ex caliditate intensa vt remissa, sortitur ipsi qualitati intensioem aut remissionis nomen, etiam si improprie quandoquidem eiusmodi actio, minime intensioem nec remissionem recipere est nata, non ergo magis aut minus intensum, de qualitate, sed tantum de substantiali mixto dicendum est, quibus expositis sequenti quidẽ ratione prædictas quæstionis opinionones videri meo inter se minime discrepantes assignabo scilicet dicendo quod ex dñi Scoti opinione nequaquam sequitur vna forma ignis altera perfectior sed tantum remissior ita vt formant. 6. ignis. Et vt, 2. solum differant penes maiorem vel minorem intensioem minime vero perfectionem.

Intensio aut remissio non de qualitate sed tantum de substantiali mixto dicenda est.

De ordinum immo-

derar. medicamentorum numero. Cap. 2.

Postquam de gradus seu ordinis exacta interpretatione superiori capite disceptauimus, nunc vero consequens est, de eorundem medicamentorum ordinum nu-

Li. de oculis par. 5. c. 3. & li. de sim. me. di. 3. c. 12. & 5. etia li. c. 24. et 26. Paul. li. 7. ca. 2.

mero differere. Ordines igitur medicamentorum quatuor tantum autore Galeno existunt, quam etiam sententiam sequutus est Paulus, nec non & Aetius. sermo. 1. versus initium, vna cum Auicena. Fen. 2. primi. c. 15. quorum sententiam Isaac quoq; in sequitur li. 2. pract. tract. Constantini. de med. ordinibus, ex quorum omnium sententia medicamentorum ordines, quatuor tantum & non plures, nec pauciores existunt quibus utique medicamenta accedere, vel recedere, ab optima simetria siue elementorum proportionem, diiudicari esse, quos utique ordines in prima medicamentorum natura, siue operatione, collocandos censeo, quoniam medicamenta quae ea dotantur virtute, calida aut frigida, humidaue, aut sicca dicuntur, uti superioribus, lib. secund. exposuimus. de medicamentis. ergo calidis aut frigid. humid. aut sic. huiusmodi ordines praedicantur, vnde medicamentorum ordines in prima eorum virtute merito intelligendos censui. Qui autem ordines latitudinem in se continere non dubitauimus, quandoquidem docente Galeno eorum ordinum quilibet principio, medio, & fine, conuari dicitur, qua ergo ratione medicamentorum non pauca, calida aut frigid. humidaue aut sic. in huius vel illius ordinis principio, medioque aut fine dicenda erunt. Latitudinalis ergo medicamentorum quilibet ordo censendus erit. Quibus expositis exponere licet, quare ratione antiquiores omnes huiusmodi medicamentorum ordinem, quadrimembrem tantum determinarunt. Pro cuius rei extricatione

Medic. ordinalis est

nos primae diuisionis medicamentorum virtutis meminisse oportet, de qua. lib. quidem. 2. dilucidauimus vbi eam cap. 5, quadruplicem constituimus scilicet, calidam & frigid. humidam aut sic. quarum nempe huiusmodi ordinibus quilibet, praedicetur est necessarium, ideoque quantum mea fert opinio, postquam quatuor tantum ex antiquorum sermone qualitates constitutae sunt, de quibus huiusmodi praedicantur ordines, idcirco sane totidem granus siue ordines eisdem qualitatibus conuenientes constituere voluerunt, & non plures nec pauciores, constituit utique Galenus (lib. 5. de simp. med. facul. cap. 24.) qualitatatum quatuor cuiuslibet, suum proprium & determinatum ordinem, sed quatuor tantum sunt qualitates de quibus huiusmodi ordines dicuntur: erunt igitur totidem eorum ordines ipsis tantum ad stipulantes, qualitatibus. Quibus praelibatis de primo medicamentorum ordine differendum sequitur.

De medicam. immoderat. ordine primo.

Cap. 3.

Ra supposito hactenus medicamentorum ordinum numero, praesentiarum de eorum primo explanare fuit. Primus igitur medicamentorum ordo siue gradus, docente Galeno lib. 5. de simp. med. facul. c. 25. necnon & lib. de oculis, & locis etiam superiori cap. citatis, ille erit cuius ratione medicamenta ita

Primus ordo quid

obscu

obscure calefacere, in frigidare, humedare, aut desiccare, dicuntur ut sensu id percipi non possit, vel si fortasse sensu fere insensibiliter sine dubio, ita denique ut potius cum considerantis ratione, quam sensu id perpendatur, dominatur utique huiusmodi ordine ipsa natura, si quidem ex eo nequaquam sensus suoperari dicitur, dicimus potius, nos naturam supra huiusmodi ordinem praedominium habere, minime vero ordinem supra naturam, ita ut eo natura nostra per mutationem recipere videatur, ex quibus aperte colligitur, quod medicamenta quae primo ordine dotauerint, minime manifestam calefactionem, refriger. humectat. aut desicc. prestare possent, vnde aut excerpitur, quod medicamentorum, quae primo ordine calida, aut frigida, humidaue, aut sicca fuerint fere imperceptibiliter operantur postquam penes insensibilem, nos, ex eorum actione alterationem percipimus, nec utique, quis miratus est, quod medicamenta insensibiliter operari possent, si quidem quae in modo in sensibus datur, in exercentia expulsiō & excretionis, uti de excrementis eis, quae in vltima & quarta coctione superflua, constat, excrementa sane ea latentius siue insensibiliter per spirationem abeunt, quoniam nimis subtilia & tenuia sunt, uti ex Aegario, docetur lib. 1. de vinarum differentiis cap. 5. eandem ergo ratione quaedam superflua, propter suam tenuitatem insensibiliter a corpore exalant, & operantur etiam cum moderata ordine ipsi natura imbecillitatem latentem ac insensibiliter

medi or dine fore insensibiliter operari possent, si quidem quae in modo in sensibus datur, in exercentia expulsiō & excretionis, uti de excrementis eis, quae in vltima & quarta coctione superflua, constat, excrementa sane ea latentius siue insensibiliter per spirationem abeunt, quoniam nimis subtilia & tenuia sunt, uti ex Aegario, docetur lib. 1. de vinarum differentiis cap. 5. eandem ergo ratione quaedam superflua, propter suam tenuitatem insensibiliter a corpore exalant, & operantur etiam cum moderata ordine ipsi natura imbecillitatem latentem ac insensibiliter

ter suam operationem perficere, quae utique ratione nullies natura ipsa humores noxios & excrementa non pauca extrinsecus, latentem, seu insensibiliter a corpore excernit, cuius ratione a futuro morbo multoties liberat. aduertamini igitur admiratione digna naturae operationem, postquam absque vlla non tantum corporis mutatione, verum etiam sensatione a futuro morbo liberats

Admirandum naturae opus.

De secundo medicamentorum ordine.

Cap. 4.

Ralibatis ergo quae pro explicatione primi ordinis, declaranda fuerunt, nunc ideo ex ista secundi ordinis interpretatione interpretare erit necessarium, vnde secundus medicamentorum ordo ille nobis intelligendus est, quo ipsa medicamenta manifestam ac sensibilem operationem praestant, in quo quidem a primo ordine differre dicitur, ut constat. Considerandum tamen est, quod etiam si manifestam ac sensibilem efficiant operationem medicamenta quae hoc 2. ordine praedicta sunt, calefaciendo nempe infrigidando humectandoue, aut exsiccando, non tamen id ita aperte efficiunt, ut actionibus nostris obistere dicatur uti ex Auic. doctrina demonstratur, non ergo huiusmodi gradus siue ordo, ex natura sua actionum cursum resistere dicendus erit, si quidem natura sua ordo medicamentorum secundus, benignus & mitis admodum est, hoc nempe ordine

Secundus ordo quid

Medic. 2. ordo. nec naturae actionibus resistunt.

ordine

ordine secundo sensibus equatis, & minime alteratis, gaudet natura, postquam ipsius actionibus huiusmodi ordo nullatenus vi atque facultate sua obfistit, mollitur utique nostra natura sensibus media quadam cōmensuratione consistētib, huiusmodi ordinem in se cōseruare, quia eo ipso recreari dicitur, ea denique ratione, quia sibi ipsi familiaris, & placidus satis existit, medicamenta tādē quæ hoc 2. medicamentorum ordine calida aut frigida, humidaue, aut sica sunt, manifestam sensationem humano corpori inferre minime dubitauimus uti ex eorundem ordinis definitione constat, non tamen læsionē & molestiam inferrent, testante galeno (lib. 5. de simp. med. facul. cap. vltimo) cuius utique sententiā Auicena insequitur sen. 2. primi. tracta. 2. cap. 15. Nisi forte eam ex accidenti efficiant læsionem, potest hercule propter frequentem immoderati medicamenti secundi ordinis, administrationem, aut propter ea quod multa quantitatē applicantur aliquam læsionem inferre, veruntamen id accidētaliter erit, nō ex se & neque secundi gradus propria natura, idem sane de primo ordine intelligendum erit, nam etiā si primus ordo ex se sensibilem sensationem non causet, nec læsionem ullam poterit tamen eam ex accidenti producere, videlicet quia in tempestiue multoties, & plus debito, administrantur. en igitur quonā pacto primus, & secundus medicamentorum ordines, læsionem humano corpori inferre possent, quā tumuis placidi, & familiares maxime ipsi naturę fuerint.

De tertio medica

ordine. Cap. 5.



VT semper præposito ordine procedere videar, de penultimo medicamentorum gradu siue ordine discutiedum sequitur. Tertius igitur medicamentorum gradus seu ordo ille nobis censendus est, cuius ratione & natura medicamenta essentialiter calefacere, aut refrigerare, humectareue, aut desiccare, habent idque non tantum sensibiliter efficere habent quantum in ipsis est, & huius ordinis natura verū etiā ut læsionē suæ fortis actionis gratia imprimere possint, in quo utique à secundo ordine huiusmodi tertius differre videtur, nāque etiā si ante penultimus ordo, sensibilē causet sensationem citra corporis nempe læsionem, proprio & per se huiusmodi enim tertius ordo proprie & ex sui natura læsionem efficere poterit secundus tamen ordo etiam si læsionem causare possit uti præcedenti cap. explicuimus, non utiq. id per se & ex sui natura erit sed ex accidenti, habebunt igitur huiusmodi ordine medicamenta immoderata sensationem efficere non autem in extremum, vsque, ita ut mortificationem aut corporis saltim corruptionem inducere valeant, præstat denique huiusmodi ordinis natura excessū quēdam, tollerantia cuius sensibilem habet sensationem & corporis corruptionem inferre, quamuis nō nimis fortiter nec in extremo, qua ergo ratione medicamentorum quæ

Tertius ordo quid

Tertius ordo ex sui propria natura ledere habet.

Primus et 2. med. ordo ex accidenti potest læsionē efficere.

tertio ordine calida, aut frigida, humidaue, aut sicca, conflatur memorabile & effata, nocumētum dignū ipsi naturę inferunt, & aliquando quidem in extremo, videlicet ut vitam in mortem cōmutare possint hoc tamen minime intelligendum erit cōmensurata & ex sui natura, sed tantum dum in multa quantitate eiusmodi medicamenta assumpta fuerint, sicuti de vtraque mandragora constat, quarum quælibet, tertio perfrigerantium ordine collatur, quæuis sane si in multa exhibitur quantitatē haud dubio interficiet, uti lib. 2. cap. 3. explicauimus ex quibus sequitur quod medicamenta tertio ordine frigida aut calida quantitatē tantum deleteria dicenda erunt.

deleteria med. quantitate in 3 ordine collata sunt

De quarto & vltimo

medicamentorum ordine. Cap. 6.

Ro complemento numeri medicamentorum ordinum, de essentia & quarti ordinis qualitate ipsorum medicamentorum dicēdū arbitror, essentia igitur siue huiusmodi quarti ordinis natura est, qua medicamenta ad calefaciēdum vsq; adeo sunt apta, uti crustā inducendi, atque exurendi vim habuerint, medicamenta etiā quæ hoc quarto ordine frigida fuerint, tota sui substantia vitam in mortem cōmutare possent, quando quidem ad mortificandum aut corrupendū saltim obnoxia satis sunt, uti ex Auicena testimoniis nobis comperitū est, illud enim quod tota sui sub-

Quartus ordo quid

stantia mortificans est, seu venenū censendum erit, eodem enarranto Auicena, quæ ergo ratione medicamenta, quæ quarto ordine conflantur toto genere deleteria extimanda sunt & ex consequenti veneficosa, vnde etiam & mortifera & in hoc, utique quartus ordo, ac tertio differre fertur, nam medicamenta immoderata siue ea calida, siue frigida fuerint, quæ in tertio ordine constituuntur quantitate solum deleteria dicenda sunt, non utique aliter medicamēta calida tertio gradu deleteria sunt, quam quæ eodem ordine frigida iudicantur, quæ modum nanque frigidum medicamentum. 3. asimetrus recessu quantitate potest vitam exhalare, poterit hercule & medicamentum eodem ordine calidum quamuis diuersimode, medicamenta igitur 3. ordine prædita absque dubio deleteria quantitate censenda erunt, nō autem qualitate, ea nāque quæ qualitate deleteria extimantur, in hoc quarto ordine iudicāda nobis sunt. Est denique huiusmodi medicamentorum quartus ordo si recte eius naturam perpenderit, sensorium omnium destructor, ita quidem ut si quis quarto ordine medicamentis constitutis absque eorum cautela & correctione uti videatur tentauerit profecto nostram debastare naturam. debet ergo medicamēta quæ quarto ordine immoderata conflantur, non nisi correctā atque à sui malitia præparata exhiberi, et non tantum profecto hæc, verum etiam & omnia quantumuis elegantiora fuerint, siquidem medicamentorum omnia quantumuis elegantiora sint correctione ac præparatione

venenū

Med. toto deleteria genere in 4. ordi. cōstituenda sunt.

Med. omnia correctione in digent.

tione

In univ.
can. c. 1.

tione docente Mesus indigent, & merito quidem medicamentum omnino ante sui administrationem corrigendum est: tum quia naturam nostram alterare potest, tum etiam, quoniam circa dignissimum subiectum administrandum est, & ne igitur plus debito eam alteret, ratione alicuius malitiae ipsius medicamenti, expedit eam malitiam seu qualitatem malam reprimere ac rectificare, vide licet coctione, aut labatione, vel infusione, siue trituratione aut denique alicuius medicamenti a sociatione, harum itaque industria & ratione malitiam utique cuiusvis medicamenti reprimimus sicuti quoque ipsarum gratia virtutem ipsis adquirimus medicamenti uti recte intuenti fiet lucidarius. Erit igitur medicamentorum correctio nocenti ad quae repressio per artem aut per societatem, unde intelligitur quod praeditis modis possemus & recte quodcunque medicamentorum, nocentum reprimere ac rectificare, est utique a medicina candidatis, medicamentorum correctio consideranda maxime siquidem eisdem passim utimur, unde iuxta Mesus doctrinam in univ. can. taxandos eos medicos censo, qui passim absque cautela & medicamentorum correctione praesumunt medicamenti uti, sunt utique inquit Mesus stolidorum plurimi, & praecipue siluestres & novi medici, qui praesumunt, super illis nondum consolatis medicamenti uti, non quidem providentia utentes, & ignorantes enim laesionem quam faciunt, unde medicorum quicumque fuerint, colligitur ut de medicamentorum con-

Med. cor
rectio.

solatione pervigili cura considerent, ne aliqua sui negligentia gratia, turpis in calamitas eis succedat de quibus correctionibus ergo legendum erit, apud Mesum, in univ. can. Necnon & magistrum Arnoldum de Villanova sua antidotaria. Li. 2. tra. 1. c. 5. atque ex Avicena, vna cum seruitore, quibus sane in locis praedicti auctores de medicamentorum exacta consolatione, elegantem ex professo doctrinam & profecto scitu dignam ediderunt, Gale. item de ipsis medicamentorum necessaria correctione pertractavit quamvis variis in locis, de scamonij namque correctione lib. 1. de aliment. facult. cap. 1. consideravit, necnon & eleuori. lib. cui titulus est, quibus medic. purg. conueniat. c. 3. & in summa docet Galenus idem (lib. 4. de simp. med. facult. ca. 15.) medicamentorum malitiam certa methodo contrariis reprimere ac consolare: e quibus expositis colligitur quod medicamenta. 4. ordine immoderata ante sui administrationem non tantum corrigenda sunt, verum & omnia, etiam si elegantiora fuerint, erit utique horum medicamentorum ordinum cognitio, summe a nobis consideranda, quare & indaganda, siquidem circa curandi rationem maxime est utilis & necessaria, docente Galeno cuius verba sunt, medicamentorum ordinum cognitiones & notitiae, in therapeutica methodo, non paruum usum praestant, cuius sententiam affirmat Aetius. sermo. 1. versus initium, unde vtile & necessarium pro exquisitae medici rationis intelligentia, de horum ordinum doctrina disseruisse fuit opus, postquam huiusmodi ordinum exacta

Lib. 3. de
sim. med.
fac. ca. 12.

exacta intelligentia, nobis maxime necessaria est, sicuti quoque ex latino Hippo. lib. 2. demonstratur dicente, non quidem possemus villo morbo recte mederi quin aequae vehemens auxilium fuerit, quae etiam doctrina ex Galeno constat lib. 1. de comp. med. secun. gener. cap. 5. dicente pharmacum affectionibus quibus adhibetur proportione integra correspondere debet, si auxilium ex eo consequuturum est, ita quidem ut si affectio frigida, tribus numeris a naturali fuerit, pharmacum, tunc ipsam curaturam affectionem, totidem ordinibus praeditum sit est necessarium. En igitur quantum confert de eorum ordinum doctrina contrastasse.

ordi. med.
exacta in
tellig. ual
de in me-
de. metho.
est neces-
saria.

Li. 2. tra.
1. c. 5.

Med. cōso-
latio qui-
bus auto-
ribus pete-
da, est.

De gustus essentia

Cap. 7.



Sermo. 1.

Vando quidem ordinum cognitione summa cura numeri tenemur, de gustus & saporum essentia, et quidditate, non nihil declarandum existimauimus, siquidem (docere Aetio) non modicum conferunt ad exactam ipsorum ordinum notitiam comparandam, differere utique de eis quaerere praeposita intelligenda utilia sunt, expediens utique esse credo, ideoque de gustus & saporum quidditate declarandum censui, expedit ideo & maxime inquit Galenus, non solum in sensu gustu ut praeter cetera quis, verum etiam cuiuscunque qualitatis saporum proprietatem ac naturam memoriter sibi comparauerit est necessarium, si exacte eorum ordinum doctrinam intel-

Lib. 4. de
sim. medi-
fac. ca. 3.

lecturus est, & quoniam ex gustus ratione saporis essentiam deprehendimus, idcirco de gustu primum differendum erit, quam de ipsis saporibus, ideoque conducit enodandum primum circa ipsius gustus essentiam, quid per gustum, & quid sit nobis intelligendum fuerit, & unde denique fiat. Gustus igitur dicitur, & per ipsum intelligere tenemur (docente Galeno) non solum earum rerum sensum quae in gustatum cadunt, veruntamen & vim ac gustandi facultatem, res utique est distincta satis, gustandi facultas, a sensu illo qui ex rebus gustatis relinquatur, ipsius instrumentis gustus. Proprius ergo iure meo huiusmodi sensus, gustus dicitur quae eadem gustandi facultas, quoniam sensu non potest fieri quin prius earum rerum gustum & saporem perceperimus, quo quidem adpropto de gustus qualitate iudicamus ea namque gustandi facultas datur utique a parte rei, antea quam rei gustum sentierimus uti ex usu constat, non ergo ita proprie per gustum, gustandi facultatem intelligemus sicuti & illarum rerum sensum, quae in gustatum cadunt, etiam si huiusmodi sensus percipi absque eadem facultate non possit. Quibus praelibatis quid gustus sit explicandum sequitur. gustus igitur docente Philosopho lib. 2. de partibus animalium & 3. etiam, necnon & 3. lib. de anima cap. 12. Quidam rerum tactus est rem utique tangere necesse est, si de eius gustu iudicaturi exacte sumus necessarius ergo erit, tactus ad percipiendum gustus sensum, unde ex Philosopho gustum esse tactum quemdam recte fuit dictum, postquam tactus rei esse dicitur sensus. fit autem gustus

li. instr.
odoratus.

qui de gustu
intelligendum.

Gustus
quid.

Lib. 2. de
part. ani-
mal. c. 17.

Vnde gn
sus sit.
Li. de phi
los. hist. c.
19. & lib
d nat. hu.
cap. 5.

stus autore Aristotele in lingua, li
cet non in qualibet eius parte sed
in extrema potissimum. Plinius au
tem lib. 11. cap. 37. gustum in pala
to & lingua fieri dixit, ex galeno
tamen in toto fieri ore, mediãte hu
miditate, dicitur, vna etiam cum tẽ
perato calore, & partis mollitie,
qua ratione linguam dicimus de sa
poribus inter noscere, postquã hu
miditatem simul & mollitiem lin
gua cum calido temperato habet,
præstatur vtique in toto ore gustã
di facultas, scilicet gingiuvis, palato
gurgulionis, capite, sed hisce omni
bus magis lingua, quoniã ea tenu
issimã & spongiosã carnis est, &
præter id quia tenuissimum intra
se humorem retinet, qui quidem sa
poratis rebus intra os appositis, va
rios sibi percipit saporis, lingua er
go potissimum erit instrumentum
gustus eodem galeno interprete li
bello de instrumẽto odoratus, cau
satur autem docente Macrobio gu
stus ratione quartẽ neruosum sy
zigiã hoc est coniugationis *σζυγια*
vtique latine coniugatio interpre
tatur, quẽ ergo neruorum syzigia
seu coniugatio fit, cum bini nerui
pariter vtrinque ab spinali medu
la emergunt, & incertum ac deter
minatũ locũ desinunt, quã nan
que quarta syzigia neruorũ impa
latum descendens, eius ratione in
ipso palato fit gustus, ex illis nem
pe septem neruorum coniugationi
bus, quã ex cerebro nascuntur, qua
rũ prima ad oculos vtique petit, &
præstat, ipsis specierũ cognitionem
necnon & colorum discretionem,
secunda autem ad aures vsque dif
funditur, per quam eis sonorum no
titia innascitur, tertia vero naribus

Li. 67. fa
tur. c. 9.

inferitur, quã vim & facultatẽ odo
randi ministrat, quarta gaudet pa
latum, & ideo per ipsum de gustib<sup>Septem
neruorũ
syzigia.</sup>
iudicamus, quinta sua vi & faculta
te corpus omne implet. sexta ex ce
rebro proficiscens ventriculũ cir
cundat, cui vtique sensus maxime
necessarius est, vt quã desunt ape
tat, & superflua respuat, septima de
nique spinalis medule sensum in
fundit, hæc Macrobius, ex cuius
doctrina colligitur quod quartã
neruorum coniugationis ratione,
in toto ore gustandi facultas perfu
citur quoniam eiusmodi neruorũ
syzigia in palatum descendens di
fundi ac ramificari per totum os
poterit, videlicet, & non tãtum ad
palatum vsque vt patet, verũ etiã
& ad linguam, ac gurgulionis ca
put, necnon vsque ad gingiuas, cu
ius coniugationis dispensationis
gratia, potest & ex arte sensus gu
stus in toto fieri ore, & maxime in
lingua, eius dispositionis substan
tiẽ ratione.

De generatione sa
porum. Cap. 8.



Intellectis quã de gu
stus essentia præposui
mus, de saporum gene
ratione in præsentia de
clarandum superest.
Prius tamen interpretãdo quid sa
por fuerit, et tandem eorum gene
rationem, & in summa quotnam
iporum differentia proprietates.
ue, siue nature sint, quã sane omnia
medicinẽ studiosis haud exigua cu
ra docente galeno perpendenda
sunt, quibus nanque probe intelle
ctis

Li. de re
rũ affect.
med. c. 23.

illis poterunt medicina studiosi de
medicamentorũ tẽperaturis & co
rũ ordinibus aperte cõrectare: qui
bus assignatis, quid saporis sit conu
ciãdum sequitur, sapor ergo abso
luto nomine docente Philoso
pho sicco, in humiditate facta passio
est, alteratur namq; gustus de potenti
a ad actũ. Prius hercle quã saporẽ
gustus ipse percipit, dicitur ad
percipiendũ de ipso sapore in po
tẽtia esse, quã omnia saporis definitio
nẽ assignant. Auerrhoi. & Theo
phrastus lib. 6. de caus. planto. 11.
dicentes, q; sapor est, partes sicca ar
que terrene, in humore demixtio
quorũ deniq; sententiã Paulus de
Venetia, curiosus autor assignat, di
cens q; ex varia & diuersa sicci ter
restris mixtione cum humido,
alius, & diuersus resultat, sapor
qua ergo ratione cum siccũ id pro
be fuerit digestũ ac alteratũ, cuius
modi humidõ caloritẽperati ratio
ne, tunc generabitur quidẽ dulcis
sapor, calidã tẽperaturã retinens
nec immodice vtiq; exuperantem
si nãque dulce est, calidum vtique
necesse est esse, omne nãque dulce
calidum ideo iudicatur docente ga
leno lib. 4. de simpl. med. facul. ca.
8. vnde sequitur & ex arte quidem
saccharũ calidũ esse quandoquidẽ
dulce, sicuti & mel fuerit, secũdũ ta
men magis aut minus, sicuti enim
aliquod mel altero calidius datur,
ita quidẽ saccharũ quodã, altero ma
iori caliditate aut minori præditũ
aduenitur, quod itaq; ex eo cãdi
dissimũ est, nimis calidũ esse neces
se est, & si de melle cõsẽndũ erit, in
singulis enim generibus quã fulua
& ruffa sũt calidiora albis existũt,
dicitur Galeno non & Aetio ser. 1.

par. cita
ta.

Li. meth.
cap. 13.

Dulcis sa
poris, ge
neratio.

Dulce om
ne calidũ
est.

nõ longe à principio, vnde quanto
magis ad subnigredinẽ inclinaue
rint, tãto vtiq; magis turbidiora cẽ
sẽnda erũt, ideoq; vt opinor dictũ
fuisse credo, q; sicuti nigredo calidi
tatis est, mater ita quidẽ & frigidit
tatis albedo, vnde ex huiusmodi
doctrina colligitur, quod syropũ
fabricãdi sunt electo saccharo mi
nime eos fulbo aut ruffo vel forte
ad subnigredinẽ inclinante, cõpo
nendos cẽseo, hoc vtiq; pharmaco
peorũ nostri tẽporis nõ pauci facti
fcere molũtur, qui sane assuescunt
syropos saccharo fabricãdos eodẽ
ruffo aut flabo eosdẽ cõponere, id
que saccharũ ruffam aut in subni
grũ inclinãs, conãtur candidũ red
dere nepe albuminibus oborũ ipsũ
clarificando, quod vtiq; faciendũ
non consulo, siquidem error ma
ximus est, tum quoniam eiusdẽ sac
chari depurationis gratia, coctio
ne nimia destruitur eiusdem sac
chari absterforia facultas, qua re
purgãtur, & disponũtur humores
ad expulsionẽ, nimia vtiq; coctio
resoluit medicinã facultatẽ, & vir
tutẽ, vt. c. 2. li. 2. exposuimus quo
ties ergo syropi saccharo parandi
veniunt, non nisi eo electo & cãdi
do satis, parandi sunt nãque si præ
dicto saccharo depurato cõponerẽ
tur, redẽretur vtiq; calidiores quã
oportet aut saltim absq; sacchari
virtute præditi, siquidẽ saccharũ ru
fum aut fulbũ multo calidius cãdi
do iudicatur, per cuius vltiorem
coctionem, aut reditur calidior sy
ropus, eo compositus, aut absque
eius sacchari virtute, vt constat,
potius vtique consulerim si forte
pro syropis parandis saccharum
defecerit candidũ, eius loco electo
M melle

Lib. 4. 72
sim. med.
fac. c. 2.

Syropi qui
cõponẽdi
sunt sac
charo non
nisi cãdi
simo fabri
cãdi sunt.

mel rubro aut subnigro saccharo est calidius.

Expositio ne. lib. 9. almansovis. cap.

Sacharū et melleo- bus tātu pūctis in sui caliditate aff- rētia sunt

melle vti, quā saccharo fuluo, aut rubro, vel ad subnigredem inclināte, & ratio est, quia saccharum rubrum vel ad subnigredinem inclinans calidius est electo melle, docēte Arculano & sicuti inferioribus declarabitur, vnde probatur apertē satis qđ prädito casu perfectius in selecti & candidissimi sacchari loco, electo melle vti possemus, quā sub ruffo aut rubro, vel ad nigrum inclinanti saccharo, pro ipsius paradisyropis, aut alius medicamentis, mel vti que calidum est, in secundis ordinis principio si electum iudicatur, saccharum vero optimum in primi sine hac ergo ratione, selectū saccharum vnicō tantū aut duobus pūctis, caliditate electo melle est remissius, & ex consequenti electum mel, eadem proportione calidius, quam optimum saccharum censendum erit, si quidem qualitatū ordo in octo partes intensione aequales partitur vti cap. 1. huius explicuimus. igitur finis primi gradus eius temperamenti vt secundo intensiōnem habebit postquam duę partes respectu partiu vt sextus finis totius sunt, vt patet, & eadem ratione principium cuius ordinis, eius temperaturę, vt secundo intensiōnem habebit, quoniam dualis numerus principium est vt totum, numerus, scilicet vt octauus integrum reddatur, quibus probe intellectis, remanet quod electum saccharum, vnicō aut duobus, pūctis in sui caliditate, ab eodem optimo & electo melle disidet, ex quarum omnium exacta intelligentia subsequitur, quod si electum saccharum, calidum est in fine primi ordinis, manifestum

erit, vt idem quanto magis ab illa electione deuraberit, quanto magis calidius iudicabitur, & ex consequenti, quanto magis calidius punctis seu diuisionis partibus eiusmodi temperamenti intensiōnis, vsque dum adimpleat integrum secundum intensiōnis gradum. Ab vltima vti que primo ordinis intensiōne ad finem vsque secundi, quę vti que in octo partibus cōflatur poterit ergo saccharum electo ab integra electione, ita vt calidum sit vt. 8. punctis plusquam selectum integre & perfecte, sed mel in sui vltima electione & perfectiōne consistens, duobus tantum punctis optimo saccharo calidius est, erit ergo saccharum ad subnigredinem inclinans vel infuscum colorem vergens, eodem electo melle calidius vti ex prädita doctrina constat, iure ergo optimo, pro parandis syropis frigidis electo deficiente saccharo, eius loco optimo melle vti possemus, potius enim quam infuscum inclināti saccharo, deoq. si idem syropi electo melle cōponantur, habebunt vti que ipsius sacchari absterforiā facultatē, nisi multū concoquatur, & redūtur aut min⁹ calidi, quā si rubro aut fusco cōponeretur saccharo, et propter hęc etiā rederetur facultatē sacchari retinēs, qđ huiusmodi mel cōsimilis cū optimo saccharo vires obtinet, docēte Gal. li. 7. de sim. me. fac. c. 10. hęc igitur obiter seu vtilia & maxime in vsu medico scitu necessaria explanāda cēsui: quibus intellectis ad sermonē dulcis saporis redeamus cōuenit. est aut cōsiderādū qđ dulcis sapor caloris ratioe bifariā gērari potest videl. ratio

et ratioe

et ratioe

et ratioe

et ratioe

et ratioe

et ratioe

et ratioe

Dulce dupliciter generatur.

Amaritudinis generatio.

Ex dulcedu marū generari potest.

ne proprij & innati caloris vti de melle constat, quod vti que caloris proprij ratione fit dulce, aut potest generari idem dulcis sapor ratione caloris extrinsecus adueniētis, qui acquisititius & accidentalis dicitur, vti constat de sapę dulcedine, quę ex multoratiōe externi caloris generatur, vti ex vsu constat, fiunt igitur, dupliciter dulcia.

Nunc vero de saporis amari generatione dicendum sequitur, amaritudo ergo generatur, dum siccū id terrestre caloris ratione aduritur, quandoquidem amarum omne caloris præ dominio efficitur, docēte Galen. lib. 4. de simpl. medic. facult. ca. 8. & 16. erit ergo amaritudinis causa immodica caliditas, cuius ratione eiusmodi terrestre aduritur, vnde sequitur nobis maxime animaduertendū documētum, scilicet qđ nullatenus in biliosis febribus, mel & saccharum, pro earum remedio, exhibenda sunt, quoniam potius morbum adaugēt quam ex eis vllum consequatur auxilium, & maxime si eisdem morbis ætate florentes aut natura calidi laborarint, in quibus vti que quam facile dulce omne in bilem vertitur superflui, caloris ratione vnde & augetur morbus quoniam & eius causa quare adustionis, ratione ex dulce amara nempe bilis progigni poterit, in prädicis morbis postquam in ætate florentibus siquidem natura calidi fuerint, maxime caliditas præter naturam viget, quemadmodum vti que si paucum mellis igni admoueatur, eius caloris ratione efficitur amarū pari quidem ratione si febricitantibus biliosus, & maxime ybi natura cali-

di fuerint, si dulce aliquod administretur, siquidem in eis fortis & intensus calor fuerit, eius vti que ratione ex dulci eo, melle nepe aut saccharo necnō & māna atq; cassia fistulari biliosus succus generari nō dubitauimus, & hoc quidē pacto ex dulce amaritudo generari potest, vnde sequitur qđ ætate florētes aut natura calidi, seu febricitant siue nō, à rebus dulcibus ne biliosus succus in eis coacerbetur, abstinere debent, quoniam in eis validus & fortis calor existit sufficiens vti que ex dulcibus amarum succum producere, vnum tamen animaduertendum censeo, qđ si aliquando irrecusabilis vlla cogerit necessitas, vt in febribus, biliosis, rebus dulcibus vtēdum fuerit, qđ id vti que intelligendum erit, si eadem dulcia multum aquosa & maxime si acetosa fuerint. Si quidem huiusmodi doctrina ex Hippo. & Galeno colligitur lib. 11. de morb. curandis, cuius verba sūt, si dulcia nimis diluta fuerint nō est tantis timor ad bilis productionē, mulsam vti que multū aquosā Hippo. parte citata exhibere audeat febre ardenti laborantibus, & notāter quidē dixi si huiusmodi dulcia acetosa fuerint, vt intellexerimus nepe iuxta Galeni doctrinam qđ acetosa dulcia in prädicis, & cōsimilib⁹ morbis vrgēte necessitate exhiberi possent, siquidē ex eodem Gale. oximel solū, nec accēdere febre dicitur, tātū ergo dulcia simpliciter videlicet, sine multa aquositate aut moderata autoritate in biliosis morbis recusanda sunt. Quibus prælibatis sequitur ex prädicis qđ amar⁹ sapor caloris excessus ratione generād⁹ erit, id vti que dupliciter

Comēt 3 de morb. acut.

Lib. 8 de morb. me. cap. 4.

Dulcia aquosa aut acetositate im-biliofis morbis exhiberi possunt.

M 2 videli

videlicet, aut quia calor ille cuius ratione amaritudo generatur, proprius & genuus aut extraneus est, generatur utique amarus succus ex dulcibus proprii caloris ratione uti constat de dulcibus ætate florentibus aut natura calidis exhibitis, potest etiam ratione extranei caloris amaritudo generari id que dupliciter, scilicet ratione extranei caloris innato adquisiti, ut constat de febrientibus natuara calidis in quibus caloris ratione præter naturam innato adiuncti ex dulcibus amaritudo generari potest, aut potest quoque amaritudo generari ratione ipsius acquisitij caloris solum, idque bifariam aut quia calor ille statim industria quadam, ignis nempe ratione adquiritur sicuti constat ubi ex melle caloris extranei ratione generatur. amaritudo namque si modicum mellis igni apponatur & multam coctionem patiatu reditur utique sapore amarum uti id experientie rit manifestu fatis, aut potest quoque eadem amaritudo, solum extranei caloris ratione generari, etiam si eiusmodi calor diuturnitate temporis acquisitus fuerit, omnia namque calida temporis antiquitate calidiora fieri non dubito, postquam idem ex Galeno demonstratur, huius utique caloris ratione poterit amaritudo produci ut constat, de melle, quod temporis diuturnitate amaritudinem adquiret, quod etiam de amigdalis dulcibus idem deprehenditur. Ex quibus colligitur amarum omne calidum esse, eodem interprete Galeno, cap. 6. & 18 li. 4. de simp. medi. cuius verba sunt. amarum omne calidum & siccum est, uti bilis, nitrum &

vina valde vetusta ac innumerosa feminum copia, quam sane Galenus sententiam non, utique contradicendi gratia, sed veritatem indagandi ratione, impugnare conabor ut veritas magis illucescat. Quapropter, sunt multa amara que calida non sunt, male ergo dixisse Galenum existimauimus, scilicet, quod quod vniuersaliter amara omnia sunt calida, antequam patet ex opio & non ex paucis frustrum generibus, quædam immatura fuerint, amara apparent, & non calida sed frigida, uti constat de oleis immaturis & glandibus & reliquis innumeris igitur indistincte dictum est à Galeno amara omnia calida esse, erit ne ergo de hac relaxandus Galenus aut defectuosus non hercle videri meo. Pro cuius itaque rei explanatione dicendum est Auerrhoidei testimonio, quod amaritudo bifariam generari potest videlicet aut ex partium tenuium & terrestrium aduisione, & hoc modo ex dulcibus omnibus amaritudo generatur, & in hoc sensu dixit, Galenus amara omnia calida esse, que videlicet ex vitione tenuium partium & terrestrium ortum habent, & hac ratione remanet Galeni propositio vera. Quibus elaboratis potest secundo modo amarum generari, ex vehementi scilicet & forti congelatione frigiditatis ratione producta, quo ergo modo, amaritudo in opio & in prædictis fructibus, producitur siquidem eiusmodi fructus priusquam ad perfectam sui maturationem peruenierint prima sua germinatione saporem continent amarum productum nempe ex forti congelatione & con-

Impugnatio contra Galenum.

non omnia amara calidum est.

Lis. cole. Si c. 27. Duplex amari generatio.

Defenditur Gale.

L. 4. de simp. medi. cap. 10.

densatione ipsius frigiditatis causa unde tunc frigidi sunt temperamenti, & saporis amari postea vero processu temporis pontici fiunt, siue austeri. deinde stiptici, ac acetosi & postremo cura iam ad maturationem perueniunt, dulces fiunt, de quo ergo secundo productionis amari modo minime intelligit Galenus dum amara omnia calida esse dixit, sed de primo tantummodo hæc igitur pro Galeni defensione dicta satis sunt.

Pinguis generatio

Pinguis saporis generationem exponere sequitur. Generatur ideo pinguis sapor si probe eius naturam considerauerimus haud aliter quam dulcis, videlicet ubi caloris moderati ratione, prædictum terrestre siccum, cum eo humido probe exolutum ac digestum est, generabitur ergo pinguis sapor per sicci terrestris à calido temperato exolutionem, & hoc dupliciter scilicet aut ratione caloris proprii, aut externi, proprii caloris ratione generatur pinguis, uti in oleis immaturis, aut prunis glandibusue, atque in amigdalis, nec non & consimilibus, hij namque fructus per sicci terrestris exolutionem à suo proprio & innato calido, primum exacerbis fiunt, austeri deinde acidi, tandem vero dulces, ac pingues, cum itaque aceruus sapor frigidus atque terreus intelligitur, sui insiti & proprii caloris ratione, vna cum humectatione ea digeritur, ac exoluitur vsque dum accedit pinguis, unde sequitur quod fere pingua, dulcia dicenda sunt tum quia eandem sortiantur generationem cum dulcibus, tum quia interprete Galeno ipsum pingue

pinguia quasi dulcia intelliguntur

dulce est, quod utique ex cassia fistulari nigra, constat. nutriens enim omnem ex genere est dulcium (eodem docente Galeno) siquidem dulce id naturæ est amicum & familiare sicuti & nutrimentum, unde de sequitur quod cassia fistula, manna, & reliqua eiusdem farinae medicamenta facile conuertibilia in nutrimenti substantiam sunt, quæ ergo ratione ab horum, medicamentorum assumptione & consimilium, non multo post à cibo abstinentum est uti cap. 14. lib. secundi exposuimus. Potest autem idem pinguis extranei caloris ratione produci, id quæ bifariam. Pinguedo namque in sapa externi caloris ratione generatur, verum tamen eiusmodi calor quo pinguedo in sapa producitur, arte quadam fit, alio etiam modo poterit & pinguedo procreari accidentaliter caloris ratione videlicet causa caloris acquisitij diuturnitate temporis, qua utique ratione pinguia reduantur uti nuges abellæ, amigdala, sesama, cucurbitum, melonum, ac cucumerum denique femina, & multa alia eiusdem generis, hæc utique proprie minime sunt pingua, propria vero ea tantum pingua censenda sunt, quæ proprii & insiti caloris ratione fiunt, in propriis namque pinguibus eorum sicca atque terrene pars, cum humida, ab innato calido exacte concoquitur vsque dum pinguedo producitur, in impropriis vero ab extraneo videtur esse.

Omne nutritiu iudicandum est.

extraneo calore bifaria pinguedo generatio.

DE

De saporum pro-

ductione falsi nempe, acris
austeri, pontici, & aci-
di. Cap. 9.



Decedenti capite de
saporum generatio-
ne differimus, vide-
licet dulcis, amari,
necnon & pinguis,
nunc vero de præpositis dicendum
sequitur, à falso nempe. exordium
sumendo, producit igitur fal-
sus sapor ubi eiusmodi terrestris sic-
cum, à calore adustum fuerit & hu-
mido aquæ admixtum, & ut in
summa dicam non aliter quam a-
marus. Quandoquidem falsus sa-
por amarus ipsi est proxim^{us} quippe
terreni utique sunt & calidi, qui
denique etiam si inter se disidere
videantur, non tamen id multum
est, nam amarus, utique sapor, ex
caloris excessu plus extenuatus, re-
manet, quam falsus. unde minori
calori indiget, falsus sapor ad sui
generationem, quam amarus, erit
ergo falsus sapor calidus & terre-
neus, unde & amaro cõsimilis, in su-
ma denique generabitur falsedo, ex
sicci terrenei mixtione adusticum
humido, ut de maris falsedine cõ-
stat, quæ utique duobus modis ge-
neratur, primum ex fumosis ex-
halationibus, quæ aliquando ip-
sæ tantum in mari cadunt, sicuti
in terra cum pluvibus, quæ denique
in terra ubi cum fluviis aut fontibus
ceciderint, in mare usque fe-
rantur est, necessum: quare utroque
modo mare fieri falsum & ama-
rum expedit, sunt utique illæ fumo-

sa exhalationes, terreneæ quædam ^{Fumosa}
sicca adusta, siue ex sicco terrestri ^{exalatio}
adustiones, ut constat de fumo, ^{quid.}
qui amarus simul & falsus existit,
non hercle fumus ex terrestri sic-
co exit, usquequo id adustum fue-
rit, erit ergo fumosa exhalatio
terreneum siccum adustum, nisi
contrarium proveniat ex particu-
lari, quædam fumantis proprietate,
ut constat de fumosa thuris ex-
halatione, ne ligni aloës, etiam &
cõsimilium. Alio quoque modo
quantum coniector, in mare falsedo
generari potest, videlicet solis
caloris ratione, postquam nanque
sol ad se subtiliores, & dulces par-
tes aquæ attrahere & dimittere cras-
siores, propter earum nempe graui-
tatem sicuti in excrementis contin-
git, à calore natus in inferiori ter-
re relicta quæ utique salsa & ama-
ra redantur, ea nempe ratione, quæ
cibus primo cum assumptus dulcis
esset & humidus sequitur quod e-
iusmodi alimenti excrementum sic
amarum, & falsum quoniam id
quod eius alimenti dulce erat ca-
loris naturalis ratione ad carnem
attractum est, & ad quamlibet cor-
poris partem, quandoquidem ap-
ta est, quælibet nutrirî, & hac
ratione merda ut ita dixerim, seu
primæ coctionis excrementa quæ
per ventrem excrementantur, sapo-
re amara & salsa redantur cui sa-
ne doctrinæ ego absque rei experi-
entia ad stipulor quivis enim si
voluerit nõ id credat quin eius rei
integrâ experientia prius sibi com-
parauerit. Ad eundem ergo modum po-
terit sol subtiliores aquæ partes tra-
here et dimittere crassiores et terre-
stres, ex quarum partium tenuium

visione

visione remanebit utique falsus &
amarus sapor, & hac ergo ratione
poterit in mare falsedo generari,
reduentiam comprobari potest, ex
lixibus falsedine, pinceribus terre-
neis colati, quæ enim falsedo ex
sicci terrestris mixtione cum hu-
mido, generari non dubitauimus.
miscetur utique terrenis sine
res adusticum humido aquæ ut
constat, quare, & falsedo genera-
tur, ex quibus sequitur quod a-
quarum, quæ falsa fuerit, ponde-
rosior, dulci existimanda est, tum
eo quod dulcis aqua tenuioribus
partibus conflatur, falsa vero cras-
sioribus & terreneis, tum etiam,
quia idem ex Philosoph. demon-
stratur cum dixit, quod naues one-
rate aduenientes amari ad dulcem
usque aquam submersæ sunt & hoc
utique signum erit quod dulcis a-
qua leuior est quam falsa quod au-
tem dulcis aqua tenuioribus &
subtilioribus constat partibus &
falsa crassioribus & terreneis, id
utique ex vase ceræ constat quod
si in mari obstructum apponatur
replebitur utique dulci aqua, quo-
niam dulcedo tenuioris & subtilio-
res substantia falsedine est. Potuit
enim per ceram illam substantiam,
dulcis substantia & minime falsa mi-
grare. erit ergo dulcis aqua leuior
et tenuior, falsa vero ipsa dulci cras-
sior ac ponderosior.

Nunc vero de acris saporis gene-
ratione explanandum venit genera-
tur ergo acris sapor ex forti vitio
ne sicci terrenei, caloris tamen nõ
adurentis ratione, sed simpliciter
exoluentis siue digerentis, quæ pro-
pter dum siccum terreneum eius-
modi caloris ratione exoluitur, ge-

neratur utique acris seu acutus sa-
por, & hac ratione in pipere, pere-
thro, lepidio, nasturtio, & cõsimi-
libus sapor acutus generatur, qui
nãque sapor omnium calidior exi-
stit tum uti ex rei ratione constat,
tum etiam quia de eo Plato tanquã
de saporum omnium calidissimo
præ nuntiat, & Philof. Theophra-
stus etiam, necnon & Galenus ca.
17. lib. 4. de simp. medic. dicens, sci-
re autem conuenit sapores omnes
acres summe esse calidos, postquã
eorum terminos deustio est.

Acerbus seu poticus sapor gene-
ratur, quando imbecillitatis ra-
tione terreneum siccum non bene di-
geritur atque dissoluitur, sed poti^{us}
eius sicci digestio intemperata ac in-
equalis remanet, cuiusmodi utique
sapor, in fructibus suaprima germi-
natione apparëtibus, reperitur, uti
in glandibus, & maliscotoneis, &
cõsimilibus, in quibus utique acer-
bus sapor ea nempe ratione produ-
citur, quia terreneum eiusmodi sic-
cum tantum in calefcit, unde & du-
rum remanet, ac nõ bene digeritur, im-
becilli calor ratione terreneum
id digerentis, ideoque eius sicci di-
gestio, inequalis & distemperata
manet, quare & stipticus seu acer-
bus sapor, necnon & siccum idem
acerbum durum.

Producitur tandẽ austerus sapor
ubi eiusdem sicci terrenei, acerbi
nempe digestio seu exolutio, ma-
ior fuerit quam quæ in acerbo exi-
stet, hac nempe exolutione maioris
ac intēstioris calor ratione acerbum
exculitur, aqua utique exolutione
austerus sapor producit, quoniam
eiusmodi terreneum siccum hume-
fcit, & cum terreneum aceruum

incalescit durum solū remanet & minime humidum neque molle. vnde stipticum seu pōticum apparet. Dum vero humescit tantum, quādoquidē eius aqua humiditas ter restriū partium fuerit, austerū resultat: cū autē huiusmodi aqua humiditas maioris & intensioris caloris causa magis humefit, et aerea re-

Acidi sa-
poris ge-
neratio.

pitur, ex austero acidus generatur sapor, potest etiam & alio modo eiusmodi aceruum terreum exolui, videlicet cum pariter humefi & calescit & hac ratione, eadē aqua humiditate, in dulcedinē migravit, haud aliter quam ea aerea existenti in pinguedinē. Quibus praelabatis remanet perspicuū satis quavia & methodo, acerbi fructus in principio existentes, processu temporis, eorum quidam austeri fiunt, & alij, acidi, & multi denique dulces, & pingues. Hactenus igitur de singulorum exacta saporum generatione ex rauiimus. super est tandem vnde sapor omnes ortum habuerint, explicare, habuerunt itaque sapor omnes originem suam ex quatuor primis tangibilibus qualitatibus quadam coeuntibus proportione, vnde earū ratione generantur, pro qua re saporum ipsi qualitates secundae dicendi sunt, siquidem ex primis resultare creduntur ex, quarū omnium doctrina apertum satis apparet, saporum generationes octo diuisim esse, vnde & totidem eorum, differentiae fuerint necesse est, pro cuius rei maiori explanatione de ipsorum saporum differentiis exponere curabo, Differentias igitur saporum docentē Galeno & Theophrasto sub certo quidē numero

Saporum
omnium o-
rigo.

Sapores
secundae
sunt quali-
tates.

Lib. 1. de
sim. me. sa-
cul. c. 38

comprehendere facile erit, cuiuslibet tamen saporis naturam explicare difficile, quarum itaque vti ex parte citata constat octo numero sunt, ideoque quantum denique in eis insitum fuerit capitibus sequentibus, easdem saporum differentias quantumuis explicatu, non faciles interpretare conabor.

De saporum differ-

rentiis. Cap. 10.



Aporū utique Plinius decem assignat differentias, alij enim septem connumerat, verum tamen compēdij gratia vt nostri moris est, praedictas ad octauum numerum differentias, in rei veritate reducendas censeo, siquidem totidem saporum generationes, praecedenti cap. exposuimus, erunt ergo saporum differentiarū numero octo, autore Galeno, & Aetio, necnō & Philosopho. vna cum Theophrasto lib. 6. de caus. plant. cap. 1. scilicet dulcis amara, pinguis, salua, acris, seu acuta, acerua, siue pontica, austera, atque acida, quas nostro dialogo ad septenarium numerū red. En ergo octo saporum differentiae, quarum seorsum generationes pro viribus hactenus declarauimus. Est tamen considerandum, vti ex philosophi doctrina demonstratur, quod huiusmodi saporum differentiae, proportione ac similitudine, quadam, totidem colorum species adaptatur, & correspondent, ita vt quae in saporibus dulce, & amarum, existunt, in coloribus album, & nigrū sunt, pinguis enim sapor, seu dulcis est, sal-

Li. 15. cap
27.

Saporum
differentia
octo sunt.

Li. de oculo
par. 5.
c. 2. ser. 1.
Li. de sensu
& sensu
sili. c. 4.

us vero vt amarus, vti constat, flavus autem color, tanquam albus iudicatur, libidus vero seu niger, reliqui vero quadam similitudine medij sunt saporis, scilicet acerbus, austerus, acutus, & acidus. Colores vero, puniceus, purpureus, viridis ceruleus, quorum sane intelligentia & doctrina intuentibus recte luce fiet clarius.

Democri-
ti opinio.

Est autem intelligendum vti ex Democrito docetur, quod singulis saporum differentiis proprie proportionantur formae vel figurae, videlicet dulci sapor, rotunda & amplatissima tribuitur figura, ea nempe ratione vt opinor, quia quemadmodum dulce fere omnibus familiare ac delectabile est, ad gustandum, pari ratione rotunda figura ad rotandum multis est idonea, amaro etiā rotunda quoque proportionatur forma: leuis tamen & distorta ac magnitudine parua, quantum coniector tribuitur amaro rotunda & parua figura rotunda nempe, quia si exacte amara non fuerint, quodam modo in humiditate, sicuti & dulcia conueniunt, secundum tamen magis aut minus, ideoque parua ipsi tribuitur figura, siquidem in amaro non exacte modicum humiditatis existit, sunt vti que exacte amara, docente Gal. ea quae nulla alia qualitate notabili sensu excellunt: haec sane nullam in se continent humiditatem dum modo talia ex tenuium partium visione producantur, si vero eadem amara exacte non fuerint, sed potius a dulcedine & amaritudine non multum elongauerint: continent vti que humiditatem sed paucam, vti de anti quis amigdalibus dulcibus, & avelanis, & consimilibus constat. huius-

Exacte a-
mara.

Lib. 4. de
sim. med.
cap. 19.

modi vti que; minime exacte amara iudicantur, sed cū ex dulcedine in amaritudine transeunt, parū ab ea dulcedine recedūt, & modicum de amaritudine assumunt, vnde media esse inter dulcia & amara dicuntur, ideoque humiditatis parum continet, quare & amaro parua rotunda figura tribuitur. Proportionabit item Democritus, vt censeo, leuitatem ipsi amaro, quia amarū calidū satis est, quod enim calidū sufficienter fuerit, erit quoque & moderate leue, cū summe calidū, summe etiam leue, vti constat de igne, qui cum summe calidus sit, est etiam & summe leuis. Omne ergo summe calidū, summe leue erit intelligendū: tribuitur igitur fortasse ex Democrito ipsi amaro leuitas, postquam amarum calidum fuerit, tribuitur denique ipsi amaro & distorta figura, eam ob rem vt existimo, quia cum distortum & iniocunde, hunc saporē appetescimus, sortitur ideo ipsi distorta & iniocunda, ac ingrata figura, tribuitur etiam pingui sapor ex eodē Democri. rotunda figura: parua tamen & tenuis, rotunda vero, quia maximā cum dulci retinet cognationē, vti superius exposuimus, sed dulcis rotundā continet figurā, habebit ergo eam & pinguis praedicta ratione parua autem ipsi proportionatur, quia modico de temperato calido ad sui generationem indiget, sicuti & dulcis. Dulcis namque licet paucō calore ad sui productionem indigeat, eo quod vt plurimum omnibus delectabilis est, ideo ipsi sortita fuit ampla figura, & non parua: pinguis vero non multis, sicuti vt dulcis, est delectabilis vt constat, & quoniam modico calore ad eius

Omne su-
me calidū
est summe
leue.

eius generationem indiget, ideo ut opinor, modica & parua figura ipsi tributa est, & præter id tribuitur etiam tenuis figura ipsi pingui, quia pinguis magis exoluta & digesta humiditate generatur, quã dulcis, & ob id, quantum censeo, tenuis figura ipsi tribuitur, quia in sui productione ab extenuata humiditate producit, proportionatur etiã salso, angulata & distorta, necnon & magna figura. Angulata enim & distorta, quia eius falsedine distorquetur, ita ut falsum saporẽ gustando diuersas & varias figuras representare videamur, uti ex experimẽto constat. Amarũ autem, licet eadẽ efficere possit, omnibus est ingrati quod de falso nõ est dicendũ: quia ergo ratione ipsi falso huiusmodi figura, & non amaro tributa est, cõceditur magna, quia nõ modico calore ad sui generationem indiget, licet non adurente. Proportionatur itidem saporis acris, acuta figura, ut nomen nepe indicat, eius nucis tamen pineæ instar, acerbõ denique magna adaptatur forma, quoniam id cum durũ sit, sub pauca quantitate multã materiã continet, magna utiq. materia, siue multa, magnam & gradẽ representauit figuram: ex quarum omniũ intelligentia intelligitur, qua ratione octo colorũ differentia inter se proportionantur, & totidem saporum differentia eadem similitudine inter se adaptantur, & præter id octo tantum saporum differentias esse.

De diuersis saporũ

naturis, dulcis nempe & amari.

Cap. II.



Superioribus de saporum generatione, & differentijs pro vitibus perstrinximus, in præsentia vero de diuersis eorum naturis, siue proprietatibus, dissertandũ cõpseco, quãtumuis id difficilimũ speret, dulcis ergo natura siue proprietates, lingue est asperitatem lenis, ac gustui delectationẽ tribuere, nutritionẽ etiam præstare. Est etiã correctrix amarũ, acuta, etiam & acidi: inducit quoq. obstructionem, & flatus generat. Habet item operationẽ intercitã, & tardã, & mediocriter calefacientẽ, maturat, etiam ac emollit. Rationes vero & causæ ob quas dulce prædicta eadem efficere potest recte intelligenti erunt manifesta satis.

Dulcis saporis natura siue proprietates.

Amarĩ natura siue proprietates, extergere est, incidere, extenuare, aperire, resoluerẽ & excoriare, & sanguinẽ fluere faciens, inducit sitim à putrefactione prohibet, calefacit, plus tamẽ aut minus secundũ quod magis aut minus amarũ est, cuius operatio licet citatior quam dulcis fuerit, erit tamẽ tardior ipsius acuti operatione: est etiam huiusmodi amarĩ natura gustui ingrata: hæc utiq. amarũ efficere potest, licet varijs modis sicuti & dulce, ut recte perscrutanti fiet clarum satis, præcognitis ergo dulcis & amarĩ naturis seu operationibus, possemus & aperte satis, non pauca præsertim illam pharmacopœorum dubitationẽ in lucem edere, si quidem id necessarium est, pro parandis ex arte antidotis, videlicet an in antidoto ex dactilis, in quo amigdalẽ absolute ponuntur, sintne dulces an amarẽ apponendã, cuius dubitationis ratione nunc pro maiori rei intel-

Amarĩ proprietates.

ligen

Diapheniconis usus

gentia ipsius è dactilis antidoti intentionẽ explanare est necessariũ. Intentio ergo seu finis diapheniconis, uti ex Mef. docetur, est ad chronicas & difficilis eradicationis febres apta, videlicet ad eas, quæ ex mixto & crasso humore fiunt. Est etiã ad ventris dolorẽ ex flatibus productũ idonea, euacuat enim frigidos & crudos humores, dissoluit denique opilationes & obstructiones, è quibus sequitur an amigdalas dulces aut amarã in præsentia antidoto sint apponendã, ideoq. aduersus multorũ errores dulces apponentium amigdalas est mea dissertatio. Sunt igitur in præsentia antidoto amigdalã amarã apponendẽ & minime dulces, in cuius retestimonio est Dioscorides de stirpium natura facile profecto princeps, dicens, è nucibus græcis cibo idonee & multo minus valent in remedijs quam amarã, idem etiã ex Auicena demonstratur lib. tract. 2. cap. 58 sequitur ergo quod in usu medico amigdalã amarã, magis quam dulces conueniunt. Sunt ergo amarã apponendã & minime dulces, si quidem diapheniconis usus & natura ad stipulam ipsius amarĩ naturã, potius quã dulcis operationibus, id que apparet, postquã amarũ chronicas febres, ac difficilis eradicationis extenuat, necnon & humores crassos, frigidos etiam & crudos calefacit, & concoquit: flatus resoluat obstructiones & opilationes dissipat, & manifestat poros, hoc est meatũ dilatando, per quos humores extrinsecus euocari debent, sed hæc omnia potissima diapheniconis intentio & natura promittit, quid clarus erit quin amigdalã absolute

marã & minime dulces in eodẽ antidoto sint apponendã, quandoquidem multa aduersus diapheniconis naturã & intentionẽ, dulces amigdalas moliantur. Dulce namq. flatus generat, necnon & opilationẽ potissimum in iecore & splene, eo quod maxime rebus dulcibus delectantur, ideoque citius quã oportet à ventriculo dulce iecoris et splenis facultate trahitur. Quamobrem iecur et splenũ dulcium ratione obstructionem patiuntur: vnde sequitur quod in obstructionibus horum membrorum minime rebus nimis dulcibus conandum est, postquam iecur pharmaco, quo obstructa recludat potius quã quo manifesta oppilet, ac obstruat indiget. Est utiq. id manifestissimũ docente Gal. lib. 13. de curand. morb. cap. 13. ex quarum omnium recta intelligentia remanet apertũ satis, quod in diapheniconẽ minime dulces amigdalas sint apponendã, sed amarã solum, contra illorum utique opinionem dicentium quod propter gustus delectationẽ apponendẽ sunt dulces, eo quod amarum ori nõ est gratum. Hi hercule minime rem exacte intelligunt nonne in huiusmodi antidoto multa ingrediuntur, quæ retificare ac de occultare eam amigdalorũ amaritudinem possunt, ut sunt penidie, necnon et mel, ac dactili denique in acidũ conuersi. Si igitur hæc reprimere possunt, eam amaritudinẽ non utiq. delectationis gustus gratia necessarium est obseruandã diapheniconis intentionem peruertere. Sunt etiam alij dicentes, quãuis sine iure et amigdalẽ dulces sunt apponendẽ et minime amarẽ, postquam scriptum est quod vnicũq. absolute

Iecur & splenẽ rebus dulcibus delectatur In epila. iocinoris, et splenis dulcibus minime conandum est.

Solute amigdale scripte inueniatur de dulcibus est intelligendum. Hi enim allocuti sunt ut constat, cofu sevalde, aut si non confuse indistincte ac indeterminatim: qua ergo ratione huiuscemodi descriptio, magna cum premeditatione intelligenda est, videlicet quod vbiq; amigdalae dulces magis quam amarae conueniant, quantumuis non specificetur, de quibus intelligendum fuerit, tunc vtiq; sciendum est, quod semper de dulcibus intelligendum est, alias vero minime.

De varijs saporum proprietatibus pinguis scilicet falsi, acris, austeri, acidi, necnon & stiptici. Cap. 12.

Intellectis ergo quae de natura dulcis & amari praenarramus, in praesentia de reliquorum saporum proprietatibus, declarandum consequitur. Pinguis ideo siue vniuersi atque crassi saporis proprietates, & natura, humectare est, emolire etiam, citra effatu digna delectationem; lubricum etiam facit, ac ventositates progignit, nauseamque pro uocat, atque gustui horrentiam praestit, retundit autem amari, acuti, & falsi malitiam ac in summa fere omnia quae dulce potest, operatur & pingue, quamuis debilius, unde sequitur, quod in medicamentorum contractione scamonij nepe cholocinthidis, euphorbij, thimelcericini, & aliorum eiusdem naturae tenentur pharmacopole parum pinguis miscere, videlicet modicum olei amigdalorum dul. aut violacei vel

Pinguis proprietates.

rosacci: horum namque medicamentorum superflua caliditas, pinguium natura deprimitur. Habet utique in summa pinguis natura, sua humiditate temperie parum ad latus caliditatis declinare: quare & tardam operationem perficere, ex quo colligitur quod cassia fistularis & manna & reliqua eiusdem naturae tarde operantur, quia pinguis sunt & modice calida.

Quaratione cassia fistularis et manna tarde operantur.

Est enim falsi saporis proprietates & natura lauare & mundificare, aperire, siue vias dilatare, cum abstractione simul exsiccat, incindit, attenuat, liquefacit, a putrefactione liberat, preparat ad sitim, & ad vomitum meatum etiam condensationem conciliat, calefacit, licet remissius quam amarum, ideoque falsa tardius quam amara operantur.

Salsi proprietates Salsu tardius quam amarum operatur.

Est amplius acris saporis natura calefacere exacte, ideoque omnium saporum calidior acris existit, postquam amarus in caliditate immediate apparet: ideoque eiusmodi acris calefacit, usque dum ex edentem ac deurentem facultatem, habere iudicauerimus, emollit etiam, crustam quoque colliquat, habet etiam exulcerare, urinam item, & menstrua, atque sudores promouet, ac euocat, mordet etiam & compungit.

Acris proprietates.

Austeri etiam proprietates & natura saporis, qui ab aceruo, seu pontico parum dissidet, adstringens est quo adunans etiam, & exasperans sicuti siluestris & immatura pira, confortat etiam & partes, refocillat ancrassat quoque & frigida & sicca temperie conflatur, itaque ut quanto magis aut minus austerus fuerit, tanto utique magis aut minus refrigerare, aut desiccare dicemus, nec in merito

merito quidem austerum, parum ab aceruo seu pontico dissidere diximus, si quidem testante Actio, austerus sapor, intentione aceruus seu ponticus appellatur, differt tamen in eo quod ponticus siue aceruus maioris est stipticitatis quam austerus & stipticus, ut constat. Ergo austerum intensum idem cum aceruo seu pontico quodam modo, Est etiam animaduertendum, quod si cuti quemadmodum non pauci sunt colores, qui propriis nominibus carent, ideoque ipsi per intensiorem aut remissionem hi, vel illi appellandi erunt pari quidem ratione saporum non paucos intensiorem aut remissione, hos vel illos nuncupandos censeo, ne videlicet nominum varietate confusio nobis appareat, si quidem millies sub eodem subiecto saporum *επιπλορη*, id est complicatio reperitur.

Est tandem acidi saporis natura & proprietates incindere, subtiliare, aperire, mundificare, attrahere, dissoluere, exasperare, inspissare, etiam astringit, mordet, atque pungit, verum tamen absque caliditate, in quo ab acri seu acuto dissidere dicitur. Acris namque mordet, & pungit, caliditate sua, acidum vero frigiditate, quia frigidam temperiem habet.

In summa enim stiptici saporis natura declaranda sequitur, quae utique fere eadem cum acerbi seu pontici natura existit: differunt tamen secundum magis aut minus, uti nuper praediximus. Haec igitur de diuersis saporum naturis, siue operationibus, quamuis compendiofa seu vtilia, & nobis maxime necessaria dicta sunt.

De simplicium medicamentis diuersis calidis temp. Cap. 13.



Itaque integram atque perfectam huius libri doctrinam interpretare viderer, in praesenti capite diuersa primi medicamentorum ordinis temperamenta calida, quadam methodo instituire censui, prius tamen quam horum medicamentorum ordinem atque methodum apposerim, simmetra seu temperata medicamenta, quorum respectu calida aut frigida, humidaue, aut sicca dicuntur, declarare conabor, ideoque circa quae quodam modo medium intercalesfacientia, refrigerantia, humectantia & desiccantia existit, autore Gale, Medicamentorum ideo materia nobis censenda erit, vnguentorum scilicet, cerotorum, necnon et emplastr.

Lib. 2. de sim. med. fac. ca. 23

SIMMETRA MEDICAMENTA.

- | | |
|-----------------------------------|-------------------------------------|
| 1 Aurum in omni qualitate. | 10 Psilium in hum. & siccit. |
| 2 Argentum in humiditate. | 11 Citri cortex in frigid. & calid. |
| 3 Margaritae ex omni parte. | 12 Et reliqua quae sequuntur. |
| 4 Cassia fistularis in frigid. | 13 Scilicet. |
| 5 Lapis ex maraglidus. | 14 Cadmia. Asparagus. |
| 6 Volubilis magna. | 15 Glycyrrhizae succus. Faua. |
| 7 Lini semen in humiditate & sic. | 16 Mixta. Litium. Pineinuclei. |
| 8 Amigdale dulc. | 17 Oleum dulce. Xinzipha. |
| 9 Adianton in calid. & frigid. | 18 Lens. Mustum. |

Medica-

MEDICAMENTA CALIDA

distancia prima à simmetris.

- | | | | |
|----|------------------------|----|--------------------|
| 1 | Oleum com. in princip. | 23 | Sesamum. |
| 2 | Aloe. | 24 | Spica nard. |
| 3 | Agaricum. | 25 | Spica celtica. |
| 4 | Rhabarbarum. | 26 | Vba matura. |
| 5 | Colchicon. | 27 | Mustum. |
| 6 | Vitex. | 28 | Fumaria. |
| 7 | Althæa. | 29 | Borrago. |
| 8 | Brasica. | 30 | Euum. |
| 9 | Buglosum. | 31 | Lufplana. |
| 10 | Beta. | 32 | Stichas. |
| 11 | Castanea. | 33 | Dactili. |
| 12 | Camemelum. | 34 | Lupulus. |
| 13 | Eupatorium. | 35 | Penidiz. |
| 14 | Flores populi nigræ. | 36 | Sertulæ camp. |
| 15 | Chafutha. | 37 | Furfur. |
| 16 | Lini semen. | 38 | Colacutium. |
| 17 | Ladanum. | 39 | Regalis consolida. |
| 18 | Malabathrum. | 40 | Cuprefus. |
| 19 | Nuces viridis. | 41 | Cicer. |
| 20 | Oriza. | 42 | Butirum. |
| 21 | Saccharum in fine. | 43 | Cnicus. |
| 22 | Serum lactis. | | |

MEDICAMENTA SECVNDA SVB

stantia siue recessu à moderatis calida.

- | | | | |
|----|-------------------|----|---------------------------|
| 1 | Calamus odoratus. | 16 | Apiastrum. |
| 2 | Balsamo. | 17 | Thus. |
| 3 | Nux moschata. | 18 | Cedoaria. |
| 4 | Anetum viride. | 19 | Galbanum. |
| 5 | Arte misia. | 20 | Yntybum. |
| 6 | Apium. | 21 | Mastix. |
| 7 | Caparris. | 22 | Prasium. |
| 8 | Camepitis. | 23 | Chesmes, idest, vbe passæ |
| 9 | Triticum coctum. | 24 | Myrrha. |
| 10 | Et panis ex eo. | 25 | Melin princip. |
| 11 | Tipha. | 26 | Nuces siccæ. |
| 12 | Auena. | 27 | Ozimum. |
| 13 | Crocus. | 28 | Pistacea. |
| 14 | Fenum græcum. | 29 | Scila. |
| 15 | Peucedanum. | 30 | Theurrium. |

- | | | | |
|----|----------------------|----|-------------------------|
| 31 | Centaurea minor. | 47 | Luf grisea. |
| 32 | Oleum raphanum. | 48 | Tamariscus. |
| 33 | Oleum sambachnum. | 49 | Vinum rufum in med. |
| 34 | Lapis armoniacus. | 50 | Vinum dulce in princip. |
| 35 | Gariofilus. | 51 | Alphaltum. |
| 36 | Agallochum. | 52 | Xilobalsamum. |
| 37 | Polium. | 53 | Orminium. |
| 38 | Pixarida. | 54 | Lychnis. |
| 39 | Ficus. | 55 | Amomum. |
| 40 | Rapainum. | 56 | Cubabæ. |
| 41 | Vinum felle in fine. | 57 | Carui. |
| 42 | Sal. | 58 | Mumia. |
| 43 | Lapis stolarum. | 59 | Borde. |
| 44 | Sarcocola. | 60 | Cocognium in fine. |
| 45 | Sagapenum. | 61 | Erritrodanum. |
| 46 | Radix opoponacis. | | |

MEDICAMENTA TERTIO

ordine calida.

- | | | | |
|----|----------------------|----|------------------|
| 1 | Aer. | 25 | Galanga. |
| 2 | Cardamomum. | 26 | Epithimum. |
| 3 | Mey radix. | 27 | Iuniperus. |
| 4 | Scamomium. | 28 | Hifopus montana. |
| 5 | Turbith. | 29 | Mentha. |
| 6 | Colocynth. | 30 | Menthastrum. |
| 7 | Filicula. | 31 | Melantium. |
| 8 | Abrotanum. | 32 | Origanum. |
| 9 | Ami. | 33 | Opoponax. |
| 10 | Anacardium. | 34 | Petroselinum. |
| 11 | Anetum aridum. | 35 | Piper album. |
| 12 | Afarum. | 36 | Pulegium. |
| 13 | Acori radix. | 37 | Raphanus. |
| 14 | Anisum. | 38 | Rutha ortens. |
| 15 | Marathrum. | 39 | Sampfucum. |
| 16 | Dictamnium. | 40 | Sabina. |
| 17 | Cinamomum. | 41 | Sifimbrium. |
| 18 | Camedris. | 42 | Vinum vetus. |
| 19 | Cuminum. | 43 | Cedrus. |
| 20 | Cassia lignea fulva. | 44 | Satirion. |
| 21 | Calamintha. | 45 | genciana. |
| 22 | Vtrumque vetera. | 46 | Lapis magnetis. |
| 23 | Vtrumque. | 47 | Vtrumque costum. |
| 24 | Carnabadius. | 48 | Semen vrtice. |
| 25 | Carpeium. | 49 | Semen raphani. |

piper

- 50 Piper longum.
- 51 Vitis alba.
- 52 Phyllon.
- 53 Cassia vetusta.
- 54 Staphisagria.
- 55 Rhus.
- 56 Ziparifum.
- 57 Smirnum.
- 58 Therminium.
- 59 Schenum.
- 60 Perforata.
- 61 Albe mescuch.
- 62 Aristolochia species.
- 63 Attamita.

- 64 Stachis.
- 65 Alfoebra.
- 66 Leuisticum.
- 67 Ammoniacum.
- 68 Baurhac.
- 69 Senc.
- 70 Anonis radice.
- 71 Ben. mag.
- 72 Zinziber.
- 73 Cucumer asinus.
- 74 Arsenicuto.
- 75 Atramentum.
- 76 Moschus.
- 77 Ambra.

MEDICAMENTA QVARTO ORDINE

calida.

- 1 Ignis.
- 2 Euphorbium.
- 3 Castorium.
- 4 Sulfur.
- 5 Flos zris.
- 6 Piper nigrum.
- 7 Cepa.
- 8 Allia.
- 9 Ruta silvestris.
- 10 Napelus.
- 11 Nasturtium.
- 12 Pirethrum.
- 13 Lepidium.
- 14 Tyrimatil genera.
- 15 Rocrum.
- 16 Sinapi.
- 17 Struthium.
- 18 Bacelauri.
- 19 Cantharides.
- 20 Anas aus.
- 21 Lacerpicium.
- 22 Salmoniacum.
- 23 Myfy.
- 24 Sory.
- 25 Hidrargyros, id est argenti viuum artific.

Pro argenti viui interpretanda temperie.

CAPVT. 14.



PRIMUM Siquam de diversis frigidis medicamentorum temperaturis interpretandum aggrediar, quoad quidem circa argenti viui temperiem non modicum inter anticos discriminis est, ipse veram & exactam argenti viui temperiem

explicandum censui, vt itaq; intelligatur argenti viuum artificiale, precedenti capite positum in quarto medicamentorum calefacientium ordine collocandum esse, etiam si natura frigidum a multis iudicatur, & minime calidum, pro cuius itaque controuersie solutione caput hoc instituere existimaui, vt ex eius

eius intelligentia hydrargyri seu argenti viui, vera & exacta temperatura nobis dilucidata satis remaneret hydrargyros utiq; hoc est argentum viuum calidum esse natura, sicuti superioribus exposuimus minime dubitauimus, pro cuius rei maiori dilucidatione, contrarias opiniones adferam ex quibus apositis & intellectis, remanebunt inter se conformes & minime licet sub diuersis considerationibus discrepantes, vnde argenti viui temperies nulli erit dubia, qua ergo ratione primum sunt, Auicena & grauisimus Plinius, asserentes utiq; argentum viuum frigidum esse, Galenus autem nec non & Dioscorides li. 5.

cap. 90. & Aetius serm. 13. cap. 78. & 79. atque Isaac, lib. 2. pract. ca. 5. nec non & gentiles Fulg. supra ex positionem 2. can. Auicena ca. 47. omnes videlicet sunt dicentes facultate esse calidum quid ergo extantorum virorum controuersia dicendum est. Erit ne argentum viuum calidum, an frigidum. Pro cuius enim solutionis gratia, quadam argenti viui diuisione vt mihi videor, e cuius intelligentia fient omnibus huiusce modi diuersae opiniones sibi familiares maximae & minime inter se discrepantes, argentum ergo viuum auctore Plinio, nec non & Ioanne Iacobo de malijs, Alexandrino, duplex nobis existit minerale scilicet & artificiale, quod utique minerale viuum argentum detur prae enarratis auctoribus constat vna cum nobilissimo Isidoro, qui septem metallorum species connumerans, inter eas viuum ponit argentum quae utique sunt aurum, argentum, plumbum, stannum, es argentum viuum

Duplex hydrargyros.

Metalorum species septem.

& ferrum, censendum ergo est argentum viuum minerale siquidem inter metallorum species computatur quod autem hydrargyros artificiale adinueniatur, ex Galeno & Dioscoride, nec non & praedictorum doctrina constat. Censendum ergo est argentum viuum artificiale sicuti & minerale cuius ergo diuisionis causa possemus & ex arte quidem, inter tantorum virorum discrimen conuenientiam assignare, dicentes ergo, vt Auicena, & Plinius, & reliqui, argentum viuum esse frigidum, recte quidem censuerunt siquidem ipsi non de artificiali, sed de minerale tantum intellexerunt, asserentes etiam vt Galenus, Dioscorides & alij eorum sequaces calidum esse iure quidem optimo id declararunt. Postquam de arte fabricato argento viuo solum iudicarunt omne ideo quod alio deducitur, simile vt ex docente philoso. ei a quo eleuatur, sed materia ex qua argentum viuum fabricatur, omnino calida est, vt ex Dioscoridis et Plinij doctrina constat. Erit ergo hydrargyros sua calidum natura, quae itaque argenti viui fabricandi methodus, a praedictis auctoribus petenda erit, qua ergo ratione inter tantos viros de argenti viui temperatura, nulla erit controuersia: quam sane doctrinam recedere volui, volentibus tantum neutram tantorum virorum sententiam, nec derogare, sed potius vtranque ceu optimam seruare. Quibus intellectis vt in integrum huiuscemodi doctrinam explanare videar, superest volentibus alteram tantum opinionem, tanquam veriore

N habe

habere methodum et viam qua, id defendere teneantur proponere. quicumque igitur grecorum sententiam sectare voluerint, hac eam ratione defendere tenentur, dicentes scilicet grecos minime argentum minerale viuum existimasse, sed tantum arte quidem fabricato, a quibus argentum viuum hydargyros nuncupatur, non ergo ex grecorum testimonio argentum viuum datur, nisi artificiale, et minime utique ex sua minora purgatum, aut ex sua minere lapidibus extractum, sicuti ex Auicena demonstratur quod enim greci minerale argentum viuum non habuerint sed artificiale tantum, constat sane ex Auicena testimonio loco supra citato ubi inquit, argentum viuum minerale quidam ut Gale. et alii arte fabricatum esse existimarunt, uti ex eorum doctrina constat, censuit igitur Auicena ex grecorum sententia argentum viuum non nisi artificiali dari, sed materia ex qua huiusmodi viuum argentum produci tur calida est & corrosiva satis, uti ex Galeno et Dioscoride demonstratur: hydargyros ergo calida temperatura et corrosiva erit, et minime frigida, gentiles autem Fulg. eorum et Azarabi sententia nec non et Arnaldus de Villanova tenent argentum viuum haud esse inter tig. princ. ex horum sententia argentum viuum minerale censendum erit, sicuti ex Isidoro, quibus intellectis ex Galeno & alijs eius sententiam sequentibus colligitur, quod hydargyros, calidum natura sua ac corrosivum est, postquam non aliter quam ignitum ferrum exulcerare, & deurere venterem habet: tum enim sua

Ex greco rum sententia non nisi artificiale datur argentum viuum quare natura calidum.

Cap. 26. de in ues. tig. princ. & secundum uirtutum.

calida, nimis facultatis ratione, tum etiam ob sui nimiam grauitatem propter quam in corpus distribui non potest: ignis utique facultas in ferro ignito, magis exulcerabit, & partes per quas transit aduret, quam si eius igniti materia per easdem partes distribui ac diuidi possit. Ea neperatione, quia virtus in materia unita, fortior ac intensior est, quam in rara & dispersa, & in ipsa dispersa remissior, quam in condensata, ob quam similitudinem, si quidem argenti viui facultas in materia nimis graui & difficulter dissolubili fuerit, deurere, & exulcerare ventris partes, per quas transit, habet. Vnde colligitur quod rhabarbarum, alias barbaricum eiusdem generis medicamenta fortius ubi in tota substantia exhiberint, operantur, quam si in infusione posita exhibita fuerint, citra eorum nempe corpulentiam, & hac ratione maior dosis horum medicamentorum constituenda est ubi in infusione posita exhibenda fuerint, quam si in tota substantia propinanda sint: ideoque quantum coniector ex Mesue rhabarbari infusi dosis a dragma vna ad 10 vsque ponitur, ipsiusue contriti, & cum tota substantia exhibita. 3. i. vsque ad iij. quam sane dosim miuime tutam, sed potius periculosam vna cum Manardi sententia censeo, excellit nimis inquit Manar. in anot. simp. med. Mesues huiusmodi rhabarbari quantitas, siquidem absque detrimento 10. drachmae semel exhiberi non possent, uti ex eodem Manardo demonstratur, dicente quod eam dosim quidam nobilis Pannoniensis, non

Virtus unita fortior est ipsa dispersa & dispersa remissior or ipsa condensata.

Medicamenta potentius tota substantia, quam infusione exhibita operantur

Libro. 1. epist. 1.

Observa da rhabarbari dosis

Argentum viuum sit ne uenenum

Libro 4. prope. fin

sine magno suidam expertus fuit, scribit tamen eruditissimus Manardus Auicena & aliorum sententia, veram, & securam ipsius rhabarbari dosim, dicens, in rhaeo barbarico opere pretium est cauere Mesuem sequentes, ad decem vsque drachmas semel exhibuerimus, quod nonnulli peccantes ad extremum periculi agrotantes deduxerunt, sed ex Manardi, & Auicena, necnon & multorum aliorum sententia, nec ultra duas drachmas transcendendum est, si cuti ex epythymo, nec plus quam quinque vel ad summum sex exhibendum est: quibus autem intellectis aliam denuo de argento viuo quaestionem inter praedictos auctores diluendam censeo, fuerit ne venenum an non. In cuius rei sententia non pauci fuere existimantes venenum non esse, quorum est Auicena, sen. 6. lib. 4. quart. tract. 2. cap. 2.) dicens argentum viuum quam plurimi bibunt et non leduntur cui sententia Nicolaus florentinus ad stipulatur cuius verba sunt argentum viuum magna ex parte ubi in corpus in tractaerit nullam aut si aliquam minime effatu dignam efficiet lesionem huius autem vere utique argentum viuum venenum esse intellexerunt, postquam id inter medicamenta venenosa connumerarunt, quantum uis ipsum sumentes non pauci fuerint qui non leduntur quod utique fieri posse hac ratione intelligendum censeo, videlicet quia dum assumitur sui ponderis causa per inferiorem regionem cito egreditur, vnde quantumuis venenosum fuerit, non laedit: si vero utique

sufficienti tempore in corpore moraritur, re vera vitam in mortem seu venenum commutat. Plinij tamen testimonio argentum viuum venenum iudicatur. Galenus enim censet argentum viuum minime esse venenum postquam ex eo nullum fecit periculum, dicens: neque si deuorauerit interficiet, nec etiam si extra corpus applicatum fuerit, nec mirum utique est, etiam si Galenus & Auicena de hac re differere videatur, postquam circa eius productionem diuersimode intellexerunt, magis mirum profecto est, quod inter grecos de hac re controuersia fuerit, si quidem Paulus hydargyrum vna cum Aetio lethale esse venenum affirmant, quam sane sententiam ex Dioscoride quoque habemus, lib. 5. cap. 90. dicente e potum vim perniciosam praestare, ex quorum sententia constat hydargyrum venenum esse, quid ergo de inter tantos viros controuersia dicendum erit? Sequenti ergo methodo & ratione eos in vnum conuenere existimauimus, videlicet asserentes hydargyrum venenum esse intellexerunt, utique dum argentum viuum per se, & absque vlla correctione exhiberi diximus superioribus quantum in medicamentorum exhibitione, eorum correctio conferat. Gal. autem dum ex eo nullum fecit periculum aperte satis id intellexisse demonstratum modo cum sui correctione debita administratum fuerit, videlicet cum eo res eius malitiam retundentes associando, idque ex Paulo etiam demonstratur, parte nuper citata, dicente quod correctum a sui praua qualitate, & debito modo exhibitum potest tute, ac secure satis exhiberi

Libro. 33. capitu. 8.

Libro. 9. simp. med. facult. ca. 9.

Libro. 7. Semi. 3. capit. 79.


videlicet si prius comburatur, & cū alijs rebus eius maliciam & caliditatem superfluum corrigentibus, admisceatur. Et hac ergo ratione vel consimilia possemus vtique se cure humanis corporibus eiusmodi argentum viuum, tam intrinsecus quam extrinsecus administrare: vnde non paucies argento viuo in vngueto pro morbo gallico mendendo vtimur, in cuius vnguenti compositione argētum viuum correctum apponitur: ideoque tunc prodest & minime lædit. Idē enim demonstratur ex Isaac, ex eo argēto viuo vnguentum pro exescabie & pustulis medēdis præparante, & hac pro argenti viui declaranda temperie dicta sufficient. Dicitur tandem hidrargyros argentum viuum, tum quoniam argēti speciem refert, tum etiam eo quod in continuo motu est, ac si esset animatum quod à se moueri potest, tanquam à principio intrinsecus & actiuo sui

motus. mouentur vtique animātia à se ipsis, tanquam à principio intrinsecus actiuo sui motus, in quo ab inanimatis differunt, quæ à principio extrinsecus vtique mouentur, tanquam à generante siue ab alio.

De diuersis medica

mentorū frigidis temperaturis.

Cap. 15.

uperioribus de diuersis calidis medicamentorum temperaturis perstringimus: in præsentia vero consequens est, de eorum frigidis verba facere, & ne igitur præpositum ordinem peruertere videamur. Primum medicamenta quæ primo ordine frigida collocanda sunt, assignare expedit, & postea quæ in secundo: & tandem quæ in tertio & ultimo, quæ in quarto.

MEDICAMENTA PRIMO

ordine frigida.

- | | |
|---------------------------|---------------------|
| 1 Vinum rub. bene dilutū. | 15 Rosa. |
| 2 Vitex. | 16 Viola. |
| 3 Orbanche. | 17 Oxiphænicia. |
| 4 Linozistis. | 18 Citrei caro |
| 5 Seriola. | 19 Malacidonia. |
| 6 Malua. | 20 Lateres. |
| 7 Atriplex. | 21 Acetum. |
| 8 gramen. | 22 Fraxinus. |
| 9 Ordecum. | 23 Caulis. |
| 10 Pruna. | 24 intubus satiuæ. |
| 11 Acini vbarum. | 25 Acetosa herba. |
| 12 Mirtus. | 26 iuniperus. |
| 13 Milium. | 27 Semen arnaglosæ. |
| 14 Pira. | 28 Semen maluarum. |

29

- | | |
|------------------------|--------------------------|
| 29 Semen cotoneorum. | 43 Cerasia. |
| 30 Semen melonum. | 44 Cauda æquina. |
| 31 Semen cucurbitæ. | 45 Mirabalanorum genera. |
| 32 Semen cucumeris. | 46 Alina. |
| 33 Coralus. | 47 Antimonium. |
| 34 Flores spirorum. | 48 Bedegar. |
| 35 Electrum. | 49 Carole porma. |
| 36 Flores amigdalorum. | 50 Caro caprina. |
| 37 Glandes. | 51 Caro porcina. |
| 38 Oliuæ immaturæ. | 52 Caro ceruina. |
| 39 Volus armenus. | 53 Caro cuturnicis. |
| 40 Litargirium. | 54 Caro bobina. |
| 41 Chimolea. | 55 Caro mulina. |
| 42 Ramnus. | 56 Caro asinina. |

MEDICAMENTA SECVNDO

ordine frigida.

- | | |
|--------------------------|-----------------------|
| 1 Vinum nouum. | 21 Nimphææ. |
| 2 Vinum crassum. | 22 Balahostizæ. |
| 3 Vinum austerum. | 23 Flores fauarum. |
| 4 Vinū alb. ostigophodi. | 24 Folia salicis. |
| 5 Acacia. | 25 Radix arnaglosæ. |
| 6 Blitum. | 26 Lapis cianeus. |
| 7 Alumen. | 27 Chrisomila. |
| 8 Pruna damascena. | 28 Lens palustris. |
| 9 Cucurbita. | 29 Rhu obsoniorum. |
| 10 Cucumis. | 30 Mala granata. |
| 11 Pepon. | 31 Oxiphenicom. |
| 12 Plumbum. | 32 Persica. |
| 13 Citrulus. | 33 Polygonum. |
| 14 Lactuca. | 34 Solanum hortens. |
| 15 Arnaglosum. | 35 Sorbæ. |
| 16 Hyacinthi radix. | 36 Oxia cantha. |
| 17 Pentafilon. | 37 gumi tragacanthum. |
| 18 Acetum in fine. | 38 gumi arabicum. |
| 19 Psidium. | 39 Sandal. in fine. |
| 20 Flores violarum. | 40 Cerusa. |

Medicamenta tertio ordine frigida.

- | | |
|-----------------------|------------------------|
| 1 Terra in fine. | 7 Caphura. |
| 2 Mandragora vtraque. | 8 Aizoon maius. |
| 3 Portulaca. | 9 Aizoon minus. |
| 4 Hiasciamus. | 10 Dipfacon. |
| 5 Semen portulacæ. | 11 Semen papaueris. |
| 6 Mandragoræ poma. | 12 Hipochistis succus. |

ibsm

N 3

13

- | | |
|-----------------------|---------------------------|
| 14 Herba hipochiftis. | 17 Flores papaueris. alb. |
| 15 Sandala. | 18 gipsum. |
| 16 Semen herbæ pulic. | 19 Spodium. |

MEDICAMENTA QUARTO ordine frigida.

- | | |
|--------------------------|-----------------|
| 1 Aqua. | 6 Chryſtalus. |
| 2 Hioſciam ſemen. | 7 Opiunt. |
| 3 Argētum viuū minerale. | 8 glacies. |
| 4 Semen papaueris nigri. | 9 Nix in princ. |
| 5 Cicuta. | |

De diuerſis humidis medicamentorum

temperaturis. Caput. 16.



Explicuimus haecenus de diuerſis calidis & frigidis medicamentorum temperaturis, & merito quidē poſtquam calidum & frigidum maioris ſunt actionis quam humidum & ſiccum, ideoque primum de eis ſermonem

fecimus, id enim demonſtratur ex philoſophi de ſtrina; lib. 2. de generatione & interitu; cap. 3. vbi inquit ignis eſt in excellentia calidus ſicuti glacies in excellentia frigida, quibus habitis medicamēta humida præpoſito ordine recenſere oportet.

MEDICAMENTA PRIMO

gradu humida.

- | | |
|--------------------|-----------------------|
| 1 Elenium herba. | 18 Lignum raphani. |
| 2 Linogorkis. | 19 Lignum radi. dulc. |
| 3 Borrago. | 20 Vba matura. |
| 4 Bugloſum. | 21 Ladanum. |
| 5 Semen paſtinacæ. | 22 Chachimia auri. |
| 6 Semen viticis. | 23 Chachimia argenti. |
| 7 glyzithiza. | 24 Zinziber. |
| 8 Citra icarō. | 25 Mora matura. |
| 9 Yntibun. | 26 Lignum amigd. dul. |
| 10 Malua. | 27 Bedelium. |
| 11 Saccharum. | 28 Viola. |
| 12 Penidiæ. | 29 Flores fauarum. |
| 13 Satirion. | 30 Xinzipha. |
| 14 Sefamūm. | 31 Tragacanthum. |
| 15 Heline. | 32 Plumbum. |
| 16 Alina. | 33 Cēpa. |
| 17 Semen althææ. | 34 Caſſia fiſtularis. |

medi

Medicamenta ſecundo gradu humida.

- | | |
|---------------------|-----------------------|
| 1 Portulaca. | 15 Semen nimphææ. |
| 2 Atriplex. | 16 Semen ſefani. |
| 3 Althæa herb. | 17 Oleum amigd. amar. |
| 4 Piſilium. | 18 Melones. |
| 5 Pepon. | 19 Oxiphænicium. |
| 6 Semen maluarum. | 20 Blitum. |
| 7 Semen portulacæ. | 21 Perſica. |
| 8 Ptifana. | 22 Vba matura. |
| 9 Cucurbita cruda. | 23 Semerſ cucurbitæ. |
| 10 Cucurbita cocta. | 24 cucumeres. |
| 11 Pruna damaſcena. | 25 Nuceſ virides. |
| 12 Lactuca. | 26 Fauæ virides. |
| 13 Lens paluſtris. | 27 Cicera viridia. |
| 14 Viola herba. | |

Medicamenta tertio gradu humida.

- | | |
|-------------------------|----------------|
| 1 Semen papaueris albi. | 5 Aer in med. |
| 2 Flores violarum. | 6 Aqua in med. |
| 3 mandragora. | 7 Nix in fine. |
| 4 Pruna. | |

Medicamenta quarto gradu humida.

- | | |
|----------------------|----------------------------|
| 1 Glacies in med. | 3 Argēnum viuū mine |
| 2 Chryſtalus in med. | rale ex Iſaac li. 2. prac. |

Hæc enim medicamēta quarto ordine humida habentur, quantumvis Amberros lib. 5. collect. cap. 3. dicat non poſſe tranſire tertium gradū humida.

De variis medicamentorum

ſiccis temperaturis, Cap. 17.



Diuerſa medicamētorum humida temperamēta præcedenti capite expoſui: in præſentia ergo de eorum medicamentorum ſiccis temperaturis diſſerendum ſequitur, & iure optimo à poſteriori de humidis & ſiccis temperaturis diſſeremus, poſtquam humidum & ſiccū,

poſt frigidū & calidū poſſe da ſunt. Sunt vtique humidum & ſiccū, remiſſioris actionis quā calidū & frigidū. Siccitas nāq; moderatos capit ſicuti in ipſa eſt dolores effice re poſteſt, doçente gal. lib. 2. de cōp. phar. ſecun. locū cap. 1. & forte nul los (eodem gal. autore, lib. 1. de ſim. cauſ. capit. 5. ſicuti & humiditas, ſed capit ſicuti & maximos

quidem caliditas & frigidas, quantum in ipsis est, causare possunt, erunt ergo humiditas & siccitas remissionis operationis quam caliditas & frigiditas, unde inferiori loco aliarum respectu semper computanda sunt. Considerandum tamen est quod si humiditas & siccitas caliditati & frigiditati adiuncta fuerint quod tunc capitis dolores causare possent & per se etiam humiditas i-

psa testante Abenzoar, poterit dolorem causare sicuti & ex accidenti, uti ex Gal. colligitur. c. 8 artis med. & lib. 12. metho. c. 7. quibus in locis gal. affirmare visus est ab alteratione dolori fieri, & ex humiditate, sicut & ex caliditate, frigiditate & siccitate alterationem subsequi. Merito ergo humiditas alterationis ratione siue ex accidenti dolorem efficere posse videbitur.

MEDICAMENTA PRIMA DISTANTIA à simmetris sicca.

- | | |
|---------------------|------------------------------|
| 1 Sene. | 17 Therminthus virid. |
| 2 Crocus. | 18 Ammoniacum. |
| 3 Thus. | 19 Amilum. |
| 4 Braſica. | 20 Cicer. |
| 5 Chamemalum. | 21 Colacutium. |
| 6 Castanea. | 22 Stirax. |
| 7 Marathrum. | 23 Furfur. |
| 8 Hyacinthus. | 24 Zedoaria. |
| 9 Ordeum. | 25 Vtrumque cardamomū. |
| 10 Eruca. | 26 Oxiphancia. |
| 11 Beta. | 27 Electrū, alias succiū di. |
| 12 Orabancha. | 28 Radix dulc. |
| 13 Mustum. | 29 Lupulus. |
| 14 Mala bathrum. | 30 Fraxinus. |
| 15 Eruum. | 31 Regalis consolidida. |
| 16 Radix hyacinthi. | 32 Oleum omphacium. |

¶ Medicamenta secundo recessu à medijs sicca.

- | | |
|-------------------|----------------------|
| 1 Ambra. | 14 Menthastrum. |
| 2 Moschus. | 15 Aloes. |
| 3 Rhabarbarum. | 16 Cotonea. |
| 4 Agaricum. | 17 Balsamum. |
| 5 Artemisia. | 18 Calamus odoratus. |
| 6 Leptophilum. | 19 galbanum. |
| 7 Anethum viride. | 20 Natubus. |
| 8 Balahostia. | 21 Mel. |
| 9 Bursa pastoris. | 22 Raphanus. |
| 10 Caparris. | 23 Pixarida. |
| 11 Lentesc. | 24 Arnaglosum. |
| 12 Myrrha. | 25 Cinoglosum. |
| 13 Mentha. | 25 mastichis. |

- | | |
|----------------------------|------------------------------|
| 26 Millium. | 55 Quinque genera. |
| 27 Nux moschata. | 56 Carui. |
| 28 Oriza. | 57 Agallochum. |
| 29 Opoponax. | 58 Vinū inter nouū & vet. |
| 30 Pistacea. | 59 Peucedanum. |
| 31 Pira. | 60 Lapis magnetis. |
| 32 Santala. | 61 Sertula campana. |
| 33 Expicanardium. | 62 Tamarindi. |
| 34 Rosmarinus. | 63 Cerusa. |
| 35 Cubebe. | 64 Aristolochia species. |
| 36 Cuprefus. | 65 Sal. |
| 37 Sampsucus. | 66 Ben. mag. |
| 38 Mirtus. | 67 Herba acetosari. |
| 39 Folium. | 68 Centaurea minor. |
| 40 Aron. | 69 Laſerpiciū. |
| 41 Asphaltum. | 70 Cortex citri. |
| 42 Absinthium. | 71 Scila. |
| 43 Xilo balsamum. | 72 Gauda equina. |
| 44 vitex. | 73 Eupatorium. |
| 45 Acacia. | 74 Capnosalia fumaria. |
| 46 Arsenicum rub. | 75 Coralus. |
| 47 Antimonium. | 76 Amomum. |
| 48 meyr radices. | 77 Albrahim alias genista. |
| 49 Ramna. | 78 Radix opopanax. |
| 50 Lapis armeniacus. | 79 Sagapenum. |
| 51 Oxiacantha. | 80 Licium. |
| 52 Cnicus alias chartamus. | 81 Semen vrtice. |
| 53 Volubilis mag. | 82 Filicula alias polipodiū. |
| 54 mirabalanorum. | 83 Serum lactis. |

MEDICAMENTA TERTIO RECESSU à medijs sicca.

- | | |
|---------------------------|------------------------------------|
| 1 Vinum vetus. | 12 Calamintha. |
| 2 Anethum siccum. | 13 Timinia vba alias staphidagria. |
| 3 Anetum vstum. | 14 Galanga. |
| 4 Cinamomum. | 15 Fructus aridus thermin. |
| 5 Cassia fistularis. lig. | 16 dictamnium. |
| 6 Cedrus apium. | 17 Artanita. |
| 7 Asarum. | 18 Doronicum. |
| 8 Ameos. | 19 Cucumera siminus. |
| 9 Amisum. | 20 Atramentum. |
| 10 Acesum in prin. | 21 Carnauadium. |

Cuminū

- | | |
|-------------------------------------|-------------------------------------|
| 22 Cuminum. | 43 Galla. |
| 23 Coriandrum. | 44 Gariophilom. |
| 24 Caphura. | 45 Hyfopus. |
| 25 Polium. | 46 Iuniperus. |
| 26 Petroselinum. | 47 Macer. |
| 27 Rhu. obfiorum. | 48 Marrubium. |
| 28 Ruta horrens. | 49 Melantium. |
| 29 Sanguis dracon. | 50 Origanum. |
| 30 Chamedrys. | 51 Pentaphilon. |
| 31 Eleborus. | 52 Trifolium. |
| 32 Leuisticum. | 53 Sabina. |
| 33 Ferrum. | 54 Omphatiu alias fucus
acresta. |
| 34 Vtrumque costum. | 55 Smirnum. |
| 35 Theuctium. | 56 Errithrodanum. |
| 36 Satiriom. | 57 Albe mesue. |
| 37 Vitis alba alias alphe-
cera. | 58 Borax. |
| 38 Alfebra alias esula. | 59 Scheuum. |
| 39 Baurahc. | 60 Lapis stelatus. |
| 40 Radix ircos. | 61 Cholchicom. |
| 41 Genciana. | 62 Cholocinthis. |
| 42 Epythimum. | 62 Scamonium. |

MEDICAMENTA QVARTO OR.

- | | |
|---------------------|-------------------------|
| 1 Ruta filuestris. | 9 Flos æris. |
| 2 Semen sinapis. | 10 Thimelca. |
| 3 Allium. | 11 Calx. |
| 4 Pirethrum. | 12 Sulfur. |
| 5 Opium. | 13 Vitriolum. |
| 6 Nasturtium. | 14 Euforuium. |
| 7 Fructus anacardi. | 15 Titi malorum genera. |
| 8 Piper nigrum. | |

Hæc igitur de diuersis medicamentorum siccis temperaturis seu vsui medico necessaria dicta sunt quibus de diuersis medicamentorum omnium temperaturis doctrinam integram hæcenus exposuimus, quæ sane varia & diuersa medicamentorum temperamenta, recensuisse medico admodum fuit necessarium, docente Hipp. necnō & Galeno. lib. 6. de comp. pharm. per

loc. cap. 1. vbi inquit, nemo qui simplicium medicamentorum diuersa temperamenta, siue facultates varias agnouerit, vñquam vtique in rei medicæ vsu auxiliorem inopia laborauerit, siue per montes venetur, siue quid in agro operetur, siue in peregrinatione quandoque præparatis careat medicamentis, id vtique ex erasistrato docetur etiã dicente, seipsum curasse, ad rubi succum

succum prægressus, siquidem eo loco Andronicus Pastilius nõ esset præfens, qui de niq; cū præcognouerit Andro. pastilū in abstrin-gēdo curdi doāminium habere, materiam, ideo in adstrictione consimilem perquisiuit, quam cum cognouisset, adinuenit, & tandem prius eiusdem morbo sanando ea vsus fu-

it, vñde eius ratione liberatus fuit. Idem etiam ex eodem Galeno demonstratur narrante, se prædicta ratione anginam curasse, succo tatum expresso corticū nucum viridium contempleri ergo quantumcōfert diuersa temperamenta medicamentorum intellexisse.

Finis.



ANTONII DE AGVILERA

VENERANDAE MEDICINAE CVRIOSI
doctoris de temporis ratione colligendi medicamen-
ta. Libellus quartus.

De huius doctrinæ vsu. Caput. 1.



OSTQVAM superioribus seorsum omnibus, non pauca quæ circa medicamentorum doctrinã versantur pro virili nostra exposuimus. Cõducibile vtique sequentibus est, de eorundem, simpl. medicamentorum colligendi doctrinã atque eligendi verba facere vna cū eorundem repositionis, & durationis methode siquidem singula hæc in rei medicinæ negotio, non tantum ad sui integram perfectionem comparandam conferunt, verum etiam & ad rectam & exquisitam, medicamentorum compositionem fabricandam, impossibile vtique censeo, vlla medicamentorum perfecta dispensari cõpositio posse, quin prius

simplicia medicamēta suo & oportuno tempore demantur, ac eligantur, & in debito loco reponantur, & in summa ne vltra debitum suæ durationis tempus pertransierint, quæ sane doctrinã ex illo Dioscoride de natura stirpiū facile principi docetur, cuius verba sunt. Primum curam impendere oportet vt singula suis singulis tēporibus demantur, & cocondantur, quia pro horum ratione, aut valent viribus aut eundem nulloque munere funguntur, maximus ergo negotio medico ex huiusce doctrinæ exacta intelligētia vsus consequitur, quandoquidem medicamēta quæ haud suo debito tempore colliguntur, plerumque degenerant & minus viribus valent, vt itaque recta atque perfecta

Li. 1. pra. fa.

Medici of
ficium.

Etia medicamentorum è simplicibus refultet cõpositio, hæc omnia summa cura adseruetur quam maxime est necessarium, ideoque à medicinæ studiosis eadem sane admodum sunt perpenda, siquidè ad propulsandos morbos primas obtinet & medicorum officium fuerit docente Galeno lib. 1. de elementis, quidquid vnicuique morbo opportunum sit adinuenire, opportunum itaque est pro medēdis morbis electis compositum medicamentū aut simplex saltim applicare, qua ergo ratione de huiuscemodi doctrina pharmacopeis non tantum, verum etiā & studiosis medicis, multū contrestasse conferre puto, ideoque doctrinam hanc, licet compendiose vt nostri moris est, nunc primum natā instituere censui, & non quidè sine magno medicorū, pharmacopeorumue, & egrotantiū vsu.

De vniuersali colli-

gendi medicamenta do
ctrina. Cap. 2.

Rationem vtique considerationem quam nos ex simplicibus medicamentis coniectare tene mur eorum collectio est, siquidem qui prius colligantur nihilum ex eis componi poterit nec vllū etiā nobis resultare auxilium, ideoque ab eorum colligendi ratione exordiri censui, quæ vtiq. ratio duplex nobis consideranda est, vniuersalis scilicet & communis necnon et exquisita siue particularis de qua sequenti capite missa me facturum existimo. Primum itaque vniuersalis medicamentorum colligendo

cum doctrina inani diuisione re vera constituenda est, siquidè sub eius ratione nobis colligenda veniunt diuiditur itaque annus (vti ex Galeni doctrina demonstratur lib. 1. apho. com. 17. & 18. ac ex aliorum multorum sermone) in quatuor partes scilicet in hiemem, verestatem, & autumnū, quorū quodlibet suam propriam habet & determinatam temperiem, eodem Galeno docente lib. 1. de morb. popularibus cõmentario. 2. com. 1. de quibus lib. 1. cap. 6. pro viribus explicuimus. Medicamentorum ergo vti. 2. lib. exacte differuimus, quædam à terra quædam vero à metallis, quædam ab aquis, & quædam à plantis, deducuntur: postquam ergo de medicamentorum collectione in præsentia nostra est pertractatio, intelligendū est, quod à plantis deducuntur, videlicet vt herbæ, flores, folia, semina, fructus, cortices, succi, gumi, & reliqua, de quarum ratione in presentia nostra erit dissertatio, seu de rebus quæ cõmuniter vsui medico necessaria sūt ideoque medicorū studiosi oēs magno opere cõsiderare tenentur, quæ medicamēta oīa primū serena cæli constitutione de metenda atque colligenda sunt, non vtique tenebroso ac ventoso tempore apparēte. Meligenda dicamēta enim quæ claro, & sereno aere colliguntur, meliora sunt & perfectiora quidem eis, quæ in dispositione humidi aeris, ac vicinitatis plubiossi temporis demetuntur, & ipsorum medicamentorum considerandum, est quod quædam siluestria existunt quædam vero domesticis, quorum vtique siluestria domesticis ipsis fortiora, & in sui opera

Anni diuisio.

Aere sereno medicamenta colligenda sunt.

operationibus intensiora, censenda sunt, necnon & minoris magnæ etiam ex parte sua forma quantitatibus, & eorum siluestrium considerandum est, montanas fortiores, ac in operando intensiores esse, & maxime illas, quæ ventis exposita sunt, & quæ locis in quibus prodeunt, clibosa existunt, perflata enim frigidæ loca & aquis carentia, quibus vtique in locis eorum medicamentorum vires longe validiores intelligendæ sunt, ea vero quæ in campetribus & opacis ribis cæterisque locis à vento silentibus enascuntur, vt plerimum minus viribus valēt. superest igitur vniuersalem colligendorum medicamentorum doctrinam explicuerimus, qua ergo ratione dicendum est, quæ vniuersaliter herbæ primario, flores vero, secundario, verno tempore colligendæ sunt mense videlicet, aprilis, necnon & maij, in quibus vtiq. mensibus fere omnes succi, extrahendi sunt, ea nempe ratione quia tunc omnia communiter germinari, ac flores iudicantur, & ob id eo tempore herbæ, flores, & succi, extrahendi sunt, semina vero colligenda sunt estiuo tempore, videlicet iunij mense, necnon & iulij, quoniam tunc completa iam & in sui perfectione existunt, qua igitur dispositione, herbarum semina demetenda sunt, radices autem, & earum cortices autumnō, tempore excerpenda sunt, & non quidem absque ratione, eo siquidem tempore, semina, & folia sponte cadunt, & tota herbarum virtus. Tunc in radicibus colligitur, vt ex gentil. fulg. doctrina demonstratur, dum vtiq. herbarum virtus in radicibus colle-

Expositio
ne. 2. cano
nis Auic.
cap. 2.

cta & contracta est, tunc enim radices colligendæ sunt, tanquam in sui debito ac selectiori tempore, quorum denique medicamentorum quædam sunt, quæ diuersis & variis temporibus colligenda veniunt, de quibus sequenti capite cum ad particularem & exquisitam doctrinam descendimus, in integrum enucleauimus & ob id prædicta, pro colligendorum medicamentorum, vniuersali, declaranda doctrina, sufficient.

De exquisita & par-

ticulari colligendi, herbas
flores, & semina, nec
non & fructus ra
tione. Cap. 3.

N vniuersali & modo amplo, superiori capite, rationem simplicia colligendi medicamenta extricauimus, in præsentiarum vero expeditam eorum medicamentorum & particularem doctrinam siue rationem, quæ tum fuerit vtile & necessarium enucleandam censeo, quæ sane doctrina à Nicolao suo antidotario non modicum comendatur, qua igitur ratione, sequenti methodo eam examinadam existimaui, videlicet in præsentii capite, eam doctrinā, quæ de ratione colligendi herbas, flores, semina necnon & fructus determinat, explanare conabor. Et in altero quidem sequenti doctrinā eam, quæ succorum, gummarum, foliorum & radicum, exquisitam rationem absoluit, expeditam & manifestam faciam, & tandem in vltimo siue. 5. eā quæ de corticibus inquirat pro viribus interpretare molliar, quibus

*Fructus
herbe quā
do colligē
de*

bus intellectis in presentiarum ab herbarum collectione exordiri videbor, siquidem prius in ordine nobis sese offerunt, unde quarum plurimum ramose fuerint. Primo colligende erunt, quarum utique que fructifose sunt sicut stechas, camedreos, polium, à brotanum absinthium, yfopus montana, mentastrum, mesir, idest, dictamnium hæc demū, herbarū speties & relique omnes, eiusdem nature semine prægnantia, colligendæ sunt, siquidem eo tempore vigent & suum integrū facultatis robur sibi compararunt ut constet qua utique dispositione nulla enim interueniente mora demetendæ sunt, alias vero minime si colligantur in sui vltima perfectione censendæ erunt, si nanque ante seminum prægnatione forte demetantur omnino eas fugiendas censeo, siquidem tunc nondum sui perfectionem sibi compararunt, unde huiuscemodi herbarum speties, minime eo tempore colligendæ sunt, quare eadē ratione nec easdē multo post à sui in prægnatione & perfectione, demetendas consulor, tantum ergo semine prægnantia demetantur erit necessarium. Flores autem ut sunt circij, idest vorraginis violarum nimphæ, anthos, alchamni, jasmini, tormentile, sambuci, & aliæ omnes eandem naturam habentes, colligendæ nobis sunt, antea videlicet quam sponte sua deciderint, hoc est post semiplenam expansionem, siue earum integram apertionem hac nanque dispositione herbarum flores, merito colligendi sunt, siquidem tunc in sui vltima virtutis perfectione manent, & ob id antea quam sponte cadāt,

*flores quo
tēpore de
metendi
veniunt.*

demantur est necessarium, nanque si post spontaneam decisionem forte collegerint, omnino eos fugiendos censeo, siquidem eo tempore earum virtus dissoluitur, ob cuius rationem sponte cadunt, antea etiam quam ad sui perfectam, expansionem, ac apertionem peruenerint, minime demetendi sunt, siquidem nondum ad sui integritatem peruenere, qua ergo ratione ut in sui vltima maturitate, & virtutis perfectione colligantur, ubi integram & perfectam expansionem (videlicet ubi nec proprium sui colorem dimiserint) iudicare videantur, demetendi utique citra vllius temporis intercapedinem sunt, que sane doctrina ex illo Dioscoride, de stirpiū natura facile profecto principe demonstratur, primi lib. præfatione necnon & ex Auicena, atque Arnaldo de Villanoua suo antidotario, quam etiam doctrinam doctor Saladinus sua. 5. part. insequitur, qua ergo ratione, & tantorum virorum autoritate, prædicto tempore, tanquam in debito atque inculpato, prædicti flores, colligendi veniunt. Herbarum etiam semina, ut sunt marathri, aneti, anisi, petroselini, dauci, lithos permonis siseleos, & reliqua eiusdem nature omnia, quoties sicari ceperint, ante videlicet, quam defluāt, postquam enim cruditate earum exsiccata censuerimus, colligenda sunt, & clarius quando ad sui vltimam perfectionem peruenerint, hac, utique dispositione sui integra virtute funguntur, & ob id tunc demetenda sunt & nullo enim alio tempore, si nanque antea quam earum cruditas in debita nempe dispositio. Exsiccata fuerit

Li. 2. c. 6.

*Herbarū
di veniunt.
semina
na, ut sunt
quando de
metenda.*

fuerit colligatur, fugienda utique sunt, siquidem tunc nec sui propriū virtutem retinent, abundant potius cruditate humidaq; superflua, quā ubi ex siccata fuisse existimauerimus, ut integra dispositione semina demantur, eadem herbarum semina tunc demetenda consulor post cuius utique cruditatis, exsiccationem, nec multo ab ea post colligenda sunt, ne earum virtus dissoluantur, unde sponte defluunt, quare itaque spontanea defluxio, facultatis diminutionem portendit, quare & indebitum colligendi semina, tempus, demetenda igitur sunt, ut in sui vltima perfectione habeantur, ubi siccate ceperint antea nempe quā defluant. Fructus tadem dum ad sui completam maturationem perueniunt, descerpendi sunt, ut itaque in sui vltima perfectione esse dicatur. considerandum tamen est, quod si huiuscemodi fructus se præparauerint, ad nimiam maturationem, tunc utique abijciendi sunt, & minime reseruandi, siquidem tunc dissolutiorem virtutem habent, colligendos ergo eos censeo. Priusquam ad eam maturationem præparatur ut in sui vltima virtutis facultate demetatur, qui denique fructus prædicta dispositione demetendi veniunt, uti anacardi sunt, acetosi dauci & tamarosnidi necnon & cucumeris asinini ac denique omnes eiusdem nature qui in pharmacopolis reseruandi sunt.

*Fructus
a tēpo
ris disposi
tione ex
cerpendi.*

De exquisita & spetiali, succorum, gumarum & foliorum, doctrina. caput. 4.



E. tempore iam quo succi extrahedi sunt rationi est consentaneum indagari, ideo que herbarum succi ut sunt rosarum, in tubi fumaræ, lupudorum berraginis, & buglosi, & consimilium, germinantibus tū primum cauliculis extrahedi sunt, Dioscoride docente, quam etiam sententiam insequitur Albucchasis cuius, verba sunt plantarum foliorum & ramorum succidum videlicet teneram retinuerint substantiam extrahantur est necessarium, quos denique docete Saladino doctore tempore præcipue veris extrahendos esse affirmat. Tunc utique opportunum ceterur extractio nis tempus, siquidem eo tempore plantæ pululare incipiunt unde & teneram retinent substantiam, quare eo tempore extrahendos esse consulit ut herbarum virtus aut foliorum, recte possit extrahi. Hanc sane sententiam confirmo etiam Nicolai præpositi autoritate dicentis quod herbarum, foliorum, ramorum fructū ue, aut deique radicuum, succi, exprimedi sunt aptiori tempore quo huiuscemodi medicamenta colligenda veniunt, siquidem eo tempore integram sui virtutem sapiūt, qui denique expedite satis & cæteris clarius ac perfectius huiuscemodi doctrinam exposuit. Nanque si huiuscemodi succi extrahendi sunt, quā do perfectius erit, quā tempore eo, quo eiuscemodi simplicia medicamenta demetenda sunt, siquidem dispositione ea herbe & reliqua simplicia, in sui vltima perfectione consistūt, ideoque de reliquis aliis hac eadem ratione intelligendum erit, si au-

*Succi quā
tēporis
dispositio
ne extra
hedi sunt.*

Li. 1. c. 11.

Aduerte.

si autem huiuscemodi herbarum succi prima sua germinatione extraherentur, nondum utique integrum herbarum virtutem continerent si quidem eo tempore ut constat, huiuscemodi simplicia medicamenta necdum sui perfectionem sibi compararunt ideoque non omnes succi eo tempore extrahendi sunt si herbarum propriam virtutem quam quaerimus retinere debent, quibus intellectus quid dicendum erit ex Dioscoride necnon & Albucasi atque Saladino, dicentibus succos germinantibus tum primum cauliculis extrahendos esse, dicendum utique est ne tantorum virorum doctrinam derogare videamur quod illi recte dixerunt, quandoquidem vniuersaliter & magna ex parte ea temporis dispositione extrahendas fuisse intellexerunt, qua ergo ratione censendum est & iure quidem optimo quod ab eiusmodi simplicibus medicamentis succi extrahendi sunt, quandoquidem eadem simplicia medicamenta ad sui integritatem peruenierint ideoque distintis temporibus extrahendi sunt succi ex acrota, morisue, necnon & ex cotoneis, ac denique malis punicis, siquidem diuersis in dispositionibus eiusmodi fructus ad sui integritatem perueniunt, qua ergo ratione eorum fructum, mala punica granata nempe, tribus indigent rebus, ut ab eis succi debito modo extrahantur, quandoquidem tria eorum genera fuerint, diuersam nempe intentionem habentia docente Galeno lib. 6. de compositione pharmaca. 2. locos. cap. 4. necnon & Alexandro Traliano, scilicet austeri, accida, & dulcia, vbi modum ab eis

Malorum
punicorum
tria genera.

Li. 3. c. 11.

extrahendi succum assignat, singula utique haec propria & determinata designant tempora, in quibus ab eis succi extrahendi sunt, cotonea vero duo tantum tempora exposcunt quibus ab eorum substantia succi extrahendi veniunt, siquidem duae eorum existunt differentiae parua scilicet, & acerbata quae vulgo mascula dicitur, & praegratis quae foemina dicitur, diuersam utique a masculi intentione facultatem habes, ideoque diuersa necessaria sunt tempora, ut ab eorum differentiarum substantia succi extrahantur & sic utique de singulis consimilibus intelligendum erit. Gummi autem post eius integram & perfectam congelationem colligendum esse censeo, vnde licet dum humiditatem in se contentam moderate habent, antea nempe quam plus iusto exarescant ac in puluerem redigi videantur huiusmodi enim sunt ut resina lentiscina termenthina tragacanthum & reliqua eiusdem naturae haec utique si ante integrum sui congelationem aut post eorum nimiam exsiccationem demetantur minus viribus, valent & ob id ea dispositione minime colligenda esse censeo, sed tantum vbi sui integram congelationem retinuerint, foliorum tandem genera excerpta veniunt, videlicet dum completam quantitatem & formam sibi comparare incipiunt, prius videlicet quam sui proprium & determinatum colorem amiserint, tunc utique optima est temporis dispositio, & occasio, in qua folia colligenda sunt. siquidem eo tempore multo magis quocumque alio, viribus valent siquidem tunc in sui vltima perfectione

Gummi ex
trahenda
quando.

ratione iudicatur, ideoque ut in sui extimentur perfectione ea temporis dispositione, & non alia colligenda veniunt. Radices denique omnes si indebito ac inculcato tempore demetendae sunt, dum earum plantae propriis foliis exuuntur, extrahendae sunt, videlicet cum folia sponte cadunt, cum utique herbae suis exuuntur foliis, remittitur eius plantae virtus, atque contrahitur in radicis usque substantiam, & ob id folia cadunt, quare eo tempore radices colligendae veniunt, si in debita ac inculcata temporis occasione demetendae sunt, ideoque si hoc tempore non colligantur, omnino fugiendae & ab usu medico rejiciendae sunt, siquidem citra praedictum tempus, herbarum virtus per totam ipsarum mollem exarsa est, vnde & earum radices tunc minus vigorosiores, & perfectiores, iudicantur, non ergo plantarum radices, extrahendae sunt, usque dum earum virtus in totam radicis substantiam infracta atque contracta fuerit, dum itaque folia sponte decidunt, signum utique est quod herbarum virtus ad radicis substantiam recolligitur, & ob id cum plantae foliis suis exuuntur inculcatum & deuietum tempus in quo colligendae sunt censendum est, uti ex Dioscoride, & Auicena, necnon & Arnaldo, aperte satis demonstratur, quam etiam sententiam insequitur Platearius ca. de aristolochia, vna cum Saladino doctore, vnde nobis exposita doctrina, reseruanda & perquirenda maxime est.

Folia colligenda quando.

Tempus colligendi radices, inculcatum

De specialibus & exacta

radicibus extrahendis ratione. Cap. 5.



Vandoquidem cortices, radicibus inherere iudicantur, ea utique temporis dispositione, qua radices ipsae colliguntur, earum cortices si in sui vltima perfectione extimentae sunt, extrahendae veniunt qua ergo ratione compendij gratia, quidquid superiori capite de radicibus collectione expositum est, erit quoque & de corticibus colligendis intelligendum, quae sane doctrina ex Nicolao praeposito excerptur libr. 1. cap. 9. vbi inquit plantarum cortices, quae ex radicibus extrahendae sunt ea temporis dispositione qua & radices colligendae veniunt, sunt utique & ab eis extrahendae, quarum utique omnium doctrina, quae in toto libello tractantur, medicinae studiosis, & pharmacois peruigili cura consideranda est, namque si praedictis temporum dispositionibus, simplicia medicamenta, haud colligerint, re vera in pharmacopolis minime praemittenda, nec reseruanda sunt, quare & neque ex eis electaria componenda, quandoquidem ea electa non fuissent, non igitur solum medicamenta quae non debito tempore colliguntur a medicis expernenda, & a pharmacopolis abiicienda sunt, verum etiam electaria quaecumque quae ex talibus simplicibus medicamentis fabricata adinuerint, haec ergo & consimilia omnia si in apotecis

cis forte parata adseruentur, videri quidem meo medicinae studiosis abijcienda erunt, quandoquidem huius rei ratione studiosis medicis nonnunquam calumnia vlla & quorundam vilipendium tribuitur, quatumuis recte operarint: qua ergo ratione subfortasse quidam fuerint pharmacepi huiusmodi doctrinam nec obseruantes & ex in electis electaria componentes, tunc utique eos graui poena puniendos censuram, postquam eorum ratione, egrotantibus non modicum damnum & medicis ignominia subsequitur, & tunc utique ex voce populi culpa tribuitur medicis ipsis dicentis forte illud idem medicum fecisse, quonia nec morbum recte curare sciuit, quare si pharmaceporum ratione, ob imperfectam nempe componendi medicamenta methodum, studiosis medicis dedecus quoddam sortitur, & egrotantibus malum iure optimo graui poena illi puniendi sunt, uti ex Plateario demonstratur dicente pharmacepos, qui nec recte suam exercent artem, poena capitali & minime pecuniali puniendos esse, si cuius sane sententiae confirmatione est doctor Saladinus eandem referens legem: vnde sequitur quod sicuti huiusmodi pharmacepi vituperandi sunt, pari quidem ratione eos summis ad sidera laudibus extollendos censeo, qui recte suam artem exercent, siquidem eorum ratione medicis bonum nomen non tantum tribui potest, verum etiam & egrotantibus non modicum subsequi auxilium, vnde inferitur ut ab huius rei negotio nos cauere valuerim quod summa diligentia pharmacepo

rum artis industriam molliri tenemur, ut quorundam fraudulose impostores intellexerim, ideoque tenemur huiusmodi doctrinam medici perpedere, & eandem pharmacepis commonefacere, ne electaria siue antidota componant, quin prius eius compositionis fabricanda debita methodo & ordine dispensata fuerint ut earum perfectio atque selectio pateat ut itaque ex electis electaria componatur, alias utique non recte electaria videri meo dicenda sunt, sed potius nefanda & ignominiosa antidota, postquam ex in electis fabricatur non quidem sine magno medicorum necnon & egrotantium detrimento, & tandem est considerandum, quod ubi electa & approuata ab ea dispensatione fuerint, quod statim quae concoquenda sunt, concoquantur, & quae lauanda sunt, publica lauentur, & quae infundenda infundantur, & quae trituranda, coram omnibus terantur, & in summa reliqua omnia sunt necessaria quidem pro compositione perfecta fabricanda, cuius rei negotium medici haud exigua cura molliri tenentur, siquidem de hominum vita tractare molliuntur, quae utique nisi prius medicis perpendantur, ea quae in pharmacopolis continentur non tantum examinare verum etiam nec intelligere valent, vnde sequitur ut medici pharmaceporum artem sectari non minori cura quam ex professo medicinam tenentur, siquidem totum ad negotium medicum pertinet, ideoque eiusmodi artem antiqui omnes in integrum intellexerunt, uti Galenus, Paulus, Aetius, Alexander Tralianus, Actuarius Auerrhois, Auice, Mesue, & Arnaldus de Villanoua, & multi utique innumerosi alij

Studiofi
medici,
pharmaceporum
artem molli
ri tenentur

alij siquidem de ea multa, vtilia & necessaria extricarunt, quae tam circa medicamentorum simplicium quam compositorum perfectam rationem versantur, vnde hij ut summi medici, nomine videlicet & re, diuersa & varia medicamenta domi pro suo arbitrio parabant, & illa parata adseruabant, & tandem eis pro medendis morbis, siue egrotantium necessitate utebantur, ex quorum denique documentis, pharmaceporum artem adinuentam reperimus, in cuius rei sane testimonio summo Galenum, qui vndecim libros de simplicium medicorum doctrina exactissime exposuit, necnon & Io. de componendi medicamenta ratione secundum locos, & 7. etiam de eorum secundum genera compositione, ac denique libellum de remediis paratu facilibus, vna cum alio si bi ad scripto de medicamentis facile parabilibus, Paul. etiam li. 7. Gal. praedictam doctrinam insequitur, necnon & Aetius serm. 1. & multis aliis in locis, Auice. denique 2. & 5. can. scripsit de exquisita simp. med. necnon & compositorum ratione, quae denique pharmaceporum ars tantum ac ingentis annis plus minus citra, et non sine magno egrotantium detrimento, docente eruditissimo Marnardo, ad nonnullos de voluta fuit igitur si praedicti medici huiusmodi artem sectarunt, & non modicum elaborarunt, qua ergo ratione non seam consequi non conabimur postquam eadem ars ad negotium medicum non medicum pertinet, ideoque colligitur, ut quicumque pharmacepi eam integre secta-


re molliantur quod saltem latinum idioma recte intelligere debent, & in eo diu versari, ut ea quae a praedictis viris inscripta sunt, sibi comparare valuerint, alias multoties latini idiomatis defectus, & maximos versari errores possent, quos igitur ut fugerint, necessum est, anteaquam publice hanc artem exercent, latinum idioma exacte & saltem ut expedit elaborasse, ideoque suaderim ego, & non quidem sine ratione, ut pharmacepi ad publicum examen sui artis non admittantur, quin prius latinam linguam, tribus aut quatuorue annis pro viribus elaborarint, quid denique clarius erit ut medici pharmaceporum artem sectare teneantur, quam intelligere, eos pharmaceporum esse gubernatores quorum ergo pharmacepi medicorum ministri utique censendi sunt, uti ex Galeno demonstratur lib. 6. epidem. com. 5. quemadmodum utique inquit Galenus, architectus erga cementarios lignariosque fabros, & alios quibus imperat artifices se habet, ita quidem medicus se debet habere circa ministros suos, qui denique medicorum ministri, ex Galeno & aliorum multorum sermone iudicantur ut chirurgi, pharmacepi radicum excissores, ac tonsores ex quibus sequitur & aperte satis quod medici omnes pharmaceporum in integrum artem summa cura molli tenentur, ut seu eorum gubernatores pharmacepis praecipiant, quae commode exercere tenentur.

Pharmacepi latini idioma intelligeret expediret truentur.

Medicorum ministri.

Finis.

O 2 AN



ANTONII AB ACVILERA

IN PRAECLARA MEDICINAE ARTE

Doctoris, de eligendis medicamen-
tis, Liber Quintus.



Ræcedēti li

bro de colligendi me-
dicamenta ratione,
doctrinam exposui-
mus, in præsentia ve-
ro de eorum scitu digna electione,
differere iure optimo censui, quan-
do quidem post medicamentorum
collectionem, eorundem immediate
subsequitur examinanda electio, v-
bi utique medicamenta colligeri-
mus, cum primum circa eorum præ-
vias & requisitas electionis condi-
tiones, magnopere considerare si
in usu medico administranda sunt
tenemur non hercle satis est, ea in-
quirere, atque colligere quin sele-
ctiores, earum eligantur suis vide-
licet propriis & determinatis con-
ditionibus, res utique est, & in re-
medica scitu dignissima, ac neces-
saria nimis medicamentorum ele-
ctionem intellexisse, postquam, ni-
si ea selecta fuerint, pro medendis
morbis nequaquam administran-
da sunt. electa namque medicamen-
ta seu perfecta & in sui integritate
consistentia, integre & mini-

*Simplicium
med. ele-
ctio usui
medico ne-
cessario
est.*

me defectuose operantur, oportet
ergo ut quoties medicamenta mor-
bis administranda fuerint, ea an-
te eorum administrationem per-
uigili cura eligere, prius igitur quàm
simplicium medicam. electionis do-
ctrinam interpretandam aggressi
fuerimus, quid eorundem electio
fuerit, declarandum arbitror, eor-
um igitur electio est debita, at-
que perfecta, certis, ac fidis con-
ditionibus conflata inquit. Qui-
bus intellectis medicamentorum
electionem ab aloë exordium sum-
mendo explanare incipiemus.

Aloë, igitur aloës Latine dicta,
cuiusdam herbæ succus est vulgo
zambana appellata, quæ in diuer-
sis nascitur partibus Arabia scili-
cet, Succutria, Persia, Armenia,
necnon & Alexandria, ac deni-
que in quibusdam Germaniæ lo-
cis, è quibus omnibus itaque, di-
uersis partibus, quod ex Succutria
& Alexandria comportatum est,
nobis seligendum erit, tanquàm uti-
lius & vsui medico præstātius, quo-
rū denique electio hisce sequenti-
bus conditionibus nobis compara-
bitur

*Electio
quid.*

*Aloës
quid.*

Electio.

bigur, scilicet ut recens fuerit, ruf-
fi coloris ad rubedinem inclinan-
tis, nitidum etiam clarum calculo-
rum ab ingredinis expers, & quod
nihil doli senserit, myrrhæ quoq.
odorem referens, gustui tamen pri-
mario seu dulce apparens, & exi-
miam tandem amaritudinem ha-
bens intus sobeatum, quare & suo
pondere leue, substantiam vero io-
cinoris modo retinens friuabilem
tamen, & minime cōtumacem: pin-
guem etiam & facile liquefcen-
tem quibus itaque conditionibus,
si aloem conflatum censuerimus, e-
lectissimum nobis habendum erit,
vnde & quodlibet quod ab hoc de-
uiauerit, omnino fugiendū est ideo
que minime in pharmacopolijs re-
seruandum.

Mirabalanorum omnes, nec ab
eadem arbore sicuti ex multorum
sermone profertur æditi sunt, quan-
do quidem eorum virtus, varia &
diuersa satis nobis apparet, eos er-
go à diuersis arboribus productos
esse re vera existimauimus, quo-
rum itaque multorum sermone,
quinque, assignantur genera, citri-
ni scilicet, chebuli, & belirici, em-
blici quoque, & indi, seu nigri, citri-

*Mirabola-
norū quin-
que sunt
genera.*

Electio.

Electio.

norum igitur quos stibos nos nun-
cupamus, sequentibus conditioni-
bus eligendi sunt, scilicet intensa
citritatis & quodammodo ad vi-
ridem inclinantis colorem, ponde-
rosi, magni exiguum os habentes,
carnem vero multam, & densam,
vna cum gumositate quadam.

Chæbuli alias capuli dicti, eli-
gendi sunt, suo pondere graues eua-
ni fere naturam habentes, spissi, si-
ue densi, cortice sub nigri, rubrum
tamen colorem emulante.

Belirici denique alias belezi-
ci dicti, selectiores erunt, mag-
nam habentes formam, substan-
tiam vero cum multa carne den-
sam.

Emblici etiam selectiores cen-
sendi sunt, si magni & ponderosi
fuerint, & exigua ossa, quamuis
multam carnem, & densam haben-
tes.

Indi denique quos hodie ceru-
leosa appellamus eligendi sunt in-
tensam habentes nigredinē, magni
graues, & substātia densi, & ossibus
carentes, quæ omnia mirobolano-
rum genera, si prædictis cōditiōni-
bus in pharmacopolijs reseruata ad-
inueniantur, selectiora nobis intel-
ligenda erunt, à quibus itaque suæ
electionis conditionibus, quāto lō-
gius recesserint, tanto utique à sui
bonitate & perfectiōe deuiaberint
& ob id eadem hæc mirobolanorū
genera, seu imperfecta fugiēda no-
bis sunt.

Rhabarbarum, radix est cuiusdā
plantæ, folia ob longa, amplaque si-
cuti & elenium habentis, nascitur
utique in india Africa, etiam nec-
non & Turchia, quarum partium
recens laudatur, magis sub nigrum
in rubrum colorem inclinās, gra-
ue, & raritatem secūdam substātiæ
partes cōtinens, quo utique fracto
ex ruffo & glauco manifestatur co-
lor, quod denique vbi mansum, aut
in aliquo liquore solutū fuerit, cro-
ceā tincturā indicet est necessariū,
quib' itaq. cōditiōnibus, electū no-
bis censendū erit, & ob id in phar-
macopolijs reseruatu dignum.

Tamar indi alias oxyphēni-
cia dicta, dactili sunt acidi, qui
ex fructibus palmarum silue-
strium

Electio.

Electio.

Electio.

Electio.

*Tamar
indos quid*

striū producti, in india progignuntur, qui denique eligendi sunt, sub fusci, seu nigri, non tamen in tenfi nigredinis, perlucidi, teneri, etiam siue molles, recentes, & veluti filamentis quibusdam substantia sua conflati, pingues etiam absque vlla desiccatione, acidi factis quodammodo tamen ad dulcedinem inclinantes, saporem denique vinosum indicātes, & minime salsum.

Electio.

Castia fistularis quid.

Electio.

Castia fistularis nigra, cathartica ideo dicta quia purgatrix, cuiusdam arboris fructus est, si liquarum more ab ea pendens, eligenda tamen est recens, tan intrinsecus quam extrinsecus nigra & splendida, ampla etiam, cum tenui & gracili arundine perplena autem, ita ut si concuciat eius grana non obstrepant, ideoque ponderosa nobis censanda est, cuius tandem pulpa pinguis, spectanda est: splendens, & minime putris, dulcis etiam suavi, prunorum saporis similima, & nequaquam acetosa.

10

Electio.

Manna cuius essentiam & quiditatem in presentia explicare opus non est, siquidem eam secundo libro exacte exposuimus, veruntamen eligenda est quæ super lapides, & minime plantas cadit, recens etiam, & dulcis, albi seminis idest coriandri electi colorem habens, vel sub citrinum saltem, diurna vero fusca & cenosa, omnino nobis fugienda est, quare & in à potecis minime reseranda.

11

Serum lactis priusquam explicauerimus, de lacte seu de materia ex qua producitur, aliquot decla-

randa censeo, ut itaque intellexerimus, ex quo lacte huiuscemodi serum extrahendum fuerit, ideoque lactis nomine absoluto testante Alexandre Traliano necnon & Auerrohide libr. quinto colect. ca. 34. humanum primum obtinet locum, asininum vero secundum, tertium autem caprinum, quartum denique obinum, licet minus in bonitate, eodem docente Auerrohide siquidem, crassius est, ac in ventriculo citius coagulatur. Ex quibus consequi videtur, quod de humano lacte seu de perfectiori materia, confici debet, eiusmodi serum, siquidem primum in bonitate humanum lac locum habet, veruntamen cum id in vstitutum admodum fuerit, ideo quidem secundum asininum nempe locum habet quare ex eo extrahendum quoque videtur, ex quo utique nequaquam quoque conficitur quoniam ipsum, quibusdam egre assumitur. Quod utique in jocunde, & cum molestia assumptum est, minime exhibendum censeo, nisi irrecusabilis forte, quædam cogerit necessitas, quoniam subuertit ven- Lib. 16. de tricolum, autore Galeno, quare ex eo non semper erit conficiendum, fiet igitur ex caprino quod medium ad vtrumque tenet, in- Lactis electio. 4

& magis nutrit. Lac igitur ex quo huiuscemodi serum extrahendum est, sequentibus conditionibus selectius nobis iudicabitur, recens scilicet: album, Lac melle clarum, & splendidum, & mi- dulcius quando.

nime graucolens: aut quouis alio modo turbatum, boni potius sinceri & aromatici odoris, sapore

Lib. 4. de sim. me. fac. col. c. 16.

sapore autem simpliciter dulce, siquidem dum intra vasa coctum est, si degustari posset melle utique doceat, si Galea esset dulcius substantia vero mediam inter tenuem & spissam habens, & in qua ne utiquam vlla apparuit corruptio, ita quidem ac si super pollicis unguem eius nitorem gratia contēplandi, apponatur flexo ungue, nec otius, nec serius delabitur, sed potius in se coactum & minime diuulsum permaneat: considerandū denique est ut huiuscemodi serum in integrū selectius habeatur quæ ex iuuenilis capræ aut saltem obis nigræ lacte boni tamen pastus extrahendum est. Quibus intellectis seri, huiuscemodi lactis electionem assignare subsequitur

12 Lactis serum quod infusionum est materia, eligendum censeo recens si fuerit, aromaticum, & saporis boni dulcis nempe, proprii tamen & minime arte adque nullum denique in se vitium continens.

Electio.

13 Rosarum duæ sunt species, alba scilicet, & rubea, & harum rubearum eligenda est, quæ propriam & intensam habet rubedinem suavis etiam & aromatica censenda est, pauca & plana folia habens.

Electio.

14 Violarum plures sunt species, alba scilicet quæ Græcis λευκίδιον dicitur & cerulea, necnon & citrea, quarum docente Dioscoride lib. 3. cap. 138. citrea alias lutea dicta, in vtu medico præstantior est, postquam est nigra alias purpurea, necnon & quadragesimalis dicta; quoniam eo nascitur tempore, quæ utique in negotio medico magis in vtu est. Quare eligenda est recens suauiter olēs, pur-

Electio.

pureum habes colorem, & quæ nec vim suam solis estus aut plubiæ ratione amiserit.

Latine absinthium dictum, triofariam autore Dioscoride necnon & Galeno summitur, romanum scilicet, quod vulgare nobis hodie nuncupatur, & ponticum etiam ideo dictum quia illa regione adinueniatur, secundum est marianum alias seriphium dictum, & tertium denique santonicum nobis vocatur, ideo nempe quoniam infandonibus galie populis progignitur; ex quo quidem corrupto vocabulo, eius semen, sanctum nuncupatur, vel forte quantum coniector quoniam effatu dignam pro enecandis & expollendis lumbricis facultatem habet unde huiusce temporis multi lumbricorum Alexandrinum semen vocitant, sed de vulgari absinthio in presentia nostra erit electio. Eligendum, itaque erit folia habes alba, lenia, & plana, & minime aspera, jocundum etiam habens odorem, & in terris liberis ortum denique retinens.

Tria absinthii genera.

15.

Li 3. c. 26 Lib. 6. de sim. medic. commeteru fac. c. 8

Lubricorum semen.

Electio.

16 Stechas, duplex nobis existit, Araucum scilicet, & citrinum, a Dioscoride elichrisom vocatum, quorum Araucum sepe sepius utimur, quia præstantius est. Ideoque eligendum est, gustu acre, subamarum, folia oblonga, & tenuia eius planta habens, necnon & extipites graciles, cinericios, vnius cubiti mensura elebatos, cuius denique plantæ mellior pars flos existit, postea vero folia.

16 Stechas duplex.

Electio.

17 Fumaria Latinis dictum, officinis fumus terra ideo dictum quia eius succus oculus affusus lachrymas

17.

Electio. haud aliter quam fumus euocat, cuius autem tres sunt species, vna que florem subcandidum producit, alia vero que palidum siue luteum, & altera denique que purpureum, alias violaceum dictum, quarum eligenda est viridis, tenera, plana, & candida folia habens, & minime crispata, & que florem denique sub purpureum gerit.

18 Latine hepatorium vel hepatarium dictum, agrimonia vulgo vocatur, quod vtiq; hepatoriū ab hepatore rege primo ipsius inuentore dicitur, hepatoriū vero quoniam eo precipue iccoris affectionibus medetur, quod vtiq; distinctum satis est ab Arabū hepatoria sed de Græcorū hepatorio nostra erit inquisitio, ideoque eligendum est, gustu amarum, fructicosum, tenuis lignosum, & rectum, ac nigrum colorem gerens, licet aliquando vnicum caulem defert, hirsutum quoque, & vnius cubiti ad minus altitudinis, extimandum est, folia etiam viridia, cætauræ minori, quinque foliove aut canavi, similima, nigricantia tamen, & perambitū feratā, & cuius semina a medio caulibus nascitur, quibus itaque conditionibus, inculpatum hepatorium intelligendum erit.

Electio. Epithymum ideo dictum quia su- pra thymum nascitur, vnde ex multorum sermone thimi flos appellatur duplex nobis existit, cretense scilicet, & Sirium, quorum præstantius Cretense est, ideoque eligendum ponderosum scilicet, subruffum colore, aromaticum vero odore, acutum denique saporem habens.

19 Duplex Thymum seu hyssopus hasce dicitur, quibusdam epithymi mater

nuncupatur, quoniam ex eo seu a matre producitur ipsum epithymum eligendum ergo est, caudicibus multis, tenuibus, & semicubitalibus nascentis, & cum eius folia origano ad simulantur, quamuis minora sint, florem denique ad rubrum inclinatem calaminthæ nempe similitudinem referens.

21 Hyssopus duplex nobis existit, videlicet, & montana, quarum hortensis præstantior est, et magis in usu, quoniam maior, ideoque eligenda erit, semicubitalis non multos continens stipites, folia vero thymo similima, licet aliquantulum maiora habet, & odorem etiam necnon & purpureum florem, acutum denique saporem quoque continens.

22 Prunorum varietates ac diuersæ sunt differentie, & eorum quedam ideo alba sunt, quedam vero citrea, alia fulva, aut denique nigra, & eorum alia sunt dulcia, alia vero acida, & quedam denique passæ, quarum omnium, que in nigrum colorem inclinant, magis vsui medico habentur, ex quibus que dulcia sunt, ad soluendum idonea magis iudicantur, in cuius rei negotio Damascena, & Armena præstantiora nobis habentur, quarum que humida sunt solutiora siccis existunt, sicciora vero humidis minus, licet humidiora magis obnoxia corruptioni, quam sicca fuerint, vnde sequitur quod proparanda prunorum carne, ad Antidotum de prunis componendum, aut ad aliquid aliud simile possemus vtiq; siccis prunis dulcis passæ vtiq; in viridum nempe defectuum, quoniam corruptionibus minus obnoxia sunt, tum etiam quia

quia solutius iudicantur licet minus, ex quibus eligenda sunt, maiora, plena modicam carnem licet firmam habeant, necnon & exigua ossa, & que mellis saporem emulant non vtiq; sordida, puluerulenta, nec denique rancida.

23 Quod alias pulicaris herba dicitur quia cum pulicibus, eius semen non modicam similitudinem refert, tres sunt differentie, album scilicet, & nigrum, atque in rubrum inclinans, quarum semen nigrum gerens eligenda erit, & folia etiam coronata posimilima, hirsuta sed longiora, & sarmentosa, marathri instar in totum eadem efferens, & capillamentum denique a medio caulibus deiciens, quod vtiq; semen vbi nigrum fuerit, magnum etiam & maturum esse necesse est, & durum, ac denique ponderosum, ita ut facile in aqua submergatur.

Electio. Capillus veneris aliquibus etiam nemoralis horumis vel fontium capillamentum vocatur, aut denique puteorum comantrum quod vtiq; adianton album quoque modo appolletur eligendum erit, viridia folia & gracilia gerens, coriandro nempe similima, & vnius autem palmi mensuram stipites habens, & nigrus, & quod nique florem neque fructum defert.

25 Assarum montana est planta, hederacea folia & angularia habens, necnon & hyoscyamo florem similitudinem gerens, ex qua præstantior eius pars, & que vsui medico habentur radix ex herbis ideoque eligenda est, magna, toriosa, gracilem tamen odorem habens, saporem vero acere, cum modico tamen stipticitate, ac denique substantia densa fuerit.

26 Juniperus duplex nobis existit, maior scilicet & minor vtriusque tamen acre, quare & calefaciens & vniuersam mouens est ex quibus, fructus quidam excerpuntur quibus nobis dicuntur, que denique bacce eligende sunt rotunde odorate in mandendo dulces, sub amare autem, que arceuthides etiam id est bacce juniperi nominantur, modice ex calefaciunt & adstringunt.

27 Gallicus galloꝝ vsui medico seruicis electio, in ipsorum galloꝝ delectu consistit, quare galloꝝ præstantior est, antiquissimus nigrum vel rufum habens colorem ad motum alacrum, multum veneri deditus, & ad bellum fortis, non crassam nec macram sed potius mediam quandam substantiam habens.

28 Gallinarum autem caro, galloꝝ carne selectior est, nisi castrati fuerint, ex quibus eligendi sunt nigriores, gallinarum vero selectiores sunt que nondum partum cognouerunt, & ex eis denique galli qui coitum nondum aggressi fuerunt. Antiquorum vero caro mala est, siquidem nitrosam producit substantiam, ideoque predicti sunt selectiores.

29 Volabilis non pauca sunt differentie, ex quibus quedam lactea & magna est, que arborum funis dicitur, florem candidum, formam vero rubeam gerens, quedam vero minor est dicta, ramos super terram sparsos eiciens, florem autem defert, minore necnon & minora folia, tertia item differentia est, sub candida & lanuginosa & lactaria nobis quoque apparens, quarta est que folia aspera defert, florem tamen sicut & citrulus, ampulis nempe inheretibus similitudinem, que denique

differentia lupulus vocatur, quinta demum & vltima differentia, radicem erit habens brioniz simillimam aut maiorem, magnæ videlicet cucurbitule instar, caudicem etiã habet vicubitalem, necnon & folia parua, & angusta, in modum vtique sagite alaræ, quæ denique ex quacumque læui causa decidunt: considerandum tamen est quod ex huiuscemodi speciei lacte scamonium conficitur, vnde multorum sermone lacti ciniorum domina appellatur, quarum omnium maior erit præstantior, & selectior, siquidem simmetra ea fuerit, ideoque eligenda est in locis temperatis, siue excessu omni remotis orta.

30
Scamoniū
quid.

Scamonium lachryma, aut succus est, ex quinta volubilis specie productus, quæ vtique species in locis pinguibus, & albis nascitur, licet regionibus diuersis, non vnã tantum ad inueniri potest, vti ex Dioscoride, & Plinio, necnon & Mesue, demonstratur, quorum sententia Antiochum, & ex Missia, Asia regione comportatū eligitur, ideoque laudandum est tenerum, friabile valde, raram & fungosam substantiam continens, pondere vero leuissimum suauem habet odorem, substantia nitidum, colore denique subalbidum, taurino glutini quam simillimum.

Electio

31

Turbith cuiusdam plantæ lactariæ radix est, folia videlicet ferulæ licet minora habetis, idque duplex est, hortense scilicet & siluestre, quorum quoddam magnum, quoddam vero paruum est, album item, & flauum, necnon & colorem nigrum referens, quorum optimū erit, recens album, gerens colorem, va-

Electio.

cuum & arundinosum, mediocriter abile ad frangendum, cortice etiam planum & cinericiū in summaque substantia gumosum.

Agaricum duplex existit masculinum videlicet, & foemineum, quorum foemineum nobis eligendum erit, recens scilicet colore etiam, si candidum fuerit facile frangibile, substantia porosum, & rarum pondere vero leuissimum primogustu dulce, & tandem ad amaritudinem cum quadam stipticitate transiens quanto itaque ab hisce conditionibus agaricum debiauerit tanto vtique ab eius bonitate & perfectione elongauerit.

32
Agaricū
quid.

Electio.

Colocinthis fructus siluestris cucurbitæ est, qui fel terre quibusdam nominatur, aliis vero, venenum siue plantarum mors, quoniam sibi proximas in toto sui ambitu herbas vni more enecat, cuius denique, duæ sunt species mascula scilicet et foemina quarum, quæ in vsu medico habentur foemina est, ideoque laudabilis, magna in integrum completa, exacte agarici colorem referens, pondere quam leuissima lenis raram denique substantiam habens.

33
Feltterra.

Electio.

Polipodium alias filicula dictum cuiusdam plantæ est radix muscosis petris adnascens, necnon & vetustis arborum caudicibus, quare eligendum nobis erit, quod arboribus glandiferis maxime nascitur recens etiam & magnum, solidum, substantia, necnon & nodosum extrinsecus vero è nigro rubescens, & intrinsecus herbaceo colore vt pistacium apparet denique dulce quodammodo tamen ad sub amarum, & austerum inclinans, necnon & aliqd ex aromatico odore retinet.

Scilla

35 Scilla quibusdam siluestris cucurbita dicta, in cisoriam admodum facultatem habens, eligenda erit, quæ in sui ortu singularis non existit, si quidem venenosa ea fuerit, ideoque per sui ambitum parem habes erit optima & electa, præsertim si saporem dulcem, & acrem, & ad marum inclinantem habuerit, & quæ in locis liberis orta, splendidas laminas continet, illa vero quæ prope hermas adnascitur fugienda nobis erit siquidem eiusmodi locus minime proprius nec sibi familiaris existit vt constat.

Electio.

36

Hermoclitum cuiusdam plantæ est radix cuius quodam nobis longum, quodam vero rotundum existit: rotundum vero vsui medico præstius habetur, cuius tres sunt species, album scilicet, rubescens & aliud nigrum ostendens colorem quorum exacte tan intrinsecus quam extrinsecus album, eligendum est, magnum etiam & moderate substantia durum, suoque pondere graue: leue necnon & rarum in pharmacopolis minime est adserbandum, sicuti neque rubescens & nigrum.

Electio.

37

Iridis quæ ideo dicitur quia eius flores magnam admodum cum caelesti arcu similitudinem referunt, duæ sunt species, quarum prima rubea dicitur, & quæ exacte florem arcui caelesti similem importat, secunda igitur est, candidum habens florem, quæ denique lilium album alias vocatur, quarum itaque, secunda species in remedia debilior existit autore Mesue, ex quibus radix elirica eligitur albicans nempe, & ad rubedinem inclinans, magna vtique, & substantia dura ac densa, aromatica etiam, violarum scilicet, odore

Electio.

continens, sapore vero acris, & propter eius acrimoniam mordax, nodos denique brebes atque collectos si in sui vltima perfectione extimanda est, habere debet.

Cucumis agrestis siue erraticus fructus est, paruo cucumi per similes, non paucam tamen amaritudinem continens, necnon & asperam habens substantiam qui denique docente Dioscoride solo à satiuo fructu distare dicitur, ex cuius denique fructu medicamentum habemus, *ελατηρίον* seu elaterium dictum cuius parandi methodus ex Dioscoride lib. 4. cap. 155, demonstratur & eius vtique electio consistit vt sit leue & minime ponderosum: cum candore, paruam habens humiditatem gustui denique valde amarum, quod etiam si lucernarum luminibus apponatur, facile flagratiam edat, cuius in summa agrestis plantæ præstantior pars fructus habetur, & deinde radix, ideoque eligendus fructus est, completus siue maturus, citreum colorem ostendens, & minime viridem cum intensa denique amaritudine.

38

Electio.

Centaurium magnum & minus limnesium seu limneon dictum, vsui medico habetur, quod vtique, minus centaurium alias febris fuga eo quod febres fugiat appellatur, aut denique terre fel, ob nimiam amaritudinem quam in se continet, limnesium vero seu limneon quoniam iuxta aquarum scatebras & paludes nascitur, quas vtique Græci *λίμνας* appellant, dictum denique centaurium fuit, à Chirone centauro, eius inuentore, quare & chironium etiam dici possit, eligendum ergo erit cuius flores, & crura, citreum ac spicuum colorem

39

Centauriū
quare di-
tum.

Electio.

notanter Mesues: colore portundunt, si Mesues doctri-
nam animaduerterimus, que v-
tisque omnino taxanda est, cuius v-
tisque rei sperimentum est, iudex ac
demonstratio, postquam puniceum
florem producit, testante etiam Dio-
scoride ita vt in purpureum inclinet
sicuti & lychindis flos.

40 Cetaurium magnum alias rhaop-
ponticum dicitur, folia vtique ju-
glandis habens, ob longa tamē, ac
viridi brasicarum colore prædita,
in ambitum denique ferrata, eligē-
da in summa huiuscemodi planta
erit celuleum hoc est ceruleum flo-
rem habens, & semen etiam vnico
seu carthamo persimile, quibusdā
etiam flocis, seu lanis inuolutum,
constat necnon & radice magna
poderosa, solida, ac trepidale, vna
cum prægnantifucco, erit etiam co-
lore rubescens, sapore vero acris,
cum adstrictione, & dulcedine vl-
la, & in solo pingui ortum habens.

triorchis
alias or-
chis sera-
pias dictū
ex manar-
do tertium
centauri
genus cē-
set
Aliud tandem centaurij genus est
à prædictis distinctum satis: si eru-
ditissimi Manardi sententiam au-
dierimus, ex eo nepe nec maius nec
à minori centauro multum absmi-
le, quod quidem eliguria Manard⁹
ipsæ olim cōportatum se affirmat
à Dioscoride tandem duo tantum
centauri genera describuntur & nō
plura nec pauciora lib. 3. cap. 8. &
9. vbi id manifeste satis demonstra-
tur.

41 Cartamus duas continet species
docente Theophrasto, siluestrem
scilicet, & satiuam, etiam si Diosco-
rides de vnica tantum verba fece-
rit, sed de domestici, inquisitio erit
nostra, cuius vtique plantæ præstā-
tior pars semen existit, ea credo ra-

Autorem
suc.
tione, quia magis ipso semine in re
medica quam aliis eiusdem plantæ
partibus vtitur: deinde vero se-
quitur flos, quo pluries in, obsinis
coquinarij vtuntur. semen igitur
seu eius plantæ præstantior pars eli-
gendum erit magnum & longum,
plenum, necnon & angulosum, co-
lore denique cādīdum, aut alioqui
ruffum & cum eius medula pinguis
& vnctiosa fuerit, flos deniq. lau-
dandus est, croceum colorem refe-
rens si in sui perfectione estiman-
dus est.

42 Vnguentaria glans quā Plinius
& Aetius, mirobalanum nuncupa-
runt, barbaram vero medicinam
sectantes, ben, vocitare consueue-
runt, & notanter quidem, ben, sim-
plici, e, scripsi, quandoquidem mil-
lies in exemplaribus non paucis sim-
plici, e, scriptum comperitur, scili-
cet, vti, ben & been, duplici, e, sine
aspiratione etiam & cum aspiratio-
ne scriptum multoties adiuuenitur
vti behen & ben simplici, e, ab alte-
ro quidem been multum distans,
vti in præsentia fiet manifestum sa-
tis: qua ergo ratione ne diuersa hæc
medicamenta pro eodem confun-
di videantur, de singulis seorsum,
missa face conabor, huiuscemodi,
vtique vnguentana glans, ideo quā-
tum coniector sic dicta est, quia e-
ius expresso succo, ad præciosa vn-
guento pro oleo medici vtuntur,
quæ denique docente Diosco. κατὰ
τὸν εἰδέναν μουρική εἰκοτό hoc est,
fructus arboris est miricæ similis,
Auicena vero semen esse ait: est ta-
men huiuscemodi fructus duplex
paruus scilicet, & magnus quorum
magnus magnitudinem nucis abe-
lanæ indicat, docente Dioscoride,
licet

Glans un-
guentaria
duplex.

licet Auicena cicere minorem esse
dicat. Paruus vero magnitudinem
ciceris Mesues referre a firmat, quo-
rū deniq; vsui medico magnus est
præstantior. Paruus vero omni ex
parte debilior, erit ergo eligendus
magnus, si plenus & candidus colo-
re fuerit: et si facile à suo cortice ex-
peliatur, & cuius cortex tenuis, &
medula alba; pinguis etiam ac vn-
ctiosa satis apparet, si recens est do-
cente Dioscor. selectior antiquo iu-
dicatur, etiam si contrariū Mesues
exponat dicens, antiquum recenti
esse meliorem: de paruo deniq; quā-
doquidem malignus sit, autore Me-
sue delectū assignare minime ne-
cessarium est, quibus explicitis su-
perest explanare, quid ben fuerit,
vel been, aut denique behen.

Electio.

43

Bes quid

Bē duplex

Been vel behen aspirate, aut sine
aspiratione scriptum, ex cōmuni om-
nium sermone, idem significare
dicitur, quorū Auicena lib. 2. tract.
2. cap. 86. est, dicens been, frustra
est aspera, quæ radices sunt exsicca-
tæ, contractæ, & carnosæ cuiusdu-
sunt species alba scilicet, & rubea,
cui sane sententiæ ad stipulatur, Si
mon ianuentis, dicens, been, radix
est que ex Armenia comportatur,
cuius quoddā album, quoddam ve-
ro nigrum existit, Serapio autem
behen cum aspiratione scriptum
habet, cuius verba sunt iendē id est,
behen. & c. Luminare maius behen
scriptum quoq; habet, quibus expo-
sitis sine aspirate, siue absque as-
piratione scribatur, dūmodo eius
essentiam perpenderit, parum
nobis cōducit. Habemus igitur ex
præcedentibus nobis compertū sa-
tis, behen, radicem esse albam, & ru-
beam, & non vtique fructum, vnde

Ben et be-
en differe-
runt.

sequitur, ben, & been, inter se diside-
re & ex diametro repugnare, non
ergo ben, & been, pro eodem repu-
tari tenentur, cuiusmodi ergo radi-
ces eligendæ sunt, parvæ, quales ra-
dices pastinacæ siluestris sunt, te-
nentur etiam esse aromaticæ: valde
necnon & quandam in se viscosita-
tem continere.

Electio.

44

Agueuios λίθος hoc est armenic⁹ lapis
sic vtique ex Galeno appellatur, si-
cet cum Dioscorides & plinius ar-
menium appellent, ait vtique Pli-
nius chryfocollæ modo esse infe-
ctum, qui denique ideo Armenium
dictum est, quoniā vtraque Arme-
nia producat, veruntamen consi-
derandum est, quod quandoquidē
in re medica huiuscemodi arme-
nius lapis petitur, nequaquā eorū
quilibet indiscriminatim est admit-
tendus, sed tantum eorum genus
quoddam, quod alia in parte eius-
modi non adiuueniatur, sed tātum
in armenia: ideoq; eiusmodi genus
peculiari nomine armenium est ap-
pellandum, cuius generis lapis eli-
gendus est, suo pondere leuis, æqua-
bilis, valde friabilis, calculo carens
necnon & ceruleum, continens co-
lorem, licet Plinius viridem colo-
rem habentem eligat, cum eodem
tamen ceruleo quodammodo com-
municatum, & qui tacto denique le-
nis est, & asperitate carēs. Quibus
itaque conditionibus armenius la-
pis conflatus omnino nobis laudan-
dus erit.

Armeni-
us Lapis
quare di-
citur.

Electio.

Ceruleus lapis, vulgo lazulus, si
uestelatus nominatur, ea nempe ra-
tione, quia maculas aliquot aureas
ac stellarum modo irradiantes con-
tinet, qui namque lapis de genere
est marmorū, cuius alius albus no-

45.
Stelatus
lapis qua-
re dicitur.

bis

Duplex. bis existit, qui vero ex Arabum sententia marchasita, & Græcis pirites dicitur, alius vero clarus est, & ceruleus siue celuleus, quasi deniq. cœli colorem emulans, de quo nostra in præsentia est disputatio, ideoque eligendus est viridis, ac ceruleus colore splendens, purus, & suo pondere grauis, & maculas denique per totâ sui molem quasi aureas continens, immaculatus nâq; improuandus nobis est.

46 De sena. Defena græci mentionem vt cõstat minime fecerunt, nec Auicenna etiâ ex professo, licet li. 2. cap. 282. de fumaris eius meminit, quâ denique senam nonnulli delphinium, alij peleciton, alii vero peplion nuncuparunt. Manardus tamen vir quidem eruditissimus dubitauit an Dioscoridis esset empetrom quod calcifraga quibusdam dicitur, sed dicente Manardo parum refert, quo nomine à veteribus nuncupetur scire, dummodo eius facultates haud ignorauerimus, si quidem nobiles & efficaciores fuerint, cuius enim plantæ duæ sunt, docete Mesue species, domestica scilicet & siluestris quibus habitis intelligendum est, senam folliculum esse cuiusdâ plantæ, que persis ab alzemer vocatur, quæ nimirum orobi more adnascitur, cuius vtique duæ sunt eligendæ partes, folliculus scilicet & folia, quarum folliculus reuera præstantior est, testante Mesue & Brasabolo. ideoque eligendus est semilunaris, nempe colore viridis, in nigrum tamen inclinans, sapore amarus cum modica subadstrictione censendus etiam est, recens absolutionis perfecte necnon & semen amplû ac cõpressum continens. Folia autem vi-

ridia maxime eligenda sunt, quæ nimirum albis præstantiora existunt, & foliis selectiora, quia in purgandi facultate potentiora, docente Manardo.

Salis materia duplex est, testate Gal. lib. 9. de simp. med. fac. cap. 30 aqua scilicet & terra, quare partim eius ex mare prouenit, videlicet in salinis, quas græci ἀλάς vocant, partim vero ex terra effoditur quâ græci ὀρυκτὸς ἀλάς nominant. Notiter tamé cõmunis sal, omnes alios præcedit, Brasabolo testante, cuius denique quatuor species maxime animaduertendæ veniant, docente Mesue sal panis scilicet & sal gemma, necnon & sal indicus, ac denique napticus. Dioscorides tamen tres tantum longe ab illis diuersas assignat species: nos tandem sal panis mineralis Mesues & Marinus de quibus in præsentia dicemus, cû fossili & eodem Dioscoridis marino conuenire dicimus. Panis igitur sal, ideo dictus, quia panis speciem refert, alias sal masiæ nuncupatur, qui denique testate Mesue duplex est, mineralis scilicet, & marinus, facile in aqua dissolubilis, quorum mineralis substantia sua durior est necnon & sapore ipso marino amarior. Mineralis igitur eligendus est, candidus calculorum expers perspicuus ac substantia densus, æquali videlicet compage, Marinus denique eligendus est suo colore candidus, æqualis & substantia sua exacte densus.

Sal gemma Hispanis sal piedra dicitur: appellatur itaque sal gemma quia in fenitorem & perspicuitatem sicut & chrysalus continet, cuius denique Manardus inquit, se-

Salis materia duplex.

Salis species quot.

Li. s. cap. 126.

Sal panis duplex.

43

Salgẽ ma quare.

Electio.

49. Sal indus quare.

Fen. quare.

lib. 2. c. 54

ib. 2. c. 54

Sal indicus triplex.

nonnullas olim glebas ex Pannonia adeo splendentes portasse, vt verum vtique chrysalum quotquot videbant putarent. Iure ergo optimo sal gemma ideo dictus fuit, eligendus ergo nobis erit purus, sincerus ac splendens, chrysalum emulans, densus qualis chrysalus, sapore vero nec nimis acutus censendus est, vt in sui vltima perfectione habeatur.

Sal indicus ideo dictus quia in India progignitur, omnibus alijs fortior existit, sed nõ facile ex Arabum quoddam quid exacte fuerit declaratur, quandoquidem Auicenna dicat mellis dulcedinem habere, licet salis colorem, pandera vero & brasabulus, & multi alij in duratû mel, super canas exudatum esse affirmat. Solis namq. calore exudat ac extra canas duratur, dicitur ex brasabulo, & tadem nostro facehago candido adsimilatur: ideoque apud ipsos saccharum candidum est Paulus item, alias Galeni simia dictus Archigenis testimonio inquit sal indicus colore & substantia nihil à sali communi dissidet, sapore vero melliteus est, ex quibus omnibus constat, quod indicus sal dulcis est & minime salsus, quantumuis ei salis nomen inditum fuerit. Mesues tamen, & Nicolaus Teonicenus & quam plurimi alii haud spernendi falsissimum esse affirmant, quãdoquidem reliquis fuerit fortior, quibus explicitis erit ne indicus sal dulcis an salsus, videri quidẽ meo, ne alteram tantorum virorum sententiam derogare videar, sal indicus æquiuocum nomen esse iudico, ita vt apud illos melliteus sit, apud hos vero salsus. illi namq. eum falsissimum

forte appellarunt, propter similitudinem, quam cum sale indicasset, cum vero alteri melliteum vocarunt, quoniam eum mellis sapore ad stipulari videtur, quibus omnis de falso indico intelligendo, auctore Mesue triplex existit, subniger scilicet, quãuis Auicenna nigrum omnino esse censuerit, & non nigredine adquireta sed propria & sibi insita, alius sub rufus, & obscurus, quorum sub rufum gerens colore ipso sub nigro, aut Meloe est præstantior, licet sub niger eo fuerit fortior, ois denique sal, quanto sapore amarior fuerit tanto vtique erit fortior.

Naphthicus sal, quarta salis species à Mesue ponitur, licet à Dioscoride non ita demonstratur, naphthicus vtique ideo dictus est, quia ex asphaltis producitur quæ quidem vituminis est species Manardo auctore, qui Galeni testimonio fodorum salem vocatum, scribit Fierini Marisræ Palenstinæ mortuo dicto, in quo vere asphaltus plurima, id est vitunrem multum gignitur. Plinius etiam lib. 31. affirmat in Babilone prius detracto vitumine fieri sal. Eligendus ergo erit colore nimis niger, grauitè olens, ita vt naphthæ odorem referat.

Nitrum, barbaris baurach, nobis vero nitrum dictum, duplex existit minerale scilicet & artificiale. Minerale igitur Armenia, Africa, Egypto & Roma adinuenitur, ex quibus Armenium eligendũ cenfeo, videlicet si laminosum fuerit, & fracturis suis frangibile, lucidum, & leue. Substantiã vero pongiosum, candidum, & purpureum vergens colorem falsum, & gustum ordicis artificiale vero græcis ἀσφόντιον dictum

li. 2. trac. 2. ca. 24.

50. Asphaltus vitumice sit naphtha uerouituminis species.

Electio.

Duplex nitrum.

Electio.

dictum latinis vero: niri summa, eligendum est gustu mordax, leuissimum pondere, colore fere purpureum, glebosum etiam atque friabile.

52 Sal ammoniacus quare dicitur.

Sal amoniacus, quibusdam armeniacus dicitur polonijs sal mya k cretensibus autem zaporiconu cupatur, appellatur itaque sic huiusmodi sal non quod armenia nascatur, vt quidam & male putarunt sed quia Aphrica, sub arena ad inuenitur, videlicet apud ammonis oraculum, vbi loca sitissima sunt nec no & Scyrenica regione, vbi quidem arena de fossa oblonga salis frusta, videlicet extrinsecus nigra, aut eruginosa, intrinsecus vero alba & scissilis aluminis similitudine referens. Eligendus ergo erit huiusmodi sal. nimis salsus, frangibilis facile, necnon & in recta segmenta diuisibilis.

53 Salis spuma quid.

Salis spuma testate Diosco. spumosi maris lanugo seu ramentum est, in exilibus videlicet petris, repletum: qui denique salis spuma eadem cum sale facultate habet, quare eo recte vti pro sale possemus.

54 Li. 5. cap. 128.

Αλμυ, id est salfugo, nobis muria dicitur, quare vtiq; eisdem cum sale doctate Dioscoride prebet effectus ideoque ad fatus marinæ aquæ vsum prestare dicemus.

55

Salis flos, qui è Nilo flumine defluit, ac quibusdam lacubus, doctate Dioscoride innatat, nobis ergo eligendus erit, croceo colore præditus necnon & ceugari in gratum odorem efflans, qui tandem optimus sit non nisi oleo dissolui poterit.

56

Sarcocolla, lacryma est arboris in perfide nascentis, quare denique arbor spinosa est, & cuius rami no-

dosi, & in arborem collecti existunt, duplex itaque nobis sarcocolla existit, autore Mesue, etsi de vna tantum Dioscorides mentionem fecit, alba scilicet sicut thus, & subcitrea. subspicea enim alba est fortior, licet quare ex eis amarior fuerit, præstantior est: eligenda ergo nobis erit pollini thuris persimilis, sub rufa, licet Plinius candidam meliorem quam rufam esse censuerit, amara etiam gustui sentiri debet, si nobis optima censenda est.

Li. 13. ca. 11. Electio.

Sagapenu succus est, cuiusdam herba ferulam referentis, quare in India adnascitur, licet Plinius dicat in Italia edinueniri, qui quoq; lib. 19. cap. 7. in hortis feri ad rem tantum medicam existimat, quare denique herba testante Galib. 8. de simp. med. facul. c. 82. primum sagapenu dicta fuit, sed tamen quia ea inutilis ac imbecilla vsui medico fuerit, voluerunt ideo herba nomine, eius succu sagapenu appellare, reuera huiusmodi liquor in pharmacopolis adseruandus, non sagapenu, sed sagapeni succus siue liquor nuncupandus nobis est, quem tandem alias σαβασταννον, seu sabapenum liquorem, quidam sacopeniu & serapinum appellare consueverunt: quibus omisis huiusmodi sagapeni liquor, eligendus est, diaphanus seu translucidus fulbo forinsecus colore apparens, & intus albo, odore etiam inter laser & galbanum redolens, ita vt re ipsa porri odorem emulet. Substantia autem crassus esse tenetur, pondere vero leuis, facile denique tepida aqua dissolubilis sit, est necessarium, si perfectus omnino nobis habendus est, ideoque omnis liquor siue succus

Sagapenu quid. Li. 20. ca. 18.

Non sagapenu sed sagapeni succus dicitur.

Electio.

cus in duram substantiam conuersus, siue condensatus, si aqua vel vino, aut denique aceto, parum ebullierit, facile vtiq; dissoluitur, si optimus & electus fuerit, ideoque huiusmodi methodo liquores omnes condensati, ac in duram substantiam conuersi, eorum electio num indagandi gratia nobis comprobandi sunt.

Methodus in liquoribus condensatis eligendis n. bis adseruad.

58

Suphorbium arbor est libica ferulacea, licet Plinius herbam esse censuerit: ferulaceam tamen, quod denique atlante monte, iuxta Mauritania adinuenitur, doctate Dioscoride. Id enim omnia gummi genera excedens est: cuius denique duo succi genera ex Dioscoride ponuntur: vnum scilicet orobi magnitudine formatum, quod sarcocolle modo emicat, alterum vero in ventriculis concretescens est, quod vitreum spectatur, quorum ergo eligendum est, translucidum, palearem siue album valde colorem habens, ac re etiam sapore, pondere reuero leue, substantia denique frangibile, ac etiam amigdalino oleo dulci facile liquecente, odore etiam valde acutum, necnon & recens, post annum aigni vero sui sicut verum & ignis iudicatur, auctore Mesue, Galenus tamen vnus anni euphorbium bonum censet, licet duobus aut tribus annis, & non amplius perdurare possit: ideoque post duorum aut trium annorum intervallum eo vti non consulo, vt tutius ac secure magis eo vti videamur, vti ex eodem Galeno doctetur lib. 3. de comp. med. secund. gener. ca. 3. vbi inquit: euphorbium vero cum in principio bonum fuerit, anno etiam tertio adhuc vim aliquam

Duplex euphorbium

Electio

li. 1. de co. phar. per loc. c. 1.

Euphorb. recens quado iudicandum est et quanto tempore in suo vitio duret.

retinet, vterius vero iam exoluitur.

Panax nonnullis heracleum dicitur, ex quo tantum opopanax colligitur, cuius tamen panacis tria sunt genera, scilicet heracleum, asclepium, & chironium, vteruntamē de heraclea tantum in presentia nostra erit dissertatio, quod vtiq; in ueriga doctate Dioscor. plurimum, & in phocide arcadia adinuenitur. Erit vtiq; huiusmodi succus excipiendus, recenti caulium pullulatu (& hac igitur & consimili ratione plantarum succi germinantibus, tunc primum cauliculis, vti ex Dioscor. dictum est, extrahendi sunt: non tamen vniuersaliter id intelligendum est, vti lib. 4. exposuimus) prius tamen incisa radice aut caulæ secto duobus digitis à radice aut immediate circa radicem, ex qua candidus emittitur succus: qui namq; vbi siccatus fuerit, croceum colorem in summa cute producit. Eligendus ergo est, sapore valde amarus, intrinsecus albus, vel subfulbus. Extrinsecus vero coriceicri colorē indicans, etiam si Mes. extra citreum: intra vero subalbidum cum eligat, censendus etiam est potere leuis, substantia vero tener seu friabilis & pinguis, ita vt in aqua facile soluatur, sinceri namq; & electi opopanax, experimentum est, si digitis aqua friatus resoluatur, & tandem lactescat grauem etiam odorem habere Dioscorides censet, licet Mesues bonum ac sibi proprium. Odor namque grauis absolute reuera bonus non dicitur, siquidem grauitolerari potest, ideoque Dioscor. chalbanum grauem odorem habere asseruit, siquidem difficile tollerari potest

59 Tria panacis genera.

Opopanax quado excipien.

Electio.

50

51

potest, quia fatidus: grauis ergo odor malus censendus est, & non bonus.

60 Chalbanum quid. Chalbanum succus ferule est, in Siria nascentis; quod utique Sirijs & egyptijs metopium appellant, vocatur ideo chalbanum, quantum coniector, ob albedinem, quam in se continere debet: eligendum ergo est cartilaginofum & purum, thuris aut ammoniaci similitudinem referens, pingue item lignorum expers, & eiusdem ferule non nihil feminis, in se continens, licet hortulus sanitatis affirmet eius ferule partem vllam minime habere: teneatur etiam grauis odoris, necnon & substantiam, mediam inter liquidam & aridam habere, ita vt non nimis aridum nec humidum iudicetur, ex qua ergo electione chalbanum quod in pharmacopolis non paucis hodie adseruatur, non esse purum, sed potius mixtum aut adulterinum, minime dubitauimus. animaduertatur ergo eiuscemodi delectus, si v sui medico admittendus est.

61 Cacamum quid. Cacamum lacryma ligni arabici est, mirrhe quodammodo per similis, quae tandem lacryma alias gummi dicta est, quod utique gummi eligendum est virosi gustus, sub rubrum, & ad viridem quodammodo colorem inclinans, & aromaticum ita vt si igni apponatur, sumphitum ex eo protinus exire conspiciemus sicuti ex myrrha & stirace, ex quibus facile sulphitus exire conspiciatur semel igni appositis.

62 Myrrha quid. Myrrha alias etiam myrrhis dicta, lacryma arboris est, quae in Arabia adnascitur, Egiptiæ spinae per similis, ex qua quaedam eius lacrymae in subiectas segetes, quaedam

vero circum caudicem concresecunt: è quibus pediasimos, praepinguis aliqua myrrha liquida dicta nominatur, è cuius expressione stacte, docente Dioscoride conflatur, optima ergo myrrha eligenda nobis erit, ex trogloditica regione orta, reces situs & calore obducta. Plin. tamè sic dispositam aspectu sordidam censet: friabilis etiam censenda est, suo pondere leuis, ex omni quae parte concolor, hoc est, intrinsicus varia apparens, quae si fracta fuerit, venulas vnguium modo candidas & leues indicauit. Minutis tamen gleuis, praeter ceteris etiam sapore acris esse tenetur, & leniter amara si Plinium audierimus, licet quibusdam amarissima iudicetur, aromatica etiam estimanda est, non tamen valde, sed quadam cum grauitate, debet denique sub viridem continere colorem, ad rubrum quodammodo inclinantem, cuius denique varia & diuersa genera ex Plinio lib. 12. ponuntur, vbi de eis querendum erit.

62 Bdelium quid. Bdelium, alii madelcum, alii vero bolchon appellant, quod denique lachryma est, sarraceniae arboris, ex qua eligendum nobis erit sapore amarum, trans lucidum atque diaphanum taurino glutini quasi similitum, pingue etiam intrinsicè facile liquecens sordidis ac ligni expers, igni appositum odoratum vngui, humano scilicet similito docente Marcello: aliud denique bdeligenus ex India comportatum describitur à Dioscoride, sordidum videlicet, colore vero nigrum odorem tandem asphalti continens vberioribus glebulis, ac in ofas conuolutum: ex serapione autè triplex inscri-

inscribitur bdelium, quorum vera secundum idem cum Dioscoridis bdelio esse iudicatur, minime vero primum, quando quidem idè serapionis primum quoddam fructus genus est, qui in Media maturatur, dioscoridis autem bdelium nequaquam fructus iudicatur, sed lacrima tantum.

64 Thus ma- sculum quid. Thus in ea gignitur arabia, quae trurifera vocatur, quod tamè thus lacrima arboris est, quae in altitudinem quinque cubitorum ducitur: ex cuius cortice emanat mirra sicut gummi apud nos: in prunis folium denique piri secundum quosdam fert, & secundum alios lauri & salicis etiam nec non therbinthi. theophrastus tamen li. 9. de hist. plantarum cap. 4. & alij etiam, cum illis adstipulantur, qui lauri folia habere dicitur, ex quo denique genere primatum obtinere creditur masculum trygonias dictum. Masculum igitur thus erit, si lacryma natura sua rotunda et alba fuerit, quod certe ceteris erit praestantior, ideoque eligendum nobis est, rotundum ex se indiuisum, hoc est non arte quadam tactum, candidum dum frangitur: intus vero pingue in suffitu statim ardes: mercatores tamen quidam solent, idem thus in quaedam grana quadam industria parare, rotunda videlicet, & non quidem sine magno sui detrimento.

65 Manna thuris quid. Thuris manna, quae testante Plinio mica est parua, ex eius concussu detracta: ideoque dicitur manna quia eius pars quae excerpitur, subtilis est adeo, sicuti enim in tritico id quod subtile volat, polinem appellamus, ita etiam quod valde subtile per contractum aut motum est

polinem aut mannath esse dicemus eligenda denique erit colore candida quam plurimas micas habens, necnon & paritatem in eas contentam, potest etiam eadè quae & thus licet imbecillius ac remissius.

Thuris cortex (arboris scilicet, non tamen thuris, vti nonnulli putant: thus namque vere cortice caret testante Brasabulo) eligendus est, substantia crassus, pinguis, odoratus necnon & recens, pondere etiam leuis, minime scauer, ita vt sine membranis apparere videatur.

Thuris fuligo, quam omittere nec fuit opus, si quidem ad multa vsui medico speciatim valet, quae tandem industria & arte quadam fabricatur, quam utique parandi methodum Dioscor. lib. 1. cap. 85. necnon & Plin. integre assignant, veruntamen pro thuris complemento explanandum superest, quod Hispanice encienso, non alia de causa nominatur, quantum coniector, nisi ab eius accensione quam facit vbi ignis apponitur.

Stirax, lacryma est arboris malocotoneae, consimilis, quae ex Cilicia Alexandriam, & Venetias comportatur, eligenda ergo est fordescens colore flaua, substantia vero resinosa, albicantibus nempe grumis, sapore amara, ac nimis acris, valde odora, ita vt semper in sui odoris gratia permaneat, quae utique dum teritur, liquorem melileum ex se effluit, quod utique stirax, de quo hactenus explicuimus illud est, de quo Dioscorides tantum & Galenus, necnon & Plinius determinarunt, etiam si barbaram sectantes medicinam, duplex siue etiam triplex stirax scripserint, quorum

quorum quidam fuere asserentes, duplex esse; stirax ab eadem videlicet arbore productum, liquidum scilicet, qui tandem dicebant huiusmodi arborem in magnitudinem auellanz fructum habere: ex cuius compressione liquidum stirax dictum decerpitur: cuius deinde arboris cortices dicuntur, si cui stirax, qui denique arabes toto errore celo dicuntur, ut constat. Serapio etiam, Isaac testimonio inquit, huiusmodi arborem gumma continere, quae ambra vere dicitur, paderarius denique tres stiracis assignat species, de quibus ex eo petendum erit. Avicenna in summa duplex assignat stirax, humidum scilicet & siccum ex eadem arbore productum ita ut humidum fuerit quod ex arborum cortice de cognitionis causa extrahitur: siccum vero quod sicut fex ex decoctione illa remaneret, quibus omnibus intellectis quam tempestate hac ex usu habemus, harum neutram esse censeo, uti ex eius substantia constat, sed potius diuersa mixtura quaedam, & fabricatio est: quare si stirax electum fuerit, predictam electionem habere censendum erit.

Notatur quorumna arabes.

Stirax humidum & siccum Avicenna.

Masticis quare resina lentiscina dicitur.

genda masticis est splendida admodum tyrrhenicae cerae candore perfimilis, adulta etiam siue completa, retorrada, facile frangibilis, odore aromatica, necnon & masticatione aut eius tritura extridorem quendam edens.

Gumi sandaracha, quibusdam gummi vernix dicitur, solidum videlicet aut scriptorium. Dicitur enim solidum, prout contra liquidum arte fabricatum distinguitur, quo nepe pictorum ferre omnes, ac faber lignari arte sua utuntur, scriptorum denique dictum est, quoniam eius puluere pro conscribendis literis utuntur, quibus expositis, vernix gummi dicitur, ob similitudinem nepe, quam cum verno rore portendit, aut quia eo tempore exudat, quod utique gummi, grassa Hispanae nuncupatur, quod denique gummi ex iunipero arbore emissum esse non dubitauimus: ideoque eiusmodi gummi eligendum erit lucidum subspiceum colore & in sui contractione stridens: notate autem dixi Sandaracha gummi, videlicet ut distinctum id fecerim, a sandaracha minerali, de qua Dioscorides Galenus & Plinius & multi alij determinarunt, quare sandaracha equivoce sumuntur, ut constat. Sandaracha igitur mineralis testante Dioscoride libr. 5. capiti 121. in eisdem metallis, quibus *ἀργύριον*, hoc est, auri pigmentum gignitur, quae tandem eligenda nobis erit rufa colore, siue falba saturatior, sincera, fractu facilis, cinabaris colorem emulans, sicuti & sulfuris odorem ostentans, pro cuius rei complemento intelligendum est, quod huiusmodi mineralis sandaracha, reuera ipsius arsenici est species, si quidem in eisdem

Electio.

Sandaracha scriptorium.

gumi vernix quare dicitur.

Electio.

Sandaracha mineralis unde gignitur.

Electio.

idem locis sandaracha quibus & arsenicum gignitur, & praeter id quia eandem cum arsenico facultatem obtinet.

Tragacantha duplex

Tragacantha, creta adinueniri dicitur, Arabia etiam, necnon & Asiae media, quae utique tragacantha duplex vsui habetur, radix videlicet & lacryma, sed in praesentia de tragacantha lacryma, alias alquiti dicta, seu gummi tragacanthum, sermo erit, quae tandem lacryma dicitur Dioscoride ex vulnerata radice more gummi, quidam exit succus, qui seu lacryma concreuit, qui tandem concreto quibusdam tragacanthi gummi ob eius similitudinem dicitur, Theophrastus vero, huiusmodi lacrymam absque radice scissione pro gigni asserit: ex eorum quidem sponte manare dicitur: quae nimirum lacryma, etiam si reuera prima germinatione gummi non fit, postquam eadem ex Aetio sermo: succus vocatur, eius tamen materiam habere autore Dioscoride, compertum habemus, Tragacantha lacryma succus est non gummi dicitur Aetio.

Tragacantha lacryma succus est non gummi dicitur Aetio.

72

populorum lacryma quid. Electrum quid.

Succinum alias electrum dictum quibusdam chrysoforum, & lincurium, dicitur, alijs vero ambra, ob similitudinem nempe quam cum ambra, refert, barbaram denique sectantibus medicinam charabae, nuncupatur, ex Dioscoride tamen huiusmodi electrum, populorum lacryma appellatur, quae apud amne de fluxa duratur ac congelationem acquirit & tandem electrum siue succinum dicitur. Est utique huiusmodi succinum ex populo videlicet nigra productum, & non al-

ba, uti ex brasabulo demonstratur quandoquidem de ea. cap. de nigra populo differit, quae tandem ab ea gummi more extrahitur docente Paulo, libr. 7. & prope flumen eridanum congelascit: unde decipiuntur maxime, qui veluti vitumen ex terra qualescere dixerunt, eligendum ergo electrum est, colorem auri referens, & quod ex eius attritu iocundum ex se expiret odorem, & in cuius tritura stridorem sentierimus

Electio.

73

Terminthus testante Theophr. libr. 3. de plant. histo. capit. 15. duas continet species, mascula scilicet & foemina. Masculina ideo dicta, quia si quidem sterilis fuerit, sexui maris adaptatur. Termenthinam igitur, ideo dicta, quia ex termintho arbore producat, re vera huiusmodi partibus adinuenitur, Arabia scilicet, Iudaea, & Siria, cypro, Africa, necnon & cycladibus insulis: licet ex Galeno chian-

Li. de an tid.

maxime commendatur. Andromachus autem libicam eam eligit, eligenda ergo est colore candida, splendens in coloris vitrei morem, ad ce-

Electio.

ruleum tamen inclinans aromaticam terminthi odorem referens, ex quibus sequitur, quod termenthinam ea, quae vsui magna ex parte hodie habetur, nequaquam optima est, siquidem flaua nobis apparet, sicut mel, ideoque eam ex larice resinam esse coniecto, ob eamque rem, potius laricinam resinam dicendam esse reor, quam veram, & optimam termenthinam, & sic

Laricina termenthinam.

quoniam ex laricea scilicet arbore producit. Haec enim melleum colorem ostendit, quemadmodum & ista, quae hodie saepe saepius utimur,

Quæ denique restante Actio candē vim & facultatem cum vera & optima termentina possidet, ideoq. eadem non pauci vti conātur, ego quidem potius lētiscina resina pro vera termentina vti cōsuluerim, si quidem verē termentinē propinquissimā satis, eiusmodi lētiscinā resina existit, docente Diosco. necnon & Gal. terminthū vtiq; & lentiscus, docētē Serapione, eiusdem generis sunt species, folio tantummodo differentes, quæ ergo ratione possemus, & non immerito pro vera termentina lētiscina resinant.

Libell. de substitutis Termentina electa loco lentiscina resina utendū est.

74

Gummi genera aut differentia, tot esse, quot arbores sunt, è quibus producuntur, nequaquā dubitauimus, veruntamen in presentia de arabico gūmi, nostra est disertatio de quo quāuis græci nō determinarint, eius nomen ex arabibus petendum erit, ideoq; arabicum gūmi dictū, quia Arabia adnascitur, necnō & babilonicū, quoniam iuxta Babiloniam qualescere dicitur, ideoque ex serapione cap. 93. de spina babilonica ex ea eiusmodi gūmi produci affirmat. Auice. autem huiusmodi gūmi, ab eo quod ex acacia progignitur, distinctū facere videtur, cum dixit: acacię gūmi, arabico esse fortius, ideoq; intheriacibus medicinis apponendū: serapionis vero babilonica spina, & dioscoridis egiptia, siue acatia idē esse ex eorū doctrina manifeste cōstat. dicitur nāque ex diosc. egiptia spina, quia in Aegypto nascitur, spinosa videlicet arboris instar, qui tñ lib. 1. de acatia spina cap. scribit gūmi ex eadē spinosa arbore procreari. Vnde etiā Plin. asserit ex egip-

Lib. 2. tra. ca. 2. ca. 317.

Lib. 13. c. 11.

ria spina gūmi optimū distillari etiā si dioscor. & Plin. minime ipsi gūmi determinatū nomen imposuerunt, sed tantū dicunt, vna cū Auicena vim atq; facultatē optimā, ad inspilandū & refrigerandū habere. Andreas etiā belupnsis, litera alcarad. inquit, spinosa arboris factū esse, qui Aegypto adnascitur, cōtrariam tamen omnī sententiā Hermolaus tenet, dicens arabicum gūmi esse oleæ æthiopicæ gummi, quibusdā elemi gūmi dictum, quibus explicitis cōsideratione dignū censui, quod huiusmodi gūmi determinatū nomen ex græcorum doctrina minime expositū est, veruntamen id egiptium siue acatię spinę gummi reuera nuncupandum esse reor, postquam ab ipsa spinosa arbore ex qua producitur denominationem sumere potest, vt constat, ideoque gummi egiptium siue acatię scriptū græcorum sententia & gūmi arabicū ex arabum sermone idem esse censemus: quod tandē gummi eligendū est sua forma vermiculatum, colore vero glaucum, substantia autem purum siue sincerum & sine cortice, licet ex Auicena perum ligni habere dicitur.

Hedereum gūmi, docente diosco. lib. 2. cap. 210. lacryma est, hederę pilotri dicta: quod vtiq. hederę comasatio quædā est, ad remouendos pilos obnoxia: quę itaq. lacryma docente Gal. velut aqueus quidā liquor est, habens facultatē nudandi pilos, quę nimirū facultas calida adeo est, vt obscure adurat, ac vitā in mortem forte cōmutare queat. Hedera quantum coniector ideo dicta, quia parietibus adheret, vel quia quibusdam inheret, sua

Electio Gummi arabici Græcis egiptium siue acatię dicitur. Li. 2. tra. ca. 317. Quid gummi hederę.

Pilotri quid. Medid. facul. ca. 29 Hedera cur dicta.

Hedera species quot.

facultate exedere ac conumpere habet: quæ denique hedera cissos, græce ideo dicitur, quia sponte & sine alicuius cultu nascitur, cuius tandem plantæ tres describuntur à Dioscoride species, videlicet candida ideo dicta, quia candidum gerit semen, quam vtiq. Plinius feminā appellat. Est etiam & altera nigra id circo dicta, quia nigrū producit fructum, quæ denique ab eodem Plinio mascula dicitur, tertia erit helix, quibusdam clauicula dicta, fructum nempe minime produciens, autore Dioscoride, necnon & Theophrastro, quæ nimirū etiā si fructum non gerat, mascula docente Brasabulo dicenda est, ex quibus prædictis manifeste colligitur quod hederæum gummi quo hodie sæpius vtimur, non est verum, sed potius alterius arboris productum siquidem id nec psilotrum est, nec mordacitatem vllam præstat, si quidem nec calorem sensibilem: eligenda denique huiusmodi lacryma est, clara, nitidaue calculorum expers, gustu feruens, siue acris.

Electio.

Gummi oleæ siue elemi quid.

Oleæ siue elemi idem significat.

Aethiopicę siue siluestris oleæ gūmi, alias elemi dictum, ex eadem olea siluestri distillari, Dioscorides affirmat, quod vtiq. æthiopicæ oleæ gummi, haud dubio esse, quod alias elemi nuncupatur, demonstratur vtiq. ex hermolai, & aliorū multorum doctrina. Elemi nāque pro oleæ reuera hodie vsurpant: λέαιον namque latine oleum, siue leon significat, quare gummi oleæ siue oleæ aut elemi dici posset, quibus explanatis huiusmodi gummi eligendum nobis erit, sua substantia scammonio persimile, licet colore rufusculum, necnon & ex-

bus stilis concretum, gustu tandē mordax, censendum est, si in sui vltima perfectione censerī debet, quibus itaque conditionibus in Italia prouenire præditum solet, ideoque considerandum est, quod huiusmodi gummi elemi, quo sæpiissime pharmacopei, pro parandis vnguentis utuntur, reuera non est æthiopicę oleæ, siue elemi gummi, si quidem id odoriferum nobis apparet, & gustui, nec mordax, quare potius cuiusdam resinę genus esse censuerim quam oleæ gummi, vti recte intuenti fiet perspicuum satis.

Laserpitium huiusmodi in locis nascitur, Siria scilicet, Armenia Media, necnon & Tibia atq; Africa, cuius denique plantę radice videlicet & caulæ scarificatis, gummi laser colligitur, non vtiq. laser, & laserpitium idem vt nonnulli putarunt, sunt. Laserpitium namque ipsa est arbor, ex qua nempe gummi laser producitur, quod vtiq. gummi ex Auice. non laser sed assa nuncupatur, & eius duas cōstituit species, fetidam nempe nimis, & odoriferam, non tamen fortem hebetē odorem, quę quoq; sententia ex hortulo sanitatis trac. de her. cap. 46. docetur, dicente qd ex succo huiusmodi plantę oderifera assa conficitur. Diosco. tamen, Paulus, Aetius, necnon & Plin. nullatenus de lasere fetido determinarūt etiamsi de odorifero & dulci scripserint, quod enim dicentes si ex armenia, & Africa cōportatur succus mēiusimum habere odorem cōspiciemus, quod deniq; nobis cirenaicus succus, Hisp. menjuy dicitur. Id. n. quod ex Siria comportatur, minus viribus polet, reditq. virosiorē odo-

Laser & laserpitium differunt.

Laser & assa idem.

Li. 2. tra. ca. 53.

Siriacus succus mēiusimum habere odorem cōspiciemus, quod deniq; nobis cirenaicus succus, Hisp. menjuy dicitur. Id. n. quod ex Siria comportatur, minus viribus polet, reditq. virosiorē odo-

rem vnde non pauci existimant
 dum fatida arabu assa, quoddam mo-
 do conuenire, huiuscemodi græco-
 rum laser, si quidem virosam ex se
 spirat odorem, qui vti que sine ra-
 tione alloenti sunt: si namq. viro-
 sum odore habere dixit: illud qui-
 dem respectu est, suauissimi odoris
 quem cithænaicus succus possidet:
 ideoq. affirmavit ipse eodem loco
 haud porraceum esse debere, qua
 ergo ratione arabum assa fatida cū
 græcorum laser, minime ad stipu-
 lari iudicabimus, maius enim esset
 dubium an arabum odorifera assa
 eadem cum græcorum laser fuerit
 etiam si fortem non portendat odo-
 rem, quibus omisis, possemus ta-
 men, si Auicena doctrinā confide-
 rauimus pro assa fatida æquali
 pondere odorifera iure optimo uti
 superest tandem declarare, an hu-
 iuscemodi assa, qua in presentia vi-
 timur, vera fuerit, eam namque nō
 esse græcorum laser, manifestum fa-
 tis est; an potius vera assa fatida
 arabum sit, subito veruntamē hoc
 vnum aduertamini, easdem vti que
 facultates habere, quas & Auicena
 de sua assa describit, præter id etiā
 quia mihi ita esse expertum est, qua-
 re cū metus sit gummi laser ne adu-
 rinum, aut saltem nec optimum ad
 nos comportetur præstat, nostro
 vti, quare consuluerim ego, quādo
 quidem vera non apparuisset as-
 sa, hac nostra communi vti: quibus
 prælibatis græcorum laser, de quo
 nostra in presentia fuit inquisitio,
 eligendum est colore rufum, splen-
 didum myrrham emulans, gustū
 suaue & dulce, odore vero valens,
 nō vtiq. porraceo nec fatido, idq;
 si diluatur, facile albescere debet, si

Odorife-
 ra assa p
 fatida ad
 ministra-
 ri potest.

Electio.

optimū sit: calidissima deniq. huius
 cernit laser facultatē habere cō-
 petimus, docente Gal. & Dioscor. *Lib. 8. de
 simp. me.
 fact. c. 97.*
 Thimelca, quidā chamelæā, alii
 pyrosachinem, alii cestrōn, alii the-
 nique encorom nuncupant; quare
 Plinius thimelzā siue chamelæā
 describit. Chamelca enim, quibus-
 dam cocus enidius appellatur, vti
 enim ex codice græco demonstratur
 chamelca reuera thimelca est spe-
 cies, quæ sane verba in hunc modū
 ex codice græco ponuntur *χαμαί
 λακων οὐδὲ κοκκῶν κινδὲ εἰν καλοῦσι* per
 denique huiuscemodi thimelzā ra-
 piens vitam, sicuti quibusdā leo ter-
 re nō nominatur. Dioscorides tamen
 thimelcam ab ipsa chamelæa rem *chamelea
 thimelca
 est species*
 distinctam facit, at vero chamelæā
 esse thimelzæ speciem minime du-
 bitabimus vti ex ipsius Dioscori-
 dis doctrinā colligitur, ex qua deni-
 que thimelca eodem docente Dios-
 coride, semen cocos enidios dictū
 excerptur, quod autem apolinum,
 frijs nuncupatur, propter similitu-
 dinem nempe, quam cum satiboli-
 no refert, quæ igitur thimelca græ-
 corum sermone mezezeo vocatur,
 de quo nimirū in presentia nostra
 est disertatio, ideoq. eligenda thi-
 melca erit, folia magna, viridia, &
 tenuia habēs gumosa, etiam & vis-
 cositatem in se cōtinens, & quæ in
 locis liberis nascitur, videlicet. p-
 pe eiusdē species alias, sola enim or-
 ta, perniciofa nobis existimatur
 quæ vti que folia chrispa & aspe-
 ra, nec non nigricantia habue-
 rit, fugiēda nobis erit: coconidium
 hoc est granū enidiū eligēdū autē
 est; substantia durū rotundū, magni *Electio
 grani eni
 dij.*
 tudine mirti fructus: paulo tamen
 magis ad minus extrinsecus tan-
 dem

Lib. 13. c.
 21.

Libro. 4.
 cap. 172.
 c. 173

Electio.

Electio
 grani eni
 dij.

adem nigrum ostendens colorem, in-
 trinsecus vero album, quod per in-
 fernabilem, & pituitam trahit, si vi-
 ginti gra norum pondere. bibatur,
 est tamen cauendum ne partes per
 quas transit adurat, siquidem calis-
 simum fuerit, ideoque non nisi
 quadam cum cautela propinandū
 erit. *79*
 Aron apud syros sulphur nuncu-
 patum, quibusdam serpentaria, dra-
 gonis collum, & viperina, necnō &
 colubrina vocatur, quoniam eius
 caudix cum serpentium coloribus
 similitudinem maximam refert,
 quidam enim docente Plinio, aron
 radicem appellarunt, eius vero cau-
 lem dracunculū, cuius itaq. plā-
 te docente Auic. duæ sunt. Species
 plana scilicet, & crispa, cuius itaq;
 radix autore Mesue nigra extrinse-
 cus apparet, intrinsecus vero alba,
 Dioscorides tamen radicem albā,
 aron habere scribit, dracunculo
 nempe nō dissimilem, licet Plinius
 nigram esse ceter, cuius deniq; plā-
 te quatuor Dioscorid. assignat dif-
 feretes species duas scilicet sub dra-
 cunculi maioris & minoris nomi-
 ne, & duas sub nomine ari. et arisa-
 ri. Quibus prælibatis considerandū
 est, quod eiusdem plantæ radix præ-
 stantior nobis censenda est, ideoq;
 eligitur magna, completa, & in ter-
 ris liberis orta, colorem in totum
 albicantem referens, si Dioscoridis
 doctrinam audierimus. *80*
 Alscibrā quibusdam exula di-
 eta, cuiusdam plantæ est radix, de
 qua inter autores, varix admodum
 & diuersæ sunt opiniones. Primum
 enim si recte huiuscemodi negotiū
 considerauerimus, adinueniemus
 quidem serapionis esulam, Diosco-

79
 Ari dua
 species

Li. 2. tra-
 ct. c. 442

Li. 24. c.
 16.

Quatuor
 serpēta-
 ris species

Electio.

80
 Alscibrā
 quid.

ridis esse pityusam, quandoquidem
 pityusæ radix, eodem docente Dios-
 coride crassa, & alba est, nō nō &
 succo, refecta; sicut & serapionis e-
 sula, tum etiam, quia si exacte sera-
 pionis exule, & Dioscoridis pityu-
 se picturam, perpenderimus omni-
 no vti que idem, esse cōiectauerimus
 at vsro, Mesues alscibrā, non esse
 serapionis esulam aut Dioscoridis
 pityusam, manifestū habemus, quā-
 doquidem ambo radicem candidam
 habere affirmāt, Mesues tamen al-
 scibrā, non habere radicem can-
 didam, sed rubrā vti cassia ex ipso
 constat, præter id etiam quia eandē
 sententiam ex Auicena habemus
 lib. 2. tract. 2. cap. d. 174. ex quibus
 sequitur inter se dissidere, & maxi-
 me, alscibrā vero mesues parū,
 & Auicena, idem esse cum Diosco-
 ridis titymalo paralios dicto, non
 dubito, siquidem Dioscoridis para-
 lios radices omnino rubescentes, si
 cut & alscibrā, paruum mesues
 & Auicena habet, magnum vero
 mesues alscibrā, & Auicena, de
 quo ipse alloquitur eodem lib. cap.
 491. de mezezeherehi idem cū ti-
 thymatō platyphylōs Dioscoridis
 esse reuera iudicauerimus; platyphy-
 los namque Dioscoridis, pisces enē
 care habet, Auicena vero mezeze-
 herehi, eos inebriare, quibus præ-
 libatis de paruo mesues alscibrā
 de lectū assignauimus, siquidē mā-
 iori præstantibus fuerit, cuius plā-
 te selectior in integrum pars radi-
 cis est cortex, ea nempe est, qua in
 remedica sem p. vtimur, veruntamē
 cum huiuscemodi cortex, ipsi radi-
 ci in hercat, conuenit ideo eius radi-
 cis delectum declarare, ex cuius v-
 ti que electione, possemus perfectā
 P ac

Li. 4. ca.
 166.

Serapionis
 esula pity-
 usa est Di-
 oscoridis.

Parū al-
 scibrā me-
 soes & a-
 uicena cū
 titymalo
 paralios
 Dios. dic-
 to idē est.

ac selectiorem eius corticem intel-
ligere, erit ergo huiusmodi ra-
dix eligenda, si tenuem corticē sub-
stantia habuerit, ponderis vero le-
uem fructu etiam facilis, necnō &
in rubrum colorem vergens sicut
& cassia ligna fuerit est necessariū,
& quæ est recēs, post dimidium vi-
delicet anni, intra sex vti que men-
ses collecta, vsui medico nequaquā
administranda est.

Electio.
Alsebra
parb. me-
ses. ante
sex mēses
minime u
su medico
habendum
est.

81
Li. 23. c. 1

Vitis alba, quam Græce ampelo-
leucem vocitant quidam, eam bryo-
niam, quidam ophyostaphylom, a-
lij mylothrom, vel psilothrom, aut
archezostium, vel zedrostium, ap-
pellitant, quæ tandem nomina quā-
uis ex codice græco ponantur, ean-
dem quoque Pinius assignat, huius-
modi vti que vitis alba, ex Auice-
na ferire, nuncupatur, quæ denique
à mesue alphecera dicitur, ac repti-
lium cucurbita, appellatur deniq;
vitis alba quantum conector, nō
vti que quia vitis fuerit, sed ob simi-
litudinem maximam, quam cum
ipsum vite folius refert, vnde cōmu-
niori nomine vitis alba nuncupa-
tur, alba autem prout contra nigrā
distinguitur, quæ eius est speties, de
qua inferius dicemus. Vocatur au-
tem, psilothrum, quoniam ipsius a-
cinis peles depillari possunt, vel po-
tius, quia pro depilatoriis vnguen-
tis parandis materia est, quare ipsa
vna cum sapone admixta, & sola
etiam, depillatorium existit: quare,
denique cæteris nominibus appel-
letur, vobis lectoribus studiosis mi-
hi relinquatur, cuius denique ele-
ctio assignādo in præsentia erit, at
vero quoniam parte plurima eius
radix magis vsui habetur. de ea
ideo nobis dissertandum erit, id cir-

vitis alba
quare di-
catur.

Electio.

coque eligenda est si terreum, siue
cinerecium, extrinsecus colorē por-
tenderit, intrinsecus vero albū, do-
cente Plinio etiam si Dioscorides
eius radices colorem non assigna-
uerit.

Vitis nigra, quæ albæ est species
quidam eam brioniam nigram, aut
chironiam vitem nuncupant, quā
denique brasabulos taminiam vba
nuncupat, licet ex Auicena fefire
sin appelletur, quæ eodem autore,
vitis albæ dicitur speties, quam de-
nique priori similem iudicauimus
colore excepto, docete Plinio, quæ
vti que folia hederæ docente Dios-
coride fert, similitatis proxima, ma-
iora tamen, cuius radix eligenda er-
rit, exterius nigrum colorem inte-
rius vero buxeum ostendens. Quæ
denique radix, eadem quæ vitis al-
ba præstat, licet in efficacius docen-
te Dioscoride, necnon & Galeno.

82

vitis nigra
ipsum al-
be est spe-
cies.

Ciclamini quibusdam fauni pa-
nis nuncupatur aliis vero chirofo-
mus, hoc est porcini panis, quam
denique aliqui vmbilicum terræ
seu rapum, aut ipsius terræ malū ap-
pellitant, licet ex Mesue arthanita
nuncupatur, dicitur ideo porcini
panis, quia suisbus admodū est gra-
tus, vti ex vsu constat, cuius itaq;
plantæ duæ sunt speties, magna sci-
licet, & parua, licet tertium Plinius
vidisse affirmarit, magnæ vero præ-
stantior pars, radix existit, autore
Auicena. Quare eligenda est quæ
magnum ciclamen dicitur figurā
nempe: quodammodo latam osten-
dens, colorem vero terreum nigru
extrinsecus ostendens, intrinsecus
vero album etiā si Dioscorides sim-
pliciter nigram eam assignarit, par-
ua vero quæ paruum ciclamen no-

83
panis por-
cini quid
& quare
dicatur.

Arthani-
te due
speties.

Electio.

minatur

manatur, quibusdam: cisanthemōn,
aut ciphilon dicitur, mesue tamē
autore radices habet multiplices,
subterraneas, item abellana aut ci-
cerum instar. considerandum tamē
est eodem autore, vtrunque cicla-
men vsui medico conuenire, sed
miror quidē, vnde mesue huiusce-
modi doctrinam auenit, siquidem
dioscorides & Galen. affirmarint,
radicē inutilem habere nulla qui-
dem de eius purificatione habita-
ratione.

84
aristolo-
chia tres
sunt speti-
es.
Li. 25. c. 8

Aristolo-
chia cur
dicatur.

Aristolochia docente Dioscoride
triplex reperitur: rotunda scilicet
& longa, ac quæ clamatis alias sar-
mentosa dicitur, licet Plinius qua-
tuor assignauerit species, ideoque
simpliciter aristolochia dicta est,
testante Dioscoride, quia puerpe-
ris opitulari dicitur, licet Plinius
gravidis affirmarit, quarum ergo
primum de rotunda differendū cen-
seo, à Dioscoride fœmina dicta, quæ
vti que eligenda est, folia hederacea
gerens, necnon & mollia, sub rotū-
daque, ac denique ab radice multa
germinantia, odore etiam præstan-
ti, sapore verō cum quadam acrimo-
nia, eligenda etiam est, florē cā-
didum piley instar gerens, necnon
& grauem odorem dum modo ru-
bra fuerit cuiusmodi eligenda est si
in sui vltima pfectione extimanda
fuerit, cuius deniq; sic dispositæ plā-
tæ, radix & fructus, vsui medico o-
pitulantur, quare radice delectum
assignandum censui, quæ ideo ra-
dix eligenda est, rotundam habens
figuram, in rapæ videlicet morem
qua ergo ratione rotunda nobis di-
cta fuit, colorem autem buxea fuerit
est necessarium, sapore etiam ama-
ra, licet quadam cum grauitate.

Radice.
Electio.

Aristolochia longā mascula nū-
cupatur, quæ nimirum secūda Dios-
coridis est species cuius videlicet
plantæ magna ex parte, vsui medi-
co radix habetur, ideoque eligēda
nobis erit, digiti magnitudinē, aut
Paulo maiorem habens, longitudi-
nem vero dodrantis, aut aliquantu-
lum maiorem, quare nobis lōga di-
cta est, colorem autem interius bu-
xæ, & gustu amarum ac graui præ-
dita fuerit est necessarium, necnon
& fractu minime puluerulenta ac
denique carie aut teredinibus mini-
me ex essa, quæ igitur huiusce-
modi conditionibus reperta fuerit, sele-
ctissima nobis iudicanda erit.

85
speties.

Est enim & alia. 3. aristolochia,
quæ clamatis appellatur, & alias
sarmentosa, ideo dicta, quia radi-
ces in sarmenti morem complica-
tas gerit, cuius radices eligendæ no-
bis sunt, præ cæteris longiores, nec-
nō & subitātia tenues cortice cras-
so, odore autem, ac sapore vegeto,
vestitæ sint est necessarium, si ele-
ctæ nobis habendæ sunt.

86
speties

Ricinus quibusdam cataputia &
Christi palma, aliis vero Kerba, &
albemesuhc nominatur dicta ergo
huiusce-
modi planta, ricinus fuit,
quia cum ricino animali. hip. gar-
rapata dicto maximam similitudi-
nem habet, non vti que eo quod plā-
ta ricino ipsi adsimiletur, sed eius
dumtaxat semen, siquidem plantā
vt constat nullam cum ricino simi-
litudinem protendit, quæ denique
animalia, in canibus millies adin-
ueniemus, siquidem canibus ipsis
magna ex parte accidere solent, a-
lia tandem ratione cataputia nomi-
natur, videlicet quia russici eius se-
minibus pillulæ parātes, pro expur-
gandi

87
Ricinus
quid, &
quare di-
catur.

Docete
rist. li. 1. d.
animal. c
31

gandi ratione voluerunt utique eā catapuciam, pro catapociam corrupto nomine vocitare, quas utique catapocias nostri pillulas dixerunt, palma denique christi vocata fuit, quia eius videlicet folia, cum humana manu, maximam similitudinem habent, uti ex ipsa re constat cuius in summa plāta duę sunt species, cataputia videlicet maior, à dioscoride ricinus dicta, & cataputia minor ab eodem lathiris appellata: quarum denique semen, vsui medico ut plurimum conuenire dicitur, & magis utique ricini, quam lathiris quibus expositis considerandum est, quod magna ex parte medici huiusmodi tantū semine utantur, ideoque eligendum cicini semine erit, vbi maximam cum ricino animalis similitudinem tulerit.

Catapucia cur dicitur.

Palma christi quare dicitur.

Lathyrus quid.

Electio.

Lathyrus, quam aliqui tithymalon appellitant, minor nobis catapucia dicitur, vulgo vero tartago, cuius itaque radicis nullus erit vsus, docente Dioscoride affirmata tamen eius sex aut septem granis cum ficis aut pollentis pillularum more deborata, album purgare: verum tamen aquam frigidā protinus seruandam esse censet, videlicet ut eius superflua caliditas retunderetur, doctrina sane in re medica animaduersione digna est, scilicet dum purgatione uti cogimur, statim ab eius exhibitione potionem frigidā exhibere: quam utique doctrinam lib. 8. cap. 5. ex professo dilucidauimus, quibus expositis eligendum utique huiusmodi semine est, erui magnitudine, aliquantulum tamē maius: rotundum etiam & colore candidum, videlicet cum primū ē corticibus expoliatur, gustu denique

dulce censendum est: si ex omni parte in sui electione vltima habendum est.

Spartion seu sparton frutex exstans quibusdam genista, aut mirrica & albrahim appellatur: hispanice verō retama dicitur, quibus utique plāte virgis, docente Dioscoride proligandis vitibus rustici utuntur quādoquidem eiusmodi virgæ contumaces fuerint: ideoque vulgo spartum dictum est, cuius denique plantę flores & semina: necnon & rami vsui medico ut plurimum habentur, quæ denique plāta florē defert albę violę per quam similitimum semen vero lenticulę instar: in folliculis tamen fascolorum more comolutum gerere denique ramos foliis expertes ac firmos, necnon & fractu contumaces nemo dubitauit.

Veratrum album simpliciter quibusdam alfluxi barba nominatur, cuius itaque duę sunt species, album scilicet de quo inferioribus quæredum erit & nigrum de quo mox dicimus, dicitur denique eleborus uti ex Græcorum sententia colligitur: eo quod cibum corporis arripiat: considerandum tamen est, quod harum specierum nigra præstantior ac incolumior ipsa est alba, quam ideo albam quondam terribile fuisse affirmo docente Plinio lib. 25. cap. 15. in cuius testimonio est Mesues dicens eleborum album terro- ris accidentia minare, vnde nigra species salubrior alba nobis censenda erit, & ob id de nigra, tanquam de nobiliori prius nobis agendum erit.

Eleborum utique nigrum quidam melanpodium, quidam vero polycrhyzom vocitant nigrum ideo dictum

89

Spartion cur dicitur.

90

Eleborum nigrum ipso albo est efficacius atque salubrius.

91

Eleborum nigrum & melanpodium cur dicitur.

Electio.

92 Eleborum album cur dicitur.

Electio.

stum fuisse credo, quia eius radices quibus in re medica utimur, nigrum portendant colorem. melampodium autem, id circo dictum est, quoniā caprarum pastor nomine melampus, furentes in se prætidus, primus purgasse & sanasse fertur, cuius ergo plantę præstantior pars, & quę magis vsui habetur, radix existit & eius quidem partes meliores fuisse sunt: quorum item & salubrior pars cortex iudicatur & ea est quam magna ex parte in re medica uti tenemur, at vero qua methodo huiusmodi cortex à radicibus eximere posset, ex Plinio petendum erit loco superius citato. Quibus prælibatis elebori electionem assignandam censeo, ideoque eligendum nobis est sua corpulentum substantia plenum etiam, & in quo tenuis fuerit medulla, asperitate carens, gustum acrem siue acutum ac feruentem contineat est necessarium, ut optimum sit, & quod facile est frangibile, non nimis recens nec antiquum sed medium ad vtrumque tenens, cuius ite radices selectiores censendæ sunt, si tenues nimis substantia sint, & colorem nigrum referentes, necnon & caria, ac corruptione vlla carentes.

Veratrum album, quod ea ratione quantum coniecto dictum est, non quia eius radix omnino candida fuerit, sed quoniā nigri respectu alba est & quodammodo in candorem terminat, cuius itaque plantę, selectiores partes radices erunt, & earum cortices: quibus habitis erit nobis eligendum colore non nimis candidum, friabile, ita ut con- fractis suis, puluerem emittere videar, carnosum etiā, & modice ex-

tentum, tenuem habens medullam, necnon & acutum non nimis saporem & feruentem cuius radice optime sunt, tenuissime, et brebes, ac veluti decurtatæ, testante Plinio, quæ demum radices, de antiquitate plusquam nigri radices patiuntur, docente Mesue.

κασις lat. cassia lignea seu fulba, & vulgo canela dicitur: quę nimis si simplici. s. vel duplici scribenda fuerit, parum interest dummodo eius rationem integram per penderimus, veruntamen quia monachi illi supra Mesues cęsuras cum de hac re determinarunt, cassiam simplici. s. conscribendam esse dixerunt, & non duplici, etiam si male, & sine iure quidem, quod utique si codicem Græcum legerint, & intellexerint, minime quidem id approuarint, siquidem in testu græco, qui latini est origo, duplici. s. scripta cassia reperitur: vnde constat, quod cassia duplici. s. conscribenda est, & non simplici: quę igitur eligenda erit, colore scilicet ruffa, coralum emulans, rosę vero odorem habens vinum quoque redolens ac gustu denique dulcis mordens: videlicet & cum aliquantulo feruore astringens, per quam angusta etiam, necnon & longa, ac denique crassa, & fistulosa, quę igitur si hisce conditionibus prædita fuerit, possemus utique cinamomi vice eadem uti, docente Galeno, necnon & dioscoride lib. 1. cap. 12. cuius verba sunt. ea duplo pondere medicamentis cinamomi vicem supplet, si ipsum desit. Nam eosdem effectus præbet ad plurima perquam utilis, docete eodem Galeno lib. 8. de comp. phar. per loc. cap. 7. vnde manifeste sequitur

93

Notater supra me su. cęsuras monachi.

Li. 1. dean tid. c. 28.

quitur quod cinamomi loco, optima fulua cassia vti possemus, postquam vero cinamomo caremus, ideoque pro vtraque parte necessu fuisse arbitror, huiuscemodi doctrinam exposuisse.

94 **Lignum aloes quid.** Agallochum alias lignum aloes dictum, lignum est ex India, aut Arabia comportatum, idque eligendum nobis erit, sua maculatum substantia, hoc est varium colore, sapore vero astringens quadam tamen cum amaritudine, quod vtiq. cute verius quam cortice vestitur, debet vtiq. ignitis appposito, sulphuratum ex se spirare, sicut & thus, & liquefieri, etiam licet tardius, siquidem densiorem continuerit materiam ideoque bene quidem prothure in suphimentis substitui posset docente Dioscoride, quod denique cum primum supra aquam injectum fuerit, subsidere debet, & builas supra se edere, si optimum omnino nobis intelligendum est.

95 **Electio.** Calamus odoratus siue aromaticus, in India nascitur, qui vtiq. eligendus est colore fulvus geniculatus dense, & quia fulose trahitur plena etiam araneorum fistula, albicans, in mandendo lentus, atque astringens, amarus denique, quadam tamen cum acrimonia, vnde sequitur quod ille quo pharmacopei hodie vtuntur, minime verus calamus odoratus fuerit, etiam si proximus in facultate consistere videatur.

96 **Nardus** siue nardus, aut nardi spica, vel indica, atque denique aromatica, dicitur, sed miror quidem iure meo, quod huiuscemodi nardus, a multis spica nuncupetur, & ex Dioscoride maxime, siquidem radicem

eam Galen. censuit lib. i. de antid. cap. 29. cuius vtiq. sententiam, Paulus e Gincta insequitur, veruntamen propter eius figuram credo quamcum spicis habet eam spicum dictam fuisse, non enim quod spicare vera fuerit, docente Galeno possemus ergo ex galeni mente, colligere quod nardus, radix sicuti, & spica dici possit siquidem radix potius, quam spica ex eo censetur, quibus prelibatis, huiuscemodi nardus erit ne radix an spica nobis dicenda, pro cuius itaque rei exacta intelligentia, aduertendum consulor ne circa tantos viros controuersia vlla fuerit, quod huiuscemodi plantę partes quę vsui medico habentur tres sunt, radix scilicet: folium & spica, ex quibus nulla inter eos remanebit controuersia dicentibus nobis, apud Galenum esse comportatam radicem & minime spicam, aut si forte spicam, tunc vtiq. de radice intellexerit, & hac ratione assignari posset, inter tantos controuersia viros, cuius vtiq. nardi duo existunt genera indicum scilicet, & Sirium non enim indicum aut Sirium dictum est, quia in india, aut Siria nascitur, sed quoniam mos ille in quo nardus gignitur quadam habet partem ad indos inclinante, quandam vero ad Sirios: vnde nardus ea quę parte gignitur ad indos inclinata, indica nobis appellanda est, illa vero quę ad Sirios siriacam, quę vtiq. planta, docente Plinio lib. 12. cap. 12. non enim herba sicuti neq. & arbor est, sed fructex grauem & crassam radicem gerens, existit, licet breuis, & nigra fragilis etiam atque pinguis, ea fuerit considerandum tamen est, quod ex siriacam

fit ne nardus spica radice dicenda.
duplex nardi genera.
Indicum & sirium quę radiceatur
Nardus quid ex Plinius.

riaca, aut indica nardo: siriacam nobis prestantior iudicatur, docente Plinio, & Dioscoride: idque manifestum est siquidem ex ea electione tantum fecit: etiam si indica siriacam ipsa valentior, docente Galeno fuerit, cuius etiam sententiam Paulus lib. 7. insequitur: quare eligenda nobis benit, recens vrbis etiam & leuis, atque comata satis, colore flabradmodum odorata: ita diu in sui odoris gratia permaneat, acciperundenique redolens sapore denique amaract linguam exsiccans extimanda est, si in sui vltima perfectione, eam iudicare tenemur.

97 **Nardus** celtica, alias spica celtica dicitur: quę nimirum ex Galeno, & Paulo e Gine. Gallia nardus appellatur, licet aliquibus Romanam spica dicatur, quę enim quouis modo appelletur, priori nardo nempe est debilior, docente Paulo lib. 7. ideoque de ea secundo seu de inefficaciori differendum censui: quę denique eligenda erit, recens valde iocundumque habens odorem coherens etiam atque plena & minime fragilis.

98 **Motana** siue orca nardus aliquibus vero thylacitis, & niris nominatur: quę licet ad eadem adq. celtica efficax docente Dioscoride fuerit sicuti & nardus, celtica quoque debilior iudicatur, docente Galeno lib. 8. de simpl. medi. fac. cap. 3. necno & Paulo: in Cilicia & Siria adiuuenitur: hęc enim dicente Dioscoride neque florem, neque carnem, sicuti & neque fructum gerit: defert tamen nigram & odoratam radicem qualie hastula regia quę denique regia hastula Hispaniam dicitur.

Lib. 8. de sim. medi. fac. cap. 1.
Electio.
Siriaca prestantior est indi ca ex Dioscoride uero ualentior siriacam ex Gal.
Nardus spica nobilior celtica est.
Electio.
Nardus siue Motana siue orca nardus aliquibus vero thylacitis, & niris nominatur: quę licet ad eadem adq. celtica efficax docente Dioscoride fuerit sicuti & nardus, celtica quoque debilior iudicatur, docente Galeno lib. 8. de simpl. medi. fac. cap. 3. necno & Paulo: in Cilicia & Siria adiuuenitur: hęc enim dicente Dioscoride neque florem, neque carnem, sicuti & neque fructum gerit: defert tamen nigram & odoratam radicem qualie hastula regia quę denique regia hastula Hispaniam dicitur.

Odoratus iuncus, alias schinatum dicitur in Africa, & Arabia nascitur: licet laudatissimus ex nauathea comportetur: pessimus vero ex Africa cuius itaque plantę, tres vsui medico habentur partes, flores scilicet culmi & radices, quibus prelibatis huiuscemodi schinatos: siue odoratus iuncus colore ruffus eligendus est, mordax vero gustui recens etiam floribusque refertis tenuis, fragmentis rubentibus, quem namque si manibus fricauerimus rosę odorem emittere debet, si optimus nobis extimadus est.

Cyperus quem aliqui erysis ceptrum vt aspalatum appellat, qui nimirum auellanada iunctia vulgo dicitur, nascitur vtiq. in lacu nosis palustribus & cultis etiam, cuius ergo plantę, in re medica radice tantum est vsus, ideoque eligenda ea nobis erit, magnitudine olis oleę, ponderosa substantia vero exquisite densa, fractu contumax, plena, & aspera odoris iocundi prædita, necnon & sub nigri coloris.

Crocus pro medendi ratione eligendus est, coryceus recens coloris boni, admodum videlicet flauus, licet in capreolo candidi modicum gerentis, integer etiam extimadus est, plenus & sub acutus, nequaquam infragilis quod enim si manibus malefactum fuerit, easdem inficere tenetur, situm quoque nec spiret, aut cariem sentiat, est necessarium vt optimus nobis habeatur.

Ambra vtiq. aromatica, alias Aromatiambar dicitur, de qua antiquiores nostri presertim Greci, nullibi determinarunt, quid sit non facile quispiam extricauit, siquidem de hac

99
Electio.
100
Electio.
101
Electio.
102
ca Ambra quid.
re

Lib. 2. c. 36. re varię admodum ac diuerse sunt opiniones, vnde est Auicena dicēs: fontis esse in mari manationem, Serapio tamen nobilis autor, nasci affirmat in maris fundo, sicuti in terra fungus, ortulus item sanitatis. tract. de herb. & gent. Fulg. supra expositionem secundi canonis Auicena, aliorū testimonio, cetacci spermam esse dicunt, piscis nempe aut fructum cuiusdam arboris, in mari fundo nascentis, vel gummi siue cuiusdam piscis iecur, aut denique maris spumam, quibus prelibatis, idem. Fulg. proprio iure in terra ambram adinueniri affirmant, sanitatis vero hortulus eandem cū serapione tenet sententiā sed si forte quispiam serapionis, & hortulus sanitatis sententiā, defendere molliatur, objectionem hanc opponere tenetur, scilicet, dicendo, quo igitur pacto ambra ipsa comportari poterit: si in maris fundo sicuti in terra fungus adinuenitur: nemo sane quantum coniector: erit qui attingere eam vsque locum posset, eius ambre extractionis gratia, qua ergo ratione nobis manifestetur, etiā si illa in parte producatur, ex hortulo sanitatis petenda erit tracta, de herb. cap. 20. vbi inquit, vt quotiescunque mare ipsum turbationem suscipit ab eius fundo magnos lapides eijcit: cum quibus vti que magna ambre frustra super inijcit, qua igitur methodo poterit etiam si nullus vsque in illam partem attingerit nobis ambra manifestari, quibus expositis, quidquid ea fuerit, siquidem in vsui medico multoties, nō modicum iubat eius expeditā electionē apponere cura. Eligenda nobis erit raram & le-

uem substantiam habens: colorem vero fuscum, aut saltem cinericium aut citrinum ea vero quę album siue nigrum gererit colorem, omnino non est bona quę etiam seucera digitorum præssu comasarit certe sophisticata existit, docente hortulo sanitatis tenetur vtique suauissimum habere odorem in multus tēpus durantem, si in sui vltima perfectione extimanda est.

De moscho odorifero antiqui, Hippocrates, nempe Dioscorides, Galenus, & Plinius: nusquam alicubi considerarunt vti ex eorum sermonibus constat, Aetius tamen sermo. 16. cap. 113. & Paulus, de eo existimarunt, licet quid fuerit nondū explicuisse videntur, pat vero sciendum est an moschus vel muschus: dicendus sit, siquidem barbaram sectantes medicinam eum muscū appellitant, vnde or itaque mihi nos Aetium & Paulum imitare, quā græci animal hoc, ex quo moschus excerpitur vitulorum colorem cōtinere, declararunt: quos quidem vitulos græci ipsi *μύσχος*, hoc est moschos, appellarunt, vnde multum moschum appellare determinarunt & nō muscum, de musco enim qui græcis *βούον* dicitur dissertatur, a Diostoride vtique lib. 1. cap. 20. & de musco marino. lib. 4. cap. 99. quod que determinat, vtique, enim a moscho odorato longe admodum ab sunt ideoque moschus vera appellitandus est, non muscus. Quibus habitis est moschus docente Auicena animalis quidam folliculus, sicut gazeti nisi quia duos habet albos dentes, ad interiora flexos sicut duo cōstruā, de quo meminit etiam Auicenas ipse de viribus cordis

Electio.

103

Moschus
uesandus
est muschus
Li. 2. tra.
2. c. 464.
Muschus
quid.

Moschus
quo pacto
fit.

dis libello. tract. i. Petrus autem apponens, ex gazelis ipsis moschum progigni affirmat. Brasabul' ideo suo syroporum examine dicit, moschum esse, superfluum gazeli animalis sanguinem, qui quidem moschas circa vmbilici partes colligitur, vbi quidam fit abcessus. Vnde primo quidem sanguis illinc collectus, fetens est, & tandem maturefcit, vsquequo in supurationem peruenit, quo quidem sanguine supurato, magis ac magis cōtinuo odorem acquirit, & ruc moschus factus est, & est vtique, considerandum quod eiusmodi animalia, tali naturali inclinatione dotantur, vt quotiescunque abcessus supurationem persenserint, conantur vtique, tunc lapidibus aut arboribus eiusmodi superatū abcessum confricare, vsque, dum durā ipsorum pelē extenuarint ex qua vtique, extenuata, eius ruptionis causa pus exit odoratum valde moschus dictum, quod tandem pus, ab hisce animantibus, illis lapidibus aut arboribus demissum, in colle colligunt, & tandem eis reseruetur, & hac ratione ad nos vsque, moschus cōportatur. Alij autem sunt affirmantes, quod huiuscemodi pus moschus dictum, ex eisdem animalibus producitur, per viam tamen crisis, dicunt vtique quod animalia eadem, minime diu viuere possent, si prædicto modo moschus conflaretur, & sic fortasse verus periret moschus, siquidem animalia ex quibus producitur, obuissent mortem. Veruntamen huiuscemodi sententię minime ad stipulor, etiam si concedam per viam crisis produci posse, perire tamen ex necessitate eiusmodi animalia ob

prædictum abcessum sine iure quidem dictum est, namque multoties in animantibus non pauci sunt abcessus, & tandem sanescunt, quibus habitis, intelligendum est, quod huiuscemodi animalia, e quibus moschus producitur, in Africa potissimum gignuntur, aut in Aegypto. eligendus denique moschus erit substantiam habens minutis glubulis prædictam, & liquefcentem si præssu digitorum tractauerit, colorem etiam sub flauum & nigricantem habere tenetur, pondus vero leue, & quāto vtique leuior fuerit tanto enim melior extimandus erit, flagrantiam denique contineat est necessarium, si in sui vltima perfectione extimandus est, quibus itaque conditionibus moschus conflatur, docente Auicena cerebrum & cor confortat, cordis tremorē sanat, necnō & melancholiā, sollicitudine productam, est denique venenorū theriaca, & theriacalium nobilior contra napelū.

Mel diuersis locis adinuenitur, aliud vtique, in regione Attica, aliud vero Cicladibus insulis, & in Sicilia, e quibus elegantior locus, Attica regio existit, licet multis Hispaniæ partibus hodie selectissimū ad inuenitur vt cumque igitur cōportatum fuerit, hisce cōditionibus laudandum erit, scilicet vt substantia purum sit, sapore nimis dulci quodammodo acre, odorantiū, album colorem ostendens, aut sub flauum, in totum lucidum, nō humectum, graue potius, ac coherens, & minime flurū, & quod obsequacē letorem haud facile abrūpitur, nobis cēsendū est, idque, tractū resilit in digitos. *Σακχαρόν*, hoc est saccharū melis est

Electio.

104

Electio.

Q species

Lib. 7. de species, autore Dioscoride lib. 2. ca. 10. necnon & Plinio, atque Gale no, quod itaque saccharum sequen tibus conditionibus eligendum est, substatia scilicet durum, sapore ve ro dulcissimum, colorem autem in morem niuis candidum ostendens & scintillans, pondere enim leue ob siccitatem suam & imperfectam ra ritatem sit, est necessarium si opti

Antiquo- rum & no- stru saccha- ru quara- tiõe diffe- rentia sint

mum habendum est, considerandú tamen est, quod antiquorú saccha- rum, & id, quo in presentiarum uti mur: hac ratione differentia sunt, videlicet quod antiquorum saccha- rum supra canas, uti ex eorum do- ctrina cõstat, concrefcit, nostrum vero saccharum ipsarum canarum expressione conficitur, vnde con- stat, p nostrum saccharum cum an- tiorum prædicto, materia non dif- ferunt sed fabricandi tantum me- thodo, siquidem antiquorú saccha- rum solis facultate cõficitur, cuius ratione extra canas ducitur, postea que in falsis modum conglobatur, testante Dioscoride, nostrum vero expressione tantum sit, non resuda- tione ut constat.

Haftenus utique de simplicium medicamentorum delecto, quæ par- te plurima vsui medico habentur, nostra fuit dissertatio, de quibus v-

tique eleganter admodum Diofco- rides, de stirpiu natura facile prin- cept quãuis obscure extricabit, & merito quidem mihi princeps ap- pellatur: siquidem Galenus prædi- cto negotio, summis ad sidera lau- dibus eum euoxit, dicens ad anaza- rabensis Dioscoridis libris quinq; materiam omnem vtile absoluit, non herbarum tantum sed & arborum fructicum, succorum, & liquo- rú, insuperet metalla omnia, ac ani- mantium partes, & mihi utique vi- detur inquit Galenus, omnium per- fectissime tractatum, de medicamé- torum materia confecisse, nõ licet ab omnibus, eo plurima de illis be- ne scripta fuerint, tamen à nemine omnium æque de omnibus. Iure er- go optimo huiusce rei Dioscorid. princeps appellandus est, neque e- nim obstat etiam si Galen. Diosco- ridem taxare videar. lib. 2. de sim- pharmacorum, viribus, siquidem id tantum intelligendum est, circa græcarum vocum exactam si- gnificationem, quam utique in in- tegrum minime percaluisse affir- mat. Et hæc pro exacta simplicium medi. electione interpretanda di- cta sufficient.


Lib. 11. de sim. me. fa- cul. c. 4. et li. 6. prob. Laudatur ex Gale. Dioscori.

Diosc. de stirpium nat. prin- cept voca- dus est.

Quæ rati- one notat ex Gale. Dioscori.

Finis quinti libri.

ANTO



ANTONII AB AGVILERA

IN MEDICA FACVLTATE DOCTORIS de reponendi exacta medicamenta ratione.

Liber sextus.

De congruo, & conuenienti loco, in quo apoteca collocanda est. Caput primum.

Haftenus de medicamentorum scitu digna electione pro viribus contractauimus, in presentia vero de eorum repositionis doctrina, merito differendum sequitur, post eorum siquidem integram electionem, congrua & oportuna loca, in quibus ipsa electa medicamé- ta reponenda fuerint, quærere est necessarium vnde post prædictam electionem eorum medicamento- rum opere præteritum duxi ipsorum integram repositionem assignare, & iure quidem optimo, namque etiam si ipsa medicamenta electa nobis collecta fuerint, nisi cõgruis ac oportunis locis reponantur, quam facile degenerabunt, & minus viribus valere dicentur, com- medat utique maxime Nicolaus suo antidotario medicamentorum debitam repositionem, eorum con- seruationis gratia, necnon etiam

& Nicolaus Præpositus: verunta- men priusquam de horum medica- mentorum repositionis doctrina verba facere determinarem, in quo loco apoteca collocanda fuerit, cõ- siderandum censui, postquam in ea medicamenta omnia, suæ conserua- tionis & repositionis gratia appo- nenda atque referuanda sunt, ideo que primum quid apoteca fuerit, declarandum mihi videor. Apote- ca igitur pharmacopolium est, in quo multa diuersarum intentio- num, & varia pro diuersis mor- bis medendis, à pharmacois pa- rata adseruantur: consideratione autem dignum puto, locum con- gruum atque opportunum quære- re, in quo pharmacopolium reponendum sit, locus ideo cõdecens & proprius, in quo pharmacopolium collocandum est, ut in eo medicamé- ta reponantur ac conseruentur, à ventis & sole alienus esse debet, necnõ & minime fumosus aut pul- uerulentus. Q 2 ueru-

Apotecã quid.

pharmacopolium in quo loco collocãdũ.

uerulentus, vel aptus paucō vento aut puluere repleti, nec calidus, nec frigidus, humidusue, neque siccus: supramodum fuerit est necessariū, neque etiam subterraneus, testante Galeno lib. 3. de comp. med. secundum genera. cap. 3. hæc sane omnia simul & seorsum etiam medicamēta ipsa alterare ac corrumpere valent, qua ergo ratione, haud exigua diligentia huiuscemodi locus attendendus & considerandus nobis erit, ut itaque debite & ut expedit in eo medicamenta reponantur, narrat utique Arnaldus de Villanoua antid. suo quod ptisana quæ prius assumēti auxilium præstabat, postea cum summe vexabat, ea nempe ratione quia ex ordeo confecta erat, in loco subterraneo reposito, præhumido etiam atque cōcluso vnde sequitur quod maxime errare videtur illi, qui frumentum aut ordeum adseruare in Siriis seu scrobibus molliuntur, siquidem eiusmodi locus subterraneus est, præ humidusue atque conclusus, quare & incongruus atq. indebitus, aduerte ergo quantum confert huiuscemodi locum considerasse, quandoquidem loci ratione, in quo medicamenta reponenda veniunt, bona vel mala medicamentorum resultat operatio.



E fructicosis reponendis, herbis, primum differendum est, ideoque fructicosæ herbe, in predicto loco cōgenis ac oportunis scriniis aut fistilibus vasis reponendæ sunt, seu in congruo & oportuno loco, ut earum virtus probe conferuetur, prius tamen quam tali loco reponantur, considerandū est, quod ex arte mundificari debent, & si necessarium fuerit, à sordibus lauari, & tandem singulis manipulis, seu fasciculis, filo quodam à ligatis pensilis, in loco videlicet ventoso modice, ac vmbatili siccati tenentur, ita ut solis tantum splendor, ipsas attingeret herbas, ut solum earum humiditas superfluapaulatim resoluatur, namq; nisi prius hac methodo sicarentur, in scriniis vbi repositæ fuerint, earū humiditatis ratione, quæ facile corruptionem adquisierint, & tandem nec vsui medico admistranda erūt. est enim humiditas corruptionis proxima causa, merito ergo, priusquam huiuscemodi herba, scriniis suis reponantur, ex arte siccandæ sunt, & postea pergamenis cartis inuoluendæ, & tandem fortiter filo quoddam a ligandæ, ne puluis aut aliquid aliud, quod res corrumpere valet, corruptionem imprimerit. monet nos ideo Gale.

Fructico-
se herbe
quomodo
siccandæ

diuinus (li. 3. de comp. med. 2. genera. 3. cap) quod predicta omnia medicinæ studiosis, magnopere animaduertenda sunt, siquidem vsui medico in tantum iubant, Ut itaque, flores priusquam in sui debito ac congruo loco reponantur, suæ videlicet conseruationis gratia, sequenti methodo tenentur

De herbarum, fructicarum, florumue, & seminum, atque foliorum, necnon & fructuum, repositionis doctrina. Cap. 2.

siccandæ erunt, ideoque primum, suis immunditiis mundari tenentur, & postea, eadem qua colliguntur die soli moderato expendi, pluries videlicet nos eas ob voluendo ne mucis ratione, situs in eis insiderit, & cum iam marcesserint eorum exsiccatio, in ventoso moderate loco, atque vmbatili earum exsiccatio finienda erit: quæ sane doctrina ex Dioscoride colligitur. li. 1. cap. 13. vbi inquit: Siccantur rosarum folia, cōtinuo nempe versata: ne muceant neue in iis situs infideat, rosa utique vere est flos sicut buglosi & vorraginis sunt, violæ etiam nimphææ necnon & rosæ marinis suis in scriniis aut vasis fistilibus à puluere, & à quapiam alia re bene mundatis reponantur, est necessarium: in quibus utique vasis eiusmodi flores comprimentes sunt: aut in fasculis bene quoque compressæ apponendæ ne earum virtus, exolubilis facile in papos resoluatur: virtus utique florum vigorosior, hac ratione euadit, siquidem earum virtus ea ratione, minime resoluta erit, quibus itaque peractis eiusmodi scrinia siue vasa in quibus eiusmodi flores reponendæ sunt, bene obturari debent maioris conseruationis gratia quæ sane doctrina nobis admodum erit obseruanda siquidem eam ex diuino Hippocrate nos elaboratam habemus suarum epistolarum. 15. Semina utique ante aquam suo conseruatrice loco apponantur, hac ratione paranda sunt. Primum enim debitis collectis temporibus, & omnibus immunditiis suis probe repurgatis, hac methodo siccata veniunt, ideoque primum ad so-

Flores ex
siccandime
thodus.

In episto.
15. ad cra
teuam.

Semina
quomodo
siccanda
sunt.

lem ponenda sunt, diluculo videlicet & vespere minime vero meridie propter solis resolutoriam facultatem scilicet per trium dierum spatium, plus tamen & minus, quando autem eiusmodi temporis intervallo finierit, eorum exsiccationis modus vmbatili moderate loco, atque ventoso, finiendus erit quam sane doctrinam ex Albucafi colligimus cap. de modo extrahendi medulas à seminibus. Considerandum tamen est, quod si forte ad seminum exsiccationem sol defuerit, & non splendescat, ac subito eorum exsiccatio nobis necessaria fuerit, semina tunc ipsa ad lectum ignem recte exsiccari possent quodammodo tamen à longe, ne ignis facultas seminum virtutem & facultatem resoluert, quibus intellectis postquam iam semina exsiccata fuerint, maioris conseruationis gratia, suis linteis fasculis aut coriaceis, bene eligata, prius manibus confricata & bene mundata docente Nicolao Præposito reponenda debito ac oportuno loco sunt: tandem vero terreis vitreatis probe obturatis vasis reponantur expedit, ut in sui vltima conseruatione per integrum suæ durationis tempus perdurent, quæ denique doctrina Hippoc. testimonijs necnō & Galeni excerpta est, ideoque nobis considerata erit.

Herbarum arboremue, & fructicum folia eodem utique modo, sicut & semina siccata sunt priusquam in congruo ac oportuno loco reponantur, quæ denique vbi ex arte siccata fuerint, bene mundata maioris conseruationis gratia, pergamenis cartis inuoluenda sunt,

Nota loco solis ignem
vtiliter ad d. d. d. d. d. d.

Li. i. c. 8.

ibique filo quodam comprimenda & tandem in suis vasis bene obturatis reponenda sunt, sicut & fructuosa herbæ.

Fructus denique eodem modo sicut & semina siccandi sunt, ut in sui cōseruatione permanserint, qui denique fructus ut vber, passæ, prunæ, dactili, zzyza, hoc est iuiuæ, mixæ, id est sebestem, cassia fistularis, tamarindi, & reliqui, prius debito modo ut dictum est, præparati congeneris ac oportunitis locis reponantur expedit in vasis bene mundatis, nec non & obturatis terreis nempe vitreatis: considerandum tamen est, quod cassia fistularis nigra arenoso loco natura vel arte fabricato, reponenda est, ibique adseruanda non tamen supra eam neque loco in quo reponenda est, aquam rorare oportet ut nostri temporis pharmacopeorum non pauci hodie faciunt, quoniam eius humiditatis ratione, facile eiusmodi cassia fistularis nigra muscit, & corruptionem acquirit: unde gustui acida fiet, ea namque corrupta, non tantum verum etiam quod volucris medicamentorum nequaquam ea ratione ægrotantibus administrandum erit, dictum iam sepe à me est, nisi medicamenta electa fuerint, quod in antidotis nigrei non debent, nec ex eis antidota parari medicamentorum enim compositionum virtus, (docente diuino Galeno) ex simplicium vigore confurgit, ergo si quispiam forte antidotum parauerit, pro corpore humano medendo, oportet utique, ut ex electis componatur, ut virtus compositi medicamenti, perfectare sultet, manifestissimum uti-

Aduerte

Cassia fistularis nigra arenoso loco adseruanda est extra ac humiditatem.

Li. 1. 8. an
tidotis ca.
15.

que est, quod si simplicium medicam. vigor, perfectus fuerit, ut eorum ex arte compositio perfecta erit unde & eius antidoti integra operatio, si vero medicamenta simplicia, inelecta fuerint, resultat utique & eorum imperfecta compositio, unde & minime pro mendendis humanis corporibus obnoxia: sequitur ergo, quod medicamentorum compositiones nusquam ex corruptis, & inelectis simplicibus medicamentis fabricandæ sunt, aduerte ergo quantum confert, nec aquam supra cassiam fistularem & arenosum prædictum locum super injicere, postquam huius rei ratione cassia fistularis, corruptio atque putrefactio consequitur, tantum enim eiusmodi locus arenosus simpliciter, fuerit oportet, arena namque satis in se frigida est pro cassia nigra cōseruanda ideoque irroratione aquæ non indiget.

De radices, & corti-

ces reponendi ratione.

Cap. 3.

RADICES igitur, priusquam in debito loco reposuerint, suæ cōseruationis gratia, hac ratione siccandæ sunt, ideoque prius debitis, ac oportunitis temporis radicibus collectis, abluendæ sunt, & à terra, & sordibus aliis mundandæ, ut ex Dioscoride & Nicolao præposito, atque Albucasi colligitur, quorum sententia est, quod radices, herbæ & reliquæ, nullatenus exsicari debent, nec in suo debito, reponi loco

loco, quin prius eadem qua colliguntur die, aqua lauentur, usque dum à terra, lutoue, & mundiciis aliis adherentibus ipsis mundentur, etiam si contrariam tenent sententiam Saladinus doctor dicens, radices, folia, & rami, exsicari debent, antea quam cum aqua à terra, & sordibus aliis mundentur, quibus non obstantibus, ipsis iam lautis, & probe mundatis, eadem qua effodiuntur die lauantur & soli exponenda sunt, moderato tamen aut saltem in ventoso loco, multoties tamen easdem in die, reuolendo ne videlicet muceant, & corruptionem adquirant, cum iam, utique nox accesserit, in loco ventoso eius noctis humiditatis ratione reponendæ sunt, mane vero splendente sole iterum sub eius irradiante splendore reponantur est necessarium, sicut & prius, & ita faciendum est, usque quo probe exsiccata fuerint, considerandum tamen est, quod si fortasse dies nebulosa fuerit, ut eiusmodi radices siccantur in cribro ex paleis fabricato, aut supra craticulam tenuibus canis contextam extendendæ sunt, ac deinde supra ignem apponendæ ut itaque ignis eas paleas, aut subtiles canas ascendens radices exsiccat, an inuertendum autem est, quod si forsam, remediorum necessitas subitanæ, & repentinam radicem exsiccationem exposcat, ut hac ratione earum exsiccatio fiet, accipienda ergo erit, patela terrea, & lata ignique apponenda est, ut calefiat qua calefacta ab igne deponatur expedit, & tunc supra eam sic dispositam radices sunt ap-

ponendæ, & tunc eas continuo reuoluere tenemur, ut æqualiter exsiccantur, & quotiescumque iam patela eadem refriguerit, radices ab ea remouendæ sunt, & iterum prædicta patela calefacienda est, prædicto more ac desuper radices reddere tenemur, usque quo idem faciendo radices absque sui detrimento ex arte exsiccata fuerint, notandum autem est, quod radicum quædam sunt magnæ & densiori substantiæ: quædam vero subtilis & rarioris, quarum quædam sunt quæ explendentes sole exsicari debent, & umbratili loco suæ substantiæ ratione: hæc enim sunt, ut radices illæ: quæ raram & subtilem continent substantiam ut sunt maratri radices petroselini assari & consimiles: huiusmodi enim radices, & consimiles aliæ umbratili loco siccari debent, etiam si sole splendescat ne utique harum virtus resoluatur solis nempe facultatis ratione. Ille vero radices quæ densioræ, & maiorem in se contractam substantiam habent, nequaquam debent umbratili loco exsicari quoniam eadem reuera prius putrescerent, eius substantiæ ratione, quam umbratili loco exsicarint, cuiusmodi enim radices sunt, ut vitis albæ, gentianæ, aristolochiæ iridis reo pontici, & mādregoræ, hanc sententiam Dioscor. testimoniis colligim⁹, dicentis quod radices magnæ in partes disectæ, ut perfectius exsiccetur exsiccandæ sunt, Arnald. item Villanou. suo antid. eandem tenens sententiam inquit, radices magnæ & densam habentes substantiam, siccari debito modo debent, si prius frustratim scindantur & si

radices rare & subtilis substantiæ quæ patet siccandæ.

radices magnæ & dense substantiæ quomodo siccandæ

lis & aere sicco separatim suspendātur, vt perfectius atq; ex omni parte harum radicum substantia exsiccentur, aliter namque radices magnæ, & crassæ non vtique possent in integrum suæ crassitudinis ratione exsiccare, ideoque in partes diuisas eas siccare, cōueniens erit, vt ex toto exsiccata remanserint: quibus intellectis remanet radicū exsiccationis methodus perspicua & clara satis, postquam itaque ex arte exsiccata fuerint, debitis, ac opportunis locis reponēda sunt, prius tamen si linteis faculis, aut coriaceis, comolutæ maioris conseruationis gratia fuerint, & tandem in feriniis ex cipreso, vel fraxino fabricatis, docente Isaac, sunt apponēda licet hodie è pino cominiter ferinia parantur, debent vtique; docente Dioscoride, radices non tantum verum etiam reliqua medicamenta repositionis ratione linteis faculis, aut coriaceis, inuolui, ob maiorem sue cōseruationis causam, siquidem semina iubet, ad maiorem cōseruationem in coriaceis faculis reponere, quare nos huiusmodi doctrinam tanquam selectiorem, insequi tenemur, quadam tamen cum distinctione, videlicet quòd medicamenta ea, quæ in faculis coriaceis reponenda sint, reponantur, quæ vero in linteis eisdem inuoluantur, & quæ demum in pergamenis carthis eisdem etiam vt expedit fiat rhabbarum quando quidem radix sit, conseruandum ac reponendum est, linteo quodam cera & termentina commixto inuolutum, docente Arnaldo Villano uano necnon & Mesue suo de simplicibus. cap. proprio.

De radicū autem corticibus, superest exarandum, quibus itaque prius lauatis, & à terra lutoue, & puluere probe expurgatis, eodē modo quo radices exsiccatae sunt, docente Nicolao præposito, qua ergo ratione, & consimili methodo, in debito ac oportuno loco eas reponendas cenfeo, & ob id de earū doctrina mihi non amplius.

De succorum & in-

fusionum repositione.

Caput. 4.



VCCI enim infusiones, & instillatæ aquæ, de cocti, debitis ac opportunis temporibus extractis vasis vitreis, docente Hippocrate in epistolis, epistola ea cui titulus est Hippocrates crateus gaudium, reponenda sunt, aut saltim in terreis vitreatis reponantur erit necessariū, seu in locis cōgruis, ac opportunis & propriis vt ex aliorum multorum doctrina cōstat. Est enim locus proprius, & opportunus rei conseruandæ conseruatibus docente Philosopho (quem Aristotelem intelligo) li. 4. de phisic. auscult. quare omnia hæc in propriis ac sibi maxime familiaribus locis reponenda sunt, vt in sui vltima perfectione reposuerint, modū autem extrahendi succus, aut infusiones & reliqua, præsentis nō est speculationis idque pharmacopeis relinquitur, & ob id de eis non amplius.

De simplicia, medi.

aromata, reponēdi doctrina.

Cap. 5.



Aromatizatio quid

Xposuimus hætenus, in communi, quo pacto simplicia med. referuanda fuerint, nunc vero distinctionis gratia exarandum superest, vbi aromatica simplicia reponenda sint, è quibus conditura seu aromatizatio confurgit. Est vtique aromatizatio, si eius quid est, integre perpenderit, rei quam cōdicimus odorem præstare, præstatur vtique aromaticis simplicibus fragantia, non modica, compositioni aromatizandæ, vt cōstat de galia & alijs moschata & cōsimilibus: quibus intellectis, simplicium medicinalium, aromatica, vt sunt cassialigna fulba, gariophilus macer, nux moschata, spica, schinōs, calamus odoratus zinziber, agallochum, & reliqua hæc similia, hæc vtique si quidē virtutem habent, facile resolubile (docente Gal. lib. 6. de comp. phar. per loc. cap. 3.) haud exigua cura in lini pectis, prius tamen pergamenis cartis inuolutis, inuolueda sunt vt itaque eorum virtus perfectius conseruetur, & tandem suis in scrijnijs limpidis, & bene obturatis reponenda erunt, & hac methodo ex arte in pharmacopolis adseruanda sunt.

An diuersa simplicia

medicamenta simul referuanda fuerint, Cap. 6.



Superioribus in vniuersum de simplicium medicinalium repositione præstringimus, in præsentia vero, pro huiusmodi doctrinæ complemento exarandū superest, quod simplicia

diuersarum temperaturarum medicamenta associata simul reponēda ac referuanda non sunt, ita quidem vt proxima & cōtigua inter se fuerint: medicamenta namque natura frigida vt sunt rosæ & violæ. &c. si cum calidis admisceantur, suæ repositionis & cōseruationis gratia, vt sunt, rutha, castorium, assa fætida, & consimilia, acquirere, vt dicentur in temperiem calidam, aut saltim non paucam sui temperamenti remissionem, per impressionem nempe quæ diurna calidiorum vicinitate adquisierunt. consimili ergo ratione intelligendum est, quod si medicamenta calida, qualia sunt ambra, moschus, galia, moschata, alephangina, & alijs, frigidis associantur, vt sunt opiū, hiosciamus, mandragorā, & reliqua, reuera dicentur frigidam temperaturam eorum diurna vicinitate acquirere, aut saltim eius temperiei & naturæ remissionem non paucam, vnde animaduertendum etiam est, quod medicamenta aromatica, minime fætidis associanda sunt suæ repositionis gratia, ne videlicet eorū suauissimum odorem permutarint, & alienū tādē acquirant: si nāq; ambra, aut moschus cū assa fætida, aut castorio, repositionis gratia associarint, reuera eorum suauissimus odor & natura etiam permutabitur, quam sane doctrinam ex Auicennæ testimonijs collegimus (lib. 2 tract. 1. cap. 5. ideoque huiusmodi doctrina, seu utilis & nobis necessaria maxime adseruanda erit, quibus intellectis dubium quoddam diluendum mihi videor, videlicet an calida calidis, & frigida cum frigidis, repositionis gratia adseruan-

Dubium.

da simul fuerint, & videtur quod sic, quando quidem eorum temperamentum permutare non possit, si natura namque frigida sint medicamenta, non possent temperiem calidam inducere, sicuti si calida fuerint, neque frigidam, vnde videtur quod eiusmodi medicamēta simul reponi atq; adseruari possunt, pro cuius rei maiori declaratione, quaedam distinctione pro huiuscemodi dubio diluendo, vti erit necessariū, scilicet aut medicamenta frigida, vel calida, contrarias habent temperies aut diuersos ordines, an non si itaq; medicamentorum quaedam calida vel frigida adinueniantur, æquis videlicet ordinibus & consimilibus temperaturis, ita vt detur medicamentum frigidum, & humidum secundo ordine, & alterū quod huiuscemodi vtiq; medicamenta, si simul reposuerint, atque adseruarint, nil hercule obstabit, & idem etiam de calidis intelligendum erit: attamen si in modo temperamenti differūt. ita vt detur medicamentum frigidum & humidū, ordine secundo: & alterum frigidum & siccum tertio vel 4. huiuscemodi vtiq; medicamēta. simul adseruanda esse non cōsulor, neq; etiam si gradibus conuenirent, dummodo in tēperaturis discreparint, & hac igitur distinctionis methodo, præpositum dubium diluendum erit, ex quibus colligitur, quod tutius ac perfectius est, vt singula medicamenta seorsum suis debitis, ac congruis locis, debita methodo referuentur, nisi maioris conseruationis, vel vigorationis medicamento gratia, aut alicuius denique medici intentionis, aliquando simul

medicamenta associarint: hac nāq; ratione possunt diuersa medicamēta simul associari suæ repositionis gratia miscemus, ideo camphoram siue caphuram, pulicari herba suæ conseruationis gratia miscemus etiam turbith cum zinziuere, vt turbith vigorosius reddatur, & eadem ratione cum rhabarbaro miscemus spicam, aut schenum, idque dicendum erit de epithimo, quod etiam si tardam efficiat operationem, si ipsi parum piperis admisceatur, vigorosius redderetur, & tandem velociorem habebit operationē, quarum ergo ratione possunt & bene huiuscemodi medicamenta simul associari absque vlla controuersia, quæ quidem sane omnia medicinarū studiosis, summe perpendenda erunt: si quidem non modicum pro ægotantium vtilitate conferunt, studiosis vtiq; medicis summa cura ea quæ ægotantibus conueniunt, cōsiderare tenentur, si quidem ipsi conātur aut sanitatem cōseruare, aut ipsam deperditā si possibile fuerit recuperare: igitur vt deperdita sanitas recuperetur, ea quæ ægotantibus conueniunt, summe à medicis consideranda erunt.

De syropos & rob,

atque electaria omnia reponendi ratione. Cap. 7.

Hactenus de simplicium med. repositione, pro virili nostra exposuimus, in præsentia vero de illis quæ ex ipsis simplicibus resultant, quæ composita ideo vocantur, quatenus ad eorum repositionē attinent

attinent verba facere reor: ideoq; à syr opis exordium summemus. Si ropi igitur in vitreis vasis tantum (docente Hippo. in epistolis) reponendi sunt, cuius verba sunt, omnia sane medicamenta quæ succi & liquores fluidi sunt, in vitreis vasis ferantur est necessarium: quæ vero folia, aut flores, aut radices sunt, in fictilibus nobis probe obturatis: vt ne ventis perflata, medicamenti vigorem, velut in animi deliquium collapsa amittant: ex quibus vtiq; recte intuenti fiet perspicuum satis id quod obseruandum est circa medicamentorum repositionem. Possunt autem huiuscemodi Syropi & reliqua, in terreis vitreatis vasis, aureis, argenteisue aut stanneis minime adulteratis, vel corneis, iure optimo referuari, vti ex Dioscori. doctrina, atque Galen. Mesues etiā, necnon & Arnal. de Villano. colligitur: quorum omnium nostri tēporis pharmacepi circa syroporum repositionem Hipp. doctrinā sequuntur: siquidem vitrea vasa habent, pro adseruandis syropis, etiā si non pauci pharmaceporum fuerint, & præcipue cortesani, qui syropos ipsos moliantur, æreis vasis, Prius tamen stagno illitis referuare, qui tamen nec male faciunt quidem, etiam si Dioscorides, enea tantum vasa apposuerit, pro ocularijs liquidis medicamentis referuandis: merito quidem multa medicamenta eneis simpliciter vasis adseruanda non sunt, siquidem eorum ratione virus & erugo quædam, ipsis adquiritur medicamentis: at vero si enea vasa prius stagno illiniantur, nō adulterato possent vtiq; & recte non pauca medicamenta vt sy-

*Præfatis
li. 1. lib. de
ther. ad-
pif. c. 22.
et li. 1. de
antid. c. 19*

ropi, & reliqua in eis adseruari, si quidē doctrina est sane quam grauissimus Plinius assignat, dicens, stagnum illitum æris vasis, sapore gratiorem facit, & compescit eruginis virus, nimirumq; pondus nō auget: id vtiq; sensibilibiter intelligendū erit. Qua ergo ratione multa prædi. med. huiuscemodi eneis sic dispositis vasis adseruari possent. Vnde etiam sequitur qd medicamenta nullatenus parari debent æreis tantum vasis, videlicet absq; stagni illitione, ne aliquam eruginem acquirere dicantur, quapropter pharmacepis consulor, vt vasa sua, & instrumenta, quæ habent pro parandis syropis, & reliquis medicamentis, stagno illiniantur, alias vtiq; virus & eruginem quædam ab eis vasis adquisierint, vnde & medicamenta in eis parata reprouanda seu imperfecta, & neque ex arte facta erunt. Aduertendum tamen est, ne stannum plumbo adulteratum intelligatur: id vtiq; vitare maxime conuenit, testan. Gal. lib. 1. de antid. cap. 19. vnde cōmodius fuerit syropos non acetosos terreis vitreatis vasis parare.

Rob vtiq; omnia in nouo terreo vase reponenda sunt, vt in sui conseruationis gratia, perdurarint & omne denique acetosum vase, cera & pice linitis reponendum est, docente Arnaldo Villanouano.

Electaria enim atque antidota, vi theriaca antidotum indum maioribus & minoribus, & è prunis, simpl. & solutib. & de succo rosarum, & de psillio. &c. terreis vitreatis vasis bene obturatis reponenda sunt. Considerandum tamen est, quod si electaria aromatica fuerint, vt sunt antidotum

li. 34. c. 17

*Vasa pro
parandis
syropis et
reliq. me-
dic. stano
illinienda
sunt.*

*Stannum
adulterinū
uitandum
maxime
est.*

lotum rosatū Mesues diamoschus d. compositio, de aromatibus, ex illo aloes, testiculorū vulpis ad chermes. &c. vitreis tantum vasis reponēda sunt, docente Mesue, vnde colligitur, q̄ compositiones aromaticæ, vt sunt diamargaritō frīg. triū sandalorum diambra, aromaticum rosaceum, læticia Gal. &c. Quæ denique si in forma puluerum parauerint, vitreis vasis reponēda sunt, prius tamen auri folliculis deauratis, quæ denique vasa bene obtinētur est necessarium, si prius eiusmodi puluerum compositiones in eisdem vasis probe comprimerentur, ne earum virtus exaleatur.

De cōserbas vngue

ta, & pingua, oleaue, atq. pil. compositiones reponendi doctrina.

Cap. 8.



Conserbae autem omnes, vt sunt rosarum, violarum, borraginis, buglosæ, acetosæ herbæ, & capillorum veneris. &c. Hæc enim & consimiles terreis vitreatis vasis adseruandæ sunt, bene tamen obturatis, tamquam in propriis ac maxime sibi familiaribus locis.

Vnguenta vero, necnon & pingua stagnis vaseis reponēda sunt, sed animaduertendum est, quod vnguenta, in quibus acetum, aut pix, vel chiram ingrediuntur, nō sunt prædictis vasis reponenda, docente Dioscoride, & Arnald. sed æreis tantum absq. stagni illinitione.

Olea etiam quæ si antiquorū doctrinam in integrū perpenderit

vnguenta quoque dici possunt, quoniam ipsis sicuti & vnguentis, vntionem præstamus, vitreis vasis strictiorificij bene obturatis reponenda sunt.

Pillul. compositiones reponendæ ac conseruandæ sunt, terreis vitreatis vasis, & minime ligneis, dū modo prius coriaceis linteis conuolutæ fuerint, si namq. pillu. compositiones ligneis vasis reponerentur, forte exsiccationem acquirēt: vnde & eorum substantia dura redderentur, ideoque vt eam suæ conseruationis gratia moderate humidam retinuerunt, terreis vitreatis vasis bene obturatis more prædicto adseruandæ sunt.

De trochiscorū com

positiones, & emplastrorum reponendi ratione. Cap. 9.



Tροχισκοί, id est, pastilorum compositiones, nisi aromatici fuerint, ligneis vasis è buxco fabricatis, reponendi ac referuandi sunt, si autem huiusmodi trochisci aromatici fuerint, vitreis vasis vt superioribus exposuimus, reponendi sunt.

Emplastra vt sunt, diachilō mag. & min. centauream, palmeum &c. ligneis scrinijs prius cartis circumuolutis & bene obturatis reponenda sunt. Considerandum tamen est, quod si huiusmodi emplastra aromatica fuerint, vt stomaticom, & ad matricem. &c. maiori consideratione reponi ac referuari debent, siquidem virtutem habent, facilius resolubilem, ideoq; charteis inuoluta huiusmodi emplastra pergamenis


menis referuanda sunt, rursus filijs fortiter alligata, & inuoluenda, & tandem suis in scrinijs bene obturatis, & mundis referuanda nobis erunt, vt eorum virtus ne velut in animi deliquium exire conspiciatur, quæ namq. emplastra ab epithematibus reuera differētia sunt, docente Auicena, nulla alia de causa, nisi quia emplastra duram designant substantiam. Epithemata vero currentia sunt: quæ vtique multoties antiquorū sermone pro malagmatibus cōfunduntur, quorum est Gal. lib. 2. de comp. pharm. per loc. qui epithemate vsus est, ex recrementis fabricato, quæ expresso irino vnguetō superfunt, & ex peucedano, castorio, necnon et cerato rosaceo, quæ tamen malagmata dicē sunt. ex antiquorum igitur sen-

Fen. 4. primi cap. 18.

tentia, malagma, & epithema, pro eodem confundi tenentur, miror quidem vt quidquid apud nos emplastrum dicitur, dicatur epithema à Gal. vti ex eo lib. 3. de comp. medic. secundum locos constat, vbi ad contusas aures, epithema ex eo fabricatum est, ex amaris amigdalibus & tragacantho, ac visco quercino ex cera denique & galuano, quæ vtique compositio ex arte concinata dicitur apud nos emplastrū. Cornelius tamen celsus strictius huiusmodi rem tetigit, libr. 5. cap. 17. vbi discriminē inter emplastrū & malagma assignat, dicēs malagma magis ex floribus, eorumq; etiā surculis fit, emplastrum vero ex quibusdam magis metallicis, vnde inter emplastrū & malagma, reuera differentia est.

Emplastrū quid

Malagma quid



ANTONII AB ACVILERA

DOCTORIS, MEDICAE ARTIS STUDIOSI
professoris, de medicamentorum exacta durationis doctrina.

Liber septimus.

Quod medicamentorum duratio, maxime nobis
consideranda est. Cap. 1.



POSTquam de medicamentorum repositionis doctrina pro viribus explicuimus, de ipsorum in præsentia duratione contrēctandū iure optimo censeo, siquidē ha-

bita iam repositionis doctrina, consequitur, non minori ratione considerandū, quāto tempore in sui integra atque perfecta duratione perdurare possint: ideoque nūc de medicamentorum durationis doctrina verba facere censui, quæ vtique maxime


maxime nobis consideranda est, quandoquidem medicamentorum non pauca fuerint, quæ si ultra suæ durationis debitum tempus migrarint, nequaquam studiosis medicis administranda erunt, quare & à pharmacopœis æque minus reseruanda, in cuius rei testimonio summo agaricum, quod dum recens est, dicitur veneni repercussiuum, cum vero inueteratum fuerit, sicuti pernitiosum venenum efficitur, vti ex professo lib. 2. exposuimus. aduerte ergo, quantum confert de medicamentorum duratione considerasse: mirrobalani itidem recentes, solutiui dicuntur. Cum autem inueterarint & antiqui fuerint, adstringentes efficiuntur, quod vtiq; de turbith quoque intelligendum erit, ex quibus sequitur quod temporis ratione medicamentorum virtus, non tantum aliquando amittitur, verum etiam alia denuo contraria acquiritur. Medicamenta ideo antiqua, atque vetusta valde nullatenus vsui medico habenda sunt, vnde & neque in pharmacopœis reseruanda, vti ex diuino Gale. docetur, lib. 1. de comp. pharma. per loc. de ophiassi. cap. 1. vbi inquit antiqua medicamenta atq; vetusta omnino medicis fugienda sunt: quam sane sententiam insequitur doctiss. Fernelius lib. 2. de abditis rerum cas. cap. 5. dicens Inueteratorum medicamentorum vires prorsus infirmæ & quasi enerbatae iacent, contrarium tamen Auicena asserere videtur. 2. can. cap. 6. dicens, duplum ponderis medicinæ antiquæ pro pondere medicamenti recetis poni in omni re potest. Considerandum tamen est, ne quispiam ex Auicena errandi an-

nam susceperit, quod Auicenas hac ratione intelligendus erit, videlicet quod medicinæ antiquæ, quasi dicat, quæ parum recedit à suæ debito durationis tempore, si quidem nõ valde tunc vetusta est, duplum, ponderis pro medicinæ recentis integro pondere poni poterit. Galenus enim valde vetusta medicamenta fugienda censet, & hoc quidem modo Auicenam intelligendū censeo, licet tutius fuerit, perfectis ex omni parte medicamentis vti.

De vniuersali medi-

camentorum duratione.

Cap. 2.

 I quidem medicamentorum durationis doctrina admodum nobis consideranda est. Primo eam in vniuersali determinandam censui, quam eius particularem atque specialem enucleandam aggressus fuissim, ideoq; ab herbarum duratione exordium sumemus.

Tempus ergo herbarum vniuersale durationis, per spatium duorum aut trium annorum intelligendum est, si Auicenæ doctrinam audierimus, excepto tamen utroque veratro, quæ pluribus possunt edurare annis. Doctor tamē Sala. vniuersaliter herbas p̄ annū aut saltem per annū & semis p̄durare posse affirmat tutius tamē est, vt singulis annis renouetur ac eligantur, vti ex Diosc. demonstratur, lib. 1. præfact. dicente Scire etiam num conuenit, sola ex herbaceis medicaminibus veratri genera nigram inquam & candidū multis edurare annis, reliqua atrimatu

matu inutilia: vnde sequitur q̄ herbarū genera præter veratri species per vnum tantum annum reseruanda sunt, siquidē veratri species multis edurare annis affirmarit: multi vtiq; anni duo sunt quia plures: vnde si medicamēta herbacea nec multis annis edurare possunt, siquidem inutilia essent, sequitur q̄ vnicotatam anno perdurare in sui integra perfectione debent, & nõn amplius.

Florū durationis tempus.

Flores enim per vnius anni spatium, & non ultra in sui perfectione vltima p̄durare possunt, vt sunt violarum, rosarum, nimpheæ, voryraginis, & buglosæ, & aliarum consimilium. Hæc enim singulis annis renouentur oportet, quia virtutem habent in superficie positam, quare & facile resolubilem, alias vtiq; virtutem amiserint.

Seminum durationis tempus.

Semina vero consideranda sunt videlicet in quantum minuta & frigida sunt, aut non, si minuta sunt, & calida qualia sunt, anisi marathi petroselini, &c. per duos annos perdurare cõserim: si vero eam frigida & minuta fuerint, per vnius anni tantum spatium, & non ultra, qualia sunt melonum, cucurbitæ, cucumeris, &c. Hæc vtiq; & reliqua eis similia temporis antiquitate, rauci sunt: vnde vnico anno ea cõseranda sunt.

Fructuum durationis tempus.

Fructus etiam considerandi sunt scilicet aut pinei apparent, aut amigdalini, aut abelansi, vel prunici, aut dactili, & reliqui, qui vtiq; singulis annis renouandi sunt, si in sui perfecta duratione nõbis censeari debent.

Radices enim, aut sunt raræ & subtilis substantiæ aut crassæ, si sub-

tilis fuerint substantiæ, vt sunt phusaxifargiæ, gariophilatæ, herbe, tormentilæ, hermodactilorum, huiusmodi vtiq; radices, & aliæ consimiles, singulis annis colligantur, & recondantur est necessarium, si vero crassam radices habuerint substantiam, qualem radices alpheceræ habent, & raopontici, aristolochiæ, etiam atq; peucedani, necnon & gentianæ, hæc sanè & sibi consimiles per duorum aut trium annorum spatium perdurare possunt, quæ vtiq; doctrina ex diuino galeno demonstratur, lib. 2. de aliment. facult. cap. 2. vbi inquit simplicium medicamentorum, quæ substantiam densam atque compactam habent, perdurantem cõtinent habitū, ex qua ergo Galeni doctrina colligitur, quanto tempore perdurare possint reliqua alia simplicia medicamenta, vt sunt folia stipites, rami, cortices, &c. In quibus vtiq; substantiam considerare oportet, necnon & qualitatem videlicet an eam raram aut densam, vel deniq; facile exolubilem retinuerint, ideoq; quæ densam habuerint substantiam, & minime facile exolubilem, maiori tempore, quam ea quæ raram & facile resolubilem perdurare dicentur hæc vero minori, reliqua vero studioso lectori relinquuntur. sufficit vtiq; prædictam assignasse doctrinam: ideoque simplicia aromatica medicamenta duplici modo consideranda sunt, videlicet aut densam habent substantiam, atque compactam aut raram: quæ igitur densam habuerint & compactam substantiam, longiori tempore quæ ea quæ rariorem edurare dicentur, vtraque namque paruo tempore perdurare possunt

Agaricū recens repellit venenū inueteratū utro sicut venenum efficiuntur. Mirrobalanarū genera recentia solutiua sunt, de antiquata vero adstringentia redduntur idē de turbith intellegendū est

Vetusta medicamēta omnino fugienda sunt.

Herbarū durationis tempus.

Aromatum simplicium medicamentorum duratio.

possunt, siquidem aromaticam virtutem habent, facile nempe exolubilem, huius generis sunt, ut casia fulba, gariophilus, macer, nux moschata, spica, schenus, calamus odoratus, gariophilus, longiori tempore perdurabunt, quam macer, & spica, atque schenus, si quidem denliorem retinent substantiam.

Ex quarum omnium exacta intelligentia possemus compositorum medicamentorum perfectam durationem nobis comparare, quemadmodum utique ex perfecta simplicium medicamentorum virtute, integra atque completa consurgit virtus: parili quidem ratione ex perfecta eorum duratione, resultavit etiam compositi integra durationis


- 1 Aloes. 10. annis.
- 2 Mirobalani citrini. 2. an.
- 3 Emblici 8. an.
- 4 Belerici 8. an.
- 5 Cepuli 4. an.
- 6 Indi 7. an.
- 7 Rhabarbarum. 4. an.
- 8 Casia fistularis nig. 4. an.
- 9 Tamarindi. 3. an.
- 10 Manna. 1. an.
- 11 Rosæ. 1. an.
- 12 Violæ. 1. an.
- 13 Absinthium. 1. an.
- 14 Stichados. 2. an.
- 15 Fumaria. 1. an.
- 16 Eupatorium. 1. an.
- 17 Epithimum. 1. an.
- 18 Ysopus mont. 1. an.
- 19 Prunæ. 1. an.
- 20 Psilium. 2. an.
- 21 Adianton. 1. an.
- 22 Asarum. 1. an.
- 23 Scamonium. 12. an.
- 24 Turbith. 4. an.

doctrina, unde ex duratione simplicium medi. colligenda erit, & compositorum quoque.

De speciali simplici-

cium med. durationis doctrina.

Cap. 3.

pecialem sane atque particularem durationis medicamentorum doctrinam ex Mesue, & Saladino doctore, non tantum, verum etiam ex aliorum multorum sermone excerptam collegimus, quæ utique sequenti methodo compendij gratia ut nostri moris est, fiet omnibus perspicua satis.

- 25 Agaritum. 4. an.
- 26 Colochintis. 3. an.
- 27 Polipodium. 1. an.
- 28 Scila suspensa. 2. an.
- 29 Scila planta. 10. an.
- 30 Hermodactili. 3. an.
- 31 Yreos. 2. an.
- 32 Radix cucu. silu. 6. an.
- 33 Centaurea. 1. an.
- 34 Cnici semen. 3. an.
- 35 Cherba. 3. an.
- 36 Lapis armenius. 10. an.
- 37 Lapis stelatus. 3. an.
- 38 Sena. 3. an.
- 39 Sal napticus. 2. an.
- 40 Sal indus. 2. an.
- 41 Sal maris modicum temporis.
- 42 Sal saxeus fossilis, id est gema, 2. an.
- 43 Sal mineralis per mensem.
- 44 Baurahac. 2. an.
- 45 Sarcocola. 4. an.
- 46 Segapenum. 6. an.
- 47 Euphorbium. 4. an.

Opopanax

- 48 Opopanax. 5. an.
- 49 Mezereon. 2. an.
- 50 Esula. 2. an.
- 51 Radix luph. 2. an.
- 52 Vitis alba. 2. an.

- 53 Arostolochia species. 3. an.
- 54 Albemesuhuc. 2. an.
- 55 Semen albrahim. 2. an.
- 56 Veratrum nigrum. 6. an.
- 57 Veratrum album. 8. an.

De particulari compositorum medicamentorum durationis doctrina. Cap. 4.



uperiori capite de simplicium soluentium medicamentorum duratione perstringimus, in præsentiarum ideo de compositorum

durationis doctrina ex eodem Mesue differendum sequitur, pro quorum nempe durationis explananda doctrina, sequenti methodo, id declarandum censui.

De delectabilibus compositionibus.

- | | |
|------------------------------------|---------------------------------|
| 1 Electarium de aromatis. | 16 Dianifum. |
| 2 Electarium de gemmis. | 17 Diambra. |
| 3 Compositio alchermes. | 18 Compositio de cinamomo. |
| 4 Compositio xilo aloes. | 19 Electarium de granis mirthi. |
| 5 Electarium sabortenge. | 20 Diacalamentum. |
| 6 Electarium de citro. | 21 Diatrion pipereon. |
| 7 Compositio de moscho. d. | 22 Compositio de seminibus. |
| 8 Vtraque testiculorum vulp. copo. | 23 Compositio de citonijs. |
| 9 Compositio de galanga. | 24 Elect. de pomis. |
| 10 Diarrodon. | 25 Elect. de persicis. |
| 11 Aromaticum rofaceum. | 26 Electa. quo vtuntur reg. |
| 12 Aromaticum garophilatum. | 27 Elect. de fructibus. |
| 13 Aromaticum moschatum. | 28 Compositio de acetosis. |
| 14 Aromaticum nardinum. | 29 Compositio de prunis. |
| 15 Diaciminum vtrumque. | 30 Elect. de sorbis. |

Hæc utique omnia medicamenta, præter electarium, quo vtuntur reges, per vnus anni spatium in sui integra duratione permanent, licet ex multorum sermone dicatur quod per annum & semis perdurare possunt, electarium vero quo vtuntur reges, per dimidium mensis, aut per mensem ad summum, perdurare potest, quoniam faci-

le rancedinem acquirit, quare & corruptionem, ante vero mensem minime rancedinem acquirit, vti experienti fiet perspicuum satis, ideoque vnico mense in sui perfecta duratione permanet. dicuntur denique prædicta composita medicamenta delectabilia, quia dulcem retinet saporem, aut saltem non ingratum, quæ vero dulcia aut

R ori

Delectabilia non ingrata fuerint, reuera delectabilia dicenda sunt, ideoq; compositiones dulcem retinentes saporem, & ori non ingratum, delectantur.

biles dicendæ iure optimo sunt, si quidem earum sapore, gustus delectatur.

De amaris compositionibus.

- | | |
|--|----------------------------------|
| 1 Theriaca diatesarom. | 10 Dialaca mag. |
| 2 Triphera sarracena. | 11 Dialaca minor. |
| 3 Triphera moschata. | 12 Compositio rhabbari. |
| 4 Triphera Galeni. | 13 Compositio de costo. |
| 5 Triphera minor exart. fen. | 14 Compositio alcanzi. |
| 6 Triphera minor discretionis cognita. | 15 Compositio de asa. |
| 7 Diacurcuma mag. | 16 Compositio anacardina. |
| 8 Diacurcuma minor. | 17 Electarium inuentione nostra. |
| 9 Diamorulia. | 18 Elect. stomachi confort. |

Huiuscemodi sane amaræ compositiones, per duorum annorum interuallum perdurant, quæ ideo amaræ compositiones dictæ sunt, quia saporem amarum aut saltem ori ingratum continent.

De compositionibus opiatis.

- | | |
|---|-------------------------|
| 1 Philonium, inuentione nostr. | 5 Diasulphur. |
| 2 Philonium discreptione ha-mech filizanchariæ. | 6 Cõpositio de storace. |
| 3 Athanasia mag. | 7 Theriaca mag. |
| 4 Elect. zazeneum. | 8 Mitridatum. |

Huiuscemodi utique opiata medicamenta ad .6. vsque annos in sui perfectione recte perdurare possent. magna vero andromachi theriaca docente Gal. lib. de theriaca ad pilon. cap. 23. ad .30. vsque annos in sui optima conseruatione perdurare potest. & ad 40. vsque docente Auicen. 5. can. tract. 1. quæ sane doctrina de mitridato quoq; intelligenda erit, est tamen animaduersione digna doctrina, quam Gal. assignat lib. 12. de morbis curandis scilicet, quod opiatum medicamentum quale est philonii medicamen, & aliud confimile. Hæc enim inquit medi-

camenta ad .10. vsque annos perdurare in sui perfectione possunt, quæ quidem medicamenta si ulterius inueterauerint, tanto utique minus noxia erunt, & quæto uetustia, certe languidioribus constabunt virtutibus, huiuscemodi omnia medicamenta, inquit Gal. salubria sunt, si post annu à sui cõpositione assumatur, ex quibus sequitur quod opiata medicamenta .10. annis in sui perfectione perdurare possunt, & quod eadem peritis medicis, ante annum, aut saltim sex menses ægrotantibus non sunt administranda, quæ denique opiata medicamenta, ideo dicta

Theriaca & mitridati durat. doctrina de mitridato quoq; intelligenda erit, est tamen animaduersione digna doctrina, quam Gal. assignat lib. 12. de morbis curandis scilicet, quod opiatum medicamentum quale est philonii medicamen, & aliud confimile. Hæc enim inquit medi-

dicta sunt, quia aut opium recipiunt vel quonia talia medicamenta vim & facultatem opii retinent, qualia sunt illa, in quibus mādragora aut Hiosciamus ingrediuntur, quæ fa-

ne opii facultatem retinent, uti constat, & hæc pro opiatorum medicis interpretanda duratione, dicta sufficient.

De solutiuis siue expurgantibus medicamentis.

- | | |
|--------------------------------------|---------------------------------|
| 1 Hierapicra Gal. | 12 Elect. indum minus. |
| 2 Hiera hermetis. | 13 Elect. elefcoph, siue episc. |
| 3 Compositio archigenis | 14 antidotum de dactilis |
| 4 Hiera archigenis Pauli intentione. | 15 Antidotum de psilio. |
| 5 Hiera diacolocinthidos | 16 Antidotu rosaceu Mesoes |
| 6 Hiera intentione nostra. | 17 Compositio hamehec |
| 7 Triphera persica. | 18 Compositio manna. |
| 8 Alsira cost. | 19 Compositio alphesceræ |
| 9 Elect. alariph, vtrumque. | 20 Compositio ad mesereon |
| 10 Elect. alchelengi. | 21 Compositio alscebram |
| 11 Elect. indum mag. | 22 Compositio eupatorii. |
| | 23 Diacidonium. |

Hæc igitur medicamenta, & consimilia possunt in sui perfecta duratione permanere ab anno videlicet ad duos vsque vel denique tres, exceptis hieris, quæ à dimidio anni ad tres vel quatuor vsque perdurant quam sane durationem sequuntur hierapicra Galeni, & archigenis, necnon & hieralogodion, siue logadii: quorum denique solutiuiorum medicamentorum quædam sunt, quæ aloë fabricantur, ideoque aloëtica dicuntur. & quædam sunt, quæ

colocinthidæ & colocintidatæ ideo nominantur: quædam autem turbithatice, aliæ tamen scamonio constantur, & dicuntur idcirco turbithatice, aliæ tamen scamonio constantur, & dicuntur scamoneatæ hæc sane medicamenta composita à principali simplici medicamentis, suam accipiunt denominationem, sunt utique soluentium medicamentorum principaliora simplicia scamonium agaricum, colocinthis, turbith, & aloes, necnon & rhabbarum. &c.

De conditis siue condituris,

- | | |
|------------------------------|----------------------|
| 1 Mirobalanorum cepul. cõdi. | 5 Pomorum condi. |
| 2 Emblicorum condit. | 6 Persicarum condit. |
| 3 Cotoneorum condi. | 7 Citreæ condit. |
| 4 Pirarum condit. | 8 Secacul condit. |

- | | | | |
|----|------------------------|----|---|
| 9 | Zinziberis condit. | 16 | Saccharum buglosum. |
| 10 | Nucum condi. | 17 | Saccharum borragineū. |
| 11 | Compositio zinziberis. | 18 | Saccharum alchilil, id est
de floribus roris marini. |
| 12 | Bauci earum condit. | 19 | Mel rophaceum. |
| 13 | Acori condit. | 20 | Mel violaceum. |
| 14 | Saccharum rosaceum. | | |
| 15 | Saccharum violaceum. | | |

Est tamen considerandum quod harum compositionum, quæ conditæ dicuntur, à conferuis differentes sunt, si quidem illæ aromaticis speciebus condiuntur, vnde condituræ siue conditæ compositiones dictæ sunt, conferuæ vero quia nō condiuntur vt constat, ideo simpliciter tales appellandæ sunt, quarum quæ de floribus componuntur per integrum annum in sui duratione, citra vllius distinctionē permanent, & non amplius, & notanter quidem dixi citra vllius distin-

tionem, si quidem rosaceum saccharum longiori tempore referuandum est, vbi eius tantum adstrictoriam facultatem querimus. illæ vero conferuæ quæ cum melle componuntur, per annum etiam conseruantur, & paulo plus, eo quod mel magis rei est conseruatiuum Mel magis est rerum conseruatiuum quam saccharum. condita vero quæ de radicibus & fructibus constantur, duobus annis perdurare possunt, qui ademptiorem retinent substantiam, ideoque minus facile exolubilem.

De ecligmatum siue lohoc differentijs,

- | | | | |
|---|----------------------|----|------------------------------|
| 1 | Ecligma de pino. | 8 | Eclegma bonum |
| 2 | Ecligma de papauere. | 9 | Eclig. ortoneum. |
| 3 | Ecligma de scila. | 10 | Eclig. de amigdalibus. |
| 4 | Eclig. alphecerę. | 11 | Compositio de iacur. |
| 5 | Ecligma sanum. | 12 | Compositio de moris. |
| 6 | Ecligma calidum. | 13 | Compositio de succis nucium. |
| 7 | Ecligma nostrum. | | |

Ecligā lohoc idē
 Ecligma idem sonat, quod Arabice, lohoc ideoque ecligma & lohoc pro eodem confunduntur, quarum itaque compositionum, quædam delectabiles sunt, quædam vero horribiles, & ori non gratæ, vti ex earum ratione constat: quarum quæ ori sunt gratæ minori tempore, perdurare quam horribiles intelligendum est, vti ex eis constat, quæ tandem omnes ab vno ad duos vsque annos, in sui duratione vltima

permanere possunt, quibus intellectis considerandum est, vt intellexerimus quid ecligma fuerit, vnde dicatur declarare. Ec ligma igitur dicitur ab hoc verbo græco *λεζω* *με* *εζω* quod latine linguo lingis interpretatur quoniā huiuscemodi compositiones, lingendo siue lambificādo assumendæ sunt: vnde ecligma electarium erit, quod ori impositum sensim, liquefit, & tandem perdetentim deuorandum est.

De

De simplicibus syropis & iulepis;

- | | | | |
|---|---------------------------------|----|---|
| 1 | Iulepus rosaceus. | 10 | Syropus de prunis. |
| 2 | iulepus violaceus. | 11 | syropus de malis punicis aci. |
| 3 | iulepus è succo violarum. | 12 | syropus de malis pun. d. |
| 4 | iuuibinus iulep. | 13 | syropus de corticibus citri. |
| 5 | Syropus de pomis. | 14 | syropus de acresta. |
| 6 | Syropus de piris. | 15 | syropus de granis mirthi. |
| 7 | Syropus de cotoneis. | 16 | syropus chesmes, id est, de pafulis exacinatis. |
| 8 | Syropus de persicis. | 17 | syropus de albelach, id est de dactilis. |
| 9 | Syropus de succo herbæ acetosæ. | | |

De syropis compositis,

- | | | | |
|----|---|----|--|
| 1 | Syropus de papauere. | 19 | syropus acetosus diarrodon. |
| 2 | syropus bifontinus. | 20 | syropus de mentha, syropus absinthij. |
| 3 | syropus acetosus simpl. | 21 | syropus de fumaria. |
| 4 | syropus acetosus comp. | 22 | syropus glyzirrhizæ. |
| 5 | syropus acidus de succis herbarum. | 23 | syropus ex yso. |
| 6 | syropus acidus de succis fruct. | 24 | syropus prasii. |
| 7 | syropus acidus de succis, & aquis fruct. | 25 | syropus acidus de prunis. |
| 8 | syropus acidus de citoniis. | 26 | syropus acidus inuentione nostra. |
| 9 | syropus acidus de pomis. | 27 | syropus acidus alteneriabin, id est, cuiusdam manne speciei. |
| 10 | Aqua mulsa. | 28 | syropus acidus educens choleram. |
| 11 | Oximel, simpl. acetum mulsum dictum. | 29 | syropus conferrens catarris calidis. |
| 12 | Oximel comp. | 30 | syropus de canis. |
| 13 | syropus de quinque radicibus sine aceto. | 31 | syropus de portulaca. |
| 14 | secaniabim educens pituitam. | 32 | syropus in tubi. |
| 15 | syropus artemisizæ. | 33 | syropus lupulorum. |
| 16 | Secaniabin educens melācho. | 34 | syropus iuibinus. |
| 17 | secaniabim de cheisim, id est, de leuisticis. | 35 | syropus scabiosæ. |
| 18 | secaniabim de calamento, | | |

R 3

- 36 Syropus de calamintha.
- 37 Syropus de thimo.
- 38 Syropus stechados. meli cratum alb. id est clarea.
- 39 Melicratum rubrum, id est hipocras dictum.
- 40 Conditum de citro.
- 41 Conditum buglosum.
- 42 Conditum cotoneum.
- 43 Miua simpl.
- 44 Miua acida.
- 45 Miua ex sacco fructuum.
- 46 Acetum sciliticum.
- 47 Oximel sciliticum.
- 48 Oximel sciliticum dera dicibus.
- 49 Oximel sciliticum no strum.

De rob, hoc est herbarum succis,

- 1 Rob de ritres.
- 2 Rob de acresta.
- 3 Rob de cornibus. idest de cornis fructibus.
- 4 Rob de verberis.
- 5 Rob de rhoe.
- 6 Rob de moris.
- 7 Rob de citoneis.
- 8 Rob de pomis.
- 9 Rob de prunis.
- 10 Rob de piris.
- 11 Rob d malis punicis aci.
- 12 Rob de pessicis.
- 13 Rob acetositis citri.
- 14 Rob de fructibus.
- 15 Rob mirtinum.

Considerandum utique est quod harum compositionum, varia satis est duratio, prout varia a pharma copeis parantur, & primum a iulepis incipiemus: quorum quidam sunt aquosi, quidam vero viscidam substantiam habentes. Iulepi ergo aquosi, hoc est, paucam coctionem habentes, breui tempore corruptionem adquirunt: quare paucis diebus conseruantur, & maxime si aestas fuerit, quia tunc aestas ratione spumescunt, & corruptionem adquirunt, ideoque modico tempore in sui duratione perdurant: iulepi vero viscidi, hoc est, perfectae coctionis, ad annum vsque in sui duratione permanent, si quidem substantiam continent, non facile corruptibilem.

Duplex iulepus.

Iuleporu duratio.

De syropis etiam consimiliter

est distinguendum, videlicet aut sunt succis & saccharo fabricati, aut melle, si ex saccharo, aut sunt perfectae coctionis, aut non: si perfectae fuerint coctionis, in sui perfecta duratione, ad annum vsque conseruantur, si non perfectae fuerint cocturae, vix per annum conseruantur. Miua tamen aromatica vsque ad duos vel tres annos in sui duratione permanet, propter succi naturam, & mixtionem scilicet aromatum simplicium, ideoque omnes syropi aromatici eodem tempore perdurare possent, ut sunt de metha, stechadis, &c. Qui tade syropi si melle coponantur longiori tempore perdurare possunt, si si quidem mel longiore rei duratione producit, docete Act. li. de cop. med. ubi inquit, quod medicamenta quae melle

Syropo rum dura

Syropo ru aroma ti. conser uatio.

quare mel magis rei conseruatium est quam saccharum.

Mel omni re dulcius.

Iulepus unde dicitur.

melle fabricantur, diutius in sui perfectione perdurant, quam si saccharo componerentur, cuius vti que rationem Ioannes de Sancto Amando, adducit, dicendo quia multum viscosum mel, melius medicamenta conseruat, quam saccharum. Saccharum vti que minus viscosum est quam mel, ideoque mel ipso saccharo magis conseruatiuum est, & praeter id ideo mel magis conseruatiuum, quam saccharum dicitur, tum quia dulcius est, si quidem omni re dulcius fuerit, dicente Galeno, lib, quarto de simplicium medicamentorum facultat. cap. 16 datur vti que ex eodem Galeno res alia ipso melle dulcior, quae lac existit, videlicet dum intra venas concoctum existit, uti exposuimus quarto libr. tum etiam vel magis conseruatiuum est, quia plusquam saccharum medicamenta abstergit & mundificat, quia magis calidum melius quam saccharum digeritur ex quibus recte colligitur quod syropi, perfecto & electo melle si coponantur, longiori tempore conseruatur, quam si saccharo, quibus expositis superest, quandoquidem de iulepis praediximus. Rob etiam atque syropos explicare, quid iulepus & syropus, necnon & rob fuerint: prae tamen quae eorum definitiones exposuerimus, vnde dicantur declarandum est, ideoque primum iulepus dicitur, a iulepizo iulepizas, hoc est clarifico. as. vnde iulepus potio erit depurata, siue liquor clarus & potabilis ex instilatis aquis aut succis, saccharo cum speciebus aut sine eis fabricatus, vel denique simplex syropus est. Iulepus igitur syropus simplex, aquosus tamen est

qui magna ex parte saccharo componitur, in quo videlicet a simplici syropo differre dicitur, si quidem syropus simplex in sui fabricatione vltiorem exigit coctionem, & aliquando saccharo, aliquando vero melle fabricatur, iulepus vti que parte plurima saccharo componitur: & praeter id ipso syropo simplici aquosior reddi debet, ex quibus constat quid simplex syropus fuerit. Est vti que syropus simplex, iulepus viscidam substantiam habens, & clarius ac perfectius, quidam liquor instilatis aquis, aut succis tantum saccharo, vel melle fabricatus, quibus intellectis, iuleporum intentionem & proprietatem explanare superest, ideoque iuleporum intentio materierum est digestiua, & virtutis confortatiua, caliditatem etiam extingueus, sitim se dans somnum atque producens, quibus intellectis sequitur declarandum quid syropus compositus sit, prius tamen quam eius definitionem enodauerimus, vnde suam duxerit originem, & deriuationem, exarandum censeo. Syropus igitur, ab hoc verbo graeco σύρω. μ. σρω deducitur, quod latine traho respondit vel aperire significat, & ab hoc nomine σρός quod latine liquorem siue succum denotat, vnde σύρω σρός graece syropos latine dicitur, & propter αὐστηρότητα, id est auersionem, euphoniae videlicet gratia vocalis, prior ω expungenda est, docente Vergera, libro quarto de orthographia, capite quinto, quare remanet σύρωσος, siue syropus latine dicitur, hoc est liquor quidam potabilis dicitur.

Iulepus & syropus simplex differunt quodam modo

Syropus simplex quid.

Iuleporu intentio.

Syropus unde dicitur.

Syropus & non syropus est appellatus.

tabilis enigitur: vnde syropus suam duxerit originem & deriuationem ideoque non syropus est appellandus, vti à multis dicitur: sed syropus vel syropos, vti ex præcedentibus constat: quibus habitis quid syropus compositus sit declarandum venit, qui vtique liquor potabilis est, ex succis vel feminibus, & radicibus, aut fructibus, aut aliis quibusuis simplicibus medicaminibus fabricatus: ideoque compositus dicitur, quia ex diuersis componitur, cui tandem si aromata simplicia adduntur, dicitur vtique aromaticus & cōpositus etiam, in quo ab ipso differre dicitur: si quidem compositus syropus, minime aromaticis sicuti & aromaticus syropus constat, vnde odoriferus siue aromaticus dicitur: quorum vtique syroporum operatio potissima proprietas quædam est oportuna materiam prauam disponere, & crassam diuidere & seccare & inhibita ac membris infarctam ad superficiemque trahere, qua denique tracta materia, eam tandem ad expulsiōnem præparat, vt natura seu nocentem facilius possit expellere, vel aliter humorum erit alteratio morbum facientium, putredinem cessare faciens, eadem manente substantia: quibus explicitis quid robub sit, explanandum sequitur: robub igitur succus est in modum sapa vel mellis reductus. Sapa igitur mustum est, ad quartas, aut saltem tertias decoctum: multi tamen sunt, qui assignant inter rob, & robub differentiam dicentes, scilicet, quod rob mustum sit, at tertias ignis calore decoctum: Robub vero succus cuiuscumque plantæ

Syropus cōpositus quid.

cōpositus syrop. & aromatic. differunt.

syroporū proprietas: Syropo ratio.

Robub quid.

sapa quid

qui ignis aut solis vi inspissatur, quorum itaque duratio declaranda est. Huiusmodi ergo succi inspissati, per integrum annum in sui perfecta duratione conseruantur, licet quibusdam dicatur ad duos vsque annos perdurare posse: animaduertendum tamen censeo, volentibus huiusmodi succos conseruare, quod tenentur parum mellis eis admiscere, vt diutius atque perfectius in sui duratione permanerint, si quidem mel rerum est conseruatiuum, qui denique succi sunt vt absinthii, eupathorii, & reliqui consimiles

succorum omnium in inspissatorū conseruatio.

Hiscæ ergo exaratis syroporum & succorum durationem ex Galeni mente docere conabor. Syropi igitur succis fabricati, per annum conseruandi sunt, ex mente Galeni si debito modo parètur, postquam Iub. & Galenus lib. 6. de composit. pharmacorum per loc. pharmacū ex succo mororum compositū per vnus tantū anni spatiū perdurare, ita quidē vt sequenti anno illo vti haud licebit. huiusmodi igitur cōpositio syropus est, vtcōstat, ideoque syropi vnus tantū anni inter capedine cōseruadi quoque erant, & non amplius, quæ sane doctrina tutior, ac securior est ideoque nobis eligenda

syroporū ex galeni mente duratio.

Succi autem liquidi, eodem tempore, vnico videlicet anno conseruandi sunt eometestante Galeno, libro tertio, de simplici. pharmacorum viribus cap. 5. vbi inquit, solida enim oleū vinū & mel in langū temporis intercapedinem perdurare possunt, reliqui vero succi aut a eidam acquirunt substantiam aut in putredinem tendunt, ideoque ne succi acidi si aut corruptionem adqui-

Liquido: rūsuccorū duratio: ex Gal. mēte.

adquirant, vltra annum conseruandi non sunt, sicut & mororum succus, est tamen animaduersione dignum, maioris horum succorū conseruationis gratia, quod pro eisdem conseruandis succis, debemus paruatam olei portionem in stricto vasis orificio super inijcere, ne videlicet eiusmodi succi ambientis ratione alterentur: vnde & quandam adquisierint corruptionem, & hac ergo ratione fluidi succi per integrum annum conseruabuntur, licet rosarum, aut cotoneorum, acrestæ limonum, & consimilium succi, si debito modo reposuerint ad duorū vsque annorum perdurare possint.

De succis autē condensatis quales sunt, hipocisthidis, acaciæ radicis dulcis, & reliqui eiusdem generis longiori vtique tempore perdurari dicentur: siquidem densiorem materiam habent, virtus vtique in materia condensata longiori tempore quam in rara cōseruatur, ideoque huiusmodi succi, condensati, longiori tempore perdurabunt, per spacium videlicet duorum annorum ad minus: postquam succi fluidi, per annum conseruantur virtutem habentes, in rariori materia contentam.

Cōdēsato rūsuccorū conseruatio.

Mucharū siue infusionū conseruatio.

Mucharus, infusiones scilicet, vt sunt rosarum, violarum, capillorū veneris, horragis, & buglosæ, & cōsimiles alię per annum in sui perfecta conseruatione durāt, videlicet si debito modo, sicut & fluidi succi reseruarint, in infusio, tamen in qua lactis facta: vix duobus diebus conseruatur, vt constat.

Decoctionū conseruatio.

Decoctiones vero scilicet phlegmaticę & cholericę, melancholicę, communes atque cordiales, &

aliæ consimiles, per quatuor dierū spacium perdurare possunt, & non amplius, quę sane si vltra quatuor dies reseruarint, corruptionem, & fetorem acquirunt, ideoque à pharmacopeis minime vltra quatuor dies reseruandę sunt.

Instilaticia autē aquę prius prima suę extractionis die ad. 20. vsque dies ad solem apponendę sunt non tamen nimis fluosum, & tandē duobus annis aliquorum sententia conseruari possunt: videri tamen meo eas singulis annis renouandas censeo, idque si debito modo et vt expedit vsui medico distilantur vtique optime & vt vsui medico conuenit, in duplici vase, ea videlicet methodo, qua Galenus vtitur (lib. 8. de morb. curand. cap. 5.) pro vnguentis videlicet parandis quæ ergo instillationis methodus, ex Galeni mente hac ratione perficienda erit, videlicet vt accipiatur vas vitreum, mediocrem substantiam habens, moderatamque magnitudinem, & tandem in eo herbæ immittantur, prius tamen modice manibus ipsis maceratis, vsque dum fere repleatur vas, & postea eiusdem vasis orificiū obturetur bene massa videlicet, aut gipso, tandemque supra aliud æneum vas aquę simplicium apponatur moderato, nempe igni animaduertendum tamen est, quod eiusmodi vitreū vasculū tali modo supra æneum vas reponendum est, vt ne eferuescentem aquā attingat, pensile videlicet existens vt itaque tantum vaporifero illo humido ignis calore ex ea aqua eleuato, vas vitreum calefiat: ita vt illo mediante calore ad herbarū substantia vapores exhalentur, facile

Aquarum instil. conseruatio.

Et lib. 7. de cōp. pharmac. loc. c. 2.

methodus aquas distillandi ex galen.

in aquam cōuertibiles, huiuscemodi utiq; calor cuius ratione, aqueus vapor ab herbis extrahitur, mitis utique est, & laudabilis satis: quandoquidem minime excedens est herbarum nempe virtutem & substantiam resolvere: seruat potius prædicti caloris ratione herbarum omnino virtus, ita ut si herba, frigida naturæ fuerit, prædicto modo, & methodo ea ex ipsa, aqua extracta ipsius herbæ propriam temperiem & naturam quoque seruet, & eadem ratione intelligendum erit, si herba calida, vel alterius temperamēti fuerit, aquæ ideo absinthij, meliphili, ozimi, menthæ, etiam & reliquorum eiusdem naturæ: si hac methodo & ratione extrahantur proprium herbarum odorem & saporem necnon & substantiam sibi insitam seruent, & hoc quidem calor quoniam mitis est, & minime excedens, ut odorem, nec saporem earum herbarum cōsumere possit: quare & neque virtutem resolvere, qua igitur ratione huiuscemodi distillandi aquas methodus, & ratio, summe laudabilis est: ideoque nobis obseruanda, si aquis instillatis vsuri sumus, ideoque hac ratione & via aquæ extractæ fuerint, per vnus anni spacium perdurare quemadmodum & herbe, à quibus extrahuntur, minime dubitauimus & hæc in instillatiæ aquæ, in pharmacopolis adseruandæ sunt: non autē illæ quas nostri tēporis pharmacopei, ex herbaceis substantiis, eneis aut plumbæis sublimatorijs extrahunt quandoquidē si ea ratione extractæ fuerint, non solū propriam herbarū virtutem, odorem etiam, nec saporem proprium, non retinent, verū

etiam earum aquarum non pauca temperaturam & naturam propriam in contrariam aliam cōmutant, idq; fit quia calor ille, quo extrahuntur, superfluous ac excessibus satis est, sufficiens nempe, herbarum propriam naturam, odorem etiam, necnon & saporem consumere: merito ergo reprobanda est distillandi aquas methodus, qua nempe nostri temporis pharmacopei vtuntur, scilicet sublimatoris eneis aut plumbæis eas extrahendo, siquidē si copacta aquæ distillarint præter id quod prauam recipient qualitatem uti ex Dioscoride colligatur nec odorem sicuti, nec & saporem referuabunt, idque conflat in absinthij aqua, quæ nec odorata, nec amara apparst quandoquidem absinthiū, amarum fuerit, idem quoque ex ozimi, & menthæ aquis necnon & meliphili, constat, huiuscemodi utique aquæ nec herbarum naturam, sicuti nec proprium odorem neque saporem retinent, neque etiam cor, & ventriculum corroborant, ut constat ex rei experimento: postquam eadem ex sui natura corroborare dicuntur: debent igitur aquæ siue medicæ habendæ sunt, duplici vase græcis diploma dicto, ex herbarum substantiis, Galeni more extrahi, cuius utique Galeni methodū, eruditissimus Manardus lib. 15. epistolarum. vlti. quoque insequitur, at tamen quandoquidem eiusmodi methodus plolixa satis, etiam si pulchra & per utilis fuerit, possemus nos eius methodi loco herbarū decoctis uti, quæ utiq; pulchra, & utilia sunt, difficilia magna ex parte iudicantur, ideoque nos in presentiarum herbarum, fructuumue, & foliorū

foliorum, stipitum, corticum atque radicum, decoctis vtimur, potius quā aqueis sublimatoris eneis vel plumbæis extractis, in decoctis namque seruat optime herbarum, aut foliorum, vel fructuum, seu corticum, atque radicū, propria virtus, & natura, sapor etiam, necnon & odor, uti ex rei ratione constat, nullam utique in commodo adquisito & maxime si id expertum fuerit in absinthio menthaue aut ozimo, si

ue melissa, quæ denique si secundū artem decocantur eorum decocti, prædicta omnia referuabunt, quæ utiq; si eneis, ac prædictis sublimatorijs apposuerint, minime eadem retinere dicentur, ut dictum est. me Lib. 7. de rito ergo decoctis in vsu medico cop. phar. loc. ca. 2. vti tenemur, potius quā aquis quæ per plumbæos canales instillantur. ipse enim nobis maxime fugiendæ sunt testate Gal. & Actio quia disenteriam efficiunt. ser. 9. cap. 45.

DE TROCHISCIS, SIVE PASTILIS.

- | | |
|---|--|
| 1 Compositio gal. moschat. | 17 Compos. pastil. de laca. |
| 2 Compositio gal. sebelin. | 18 Comp. trochisc. de terra. sigil. |
| 3 Compositio gal. alephangi. | 19 Compos. trochisc. alandahal alias colocinthidæ preparatæ. |
| 4 Galia, mag. regalis. | 20 Compos. trochisc. de sandalis. |
| 5 Compositio, ramich. | 21 Compos. trochisc. chamehec. |
| 6 Compositio, pastil. diarrod. | 22 Compos. trochisc. de ciperō. |
| 7 Compositio pastil. de rosif. | 23 Compos. trochisc. ligni aloes. |
| 8 Compos. pastil. de eupatorio & rosif. | 24 Compos. trochisc. de caparribus. |
| 9 Compos. pastil. de camphora. | 25 Compos. trochisc. de fucino siue charaue. |
| 10 Compos. pastil. de rhabbaro. | 26 Compos. trochisc. de vesicaria seu alchechengi. |
| 11 Compos. pastil. de spodio. | 27 Trochisci. de myrrha. |
| 12 Cop. pastil. de spodio cū semin. | 28 Trochisci de croco. |
| 13 Compos. pastil. oxiacanthæ alias verberis. | 29 Trochisci de agarico. |
| 14 Compos. pastil. de absinthij. | 30 Trochisci de sagapeno. |
| 15 Compos. pastil. eupatorij. | |
| 16 Compos. pastil. de aniso. | |

Huiuscemodi sane compositiones, & aliæ sibi similes, mensibus tantum sex, excepta compositione de stela, quæ ad annos duos conseruari dicitur conseruantur. Quibus intellectis superest inquirere, unde trochiscus & quid fuerit dicatur: τροχισκος ideo siue trochos, lat. pastillus dictus. αρωμα, τροχισκος. αρωμα dicitur, quod currere significat, à quo verbo huiuscemodi nomen τροχισκος

siue trochos, deriuatur, quod idem quod & rota significat, unde trochiscus siue pastillus dictus est, eo quod eius forma rotam currus emularit, quæ utique ad currendum siue rotandum obnoxia satis figura est, ideoque trochiscus dictus fuit. qua ergo ratione, huiuscemodi compositiones pharmacopei in rotam formam parare determinarunt. erit igitur trochiscus rotunda quædam

Plumbæis aquarū siue sublimatoris eneis distillatio dam natur.

Prohemio Lib. 6.

De coctis potius quā aquis sublimatorijs eneis extractis utendum est.

dam compositio, ex diuersis simpli-
cibus medicamentis habens figu-
ram, cum liquore aliquo fabricata
Que moderate crassa cēfenda est,
ita quidē vt pondus duarum drach-
marum contineat, & minime traf-
cēdat, vt itaque compositionis vir-
tus probe conferuetur, multoties ta-
men trochisci, à pharmacopeis pa-
rantur ob longam figuram haben-

tes: quæ sane oportuna etiam est ad
rotandum quemadmodum & præ-
dicta, qua ergo ratione non imme-
rito prædicta figura parari poterūt
preter id etiam & exactius, quia sic
disposita multoties vsui medico ne-
cessaria est, pro certis videlicet
morbis medendis, licet raro vti ex
chirurgia constat.

DE SVFFV, HOC EST PVLVERIBVS.

- 1 Pulueres de ligno aloes.
- 2 Pul. diarrodon.
- 3 Pul. aromaticus.
- 4 Pul. bonus.
- 5 Pul. de granis myrthi.
- 6 Pul. ad tufim antiquam.
- 7 Pul. contra vermes.
- 8 Pul. contra pestem.
- 9 Pul. iridis.
- 10 Pul. rosatę. nouel.
- 11 Pul. cicatrizantes.
- 12 Pul. sistent. sanguin.

- 13 Pul. ad prostratum appetitum.
- 14 Pul. in articularibus passioni-
bus.
- 15 Pul. ad passionem colicam.
- 16 Pul. diatrion pipereon.
- 17 Pul. diamargaritonis frigidi.
- 18 Pul. aromatici rosati.
- 19 Pul. trium sandalorum.
- 20 Pul. diambreę.
- 21 Pul. lætitię Galeni.
- 22 Pul. diarrodonis. abat.
- 23 Pul. dia tragcaanthi.

Huiuscemodi ergo suffuf, siue
puluerum differētia, & reliquæ cō-
similes, ad duos vsq; menses, in sui
perfectiōne perdurare possunt, etiā
si quorundam fuerit opinio, quod
ad. 6. vsque menses, in sui conserua-
tione perdurare possunt: cui sane
opinionem Saladinus doctor minime
adstipulatur, dicens mensū. 6. spa-
tio puluerum virtutes, resoluuntur
& debiliores fiunt, sed iure meo ré
hanc, ita iudicandam censeo, vide-
licet quod si pul. constitutus atque
fabricatus est, simplicibus rarā ha-
bentibus substantiam, & facile exo-
lubilem, tunc vtique eiusmodi pul-
uerum compositio, vltra duos men-
ses minime in sui conseruatione du-

rauerit, ideoque puluerum cordia-
lium compositiones omnes in sui
vltima perfectiōne vltra duos mē-
ses, minime perdurabunt, siquidem
virtutem habent, quam facile reso-
lubilem, tum, quia ex aromaticis cō-
ponuntur, tum etiam quia intenuif-
simum puluerem redactæ sunt, ve-
runtamen si pul. fabricatus fuerit,
ex simplicibus densam habentibus
substantiam & minime facile reso-
lubilem, huiuscemodi namque pul-
uerum compositionem ad. 6. vsque
menses in sui perfecta conseruatio-
ne perdurare posse, nō dubitauimus
vti ex rei ratione cōstat, quibus ha-
ctenus intellectis, superest disquire-
re quid suffuf, & pul. fuerint, siqui-
dem

Puluerū
cordialium
conseruatio

dem de eis in præsentia nostra fuit
Puluis
quid. dissertatio. pul. igitur, reductio est,
vnius vel plurium simplicium me-
dicamentorum per contritionem,
in tenues crassas aut denique me-
Suffuf
quid. diatas partes. Suffuf autem compositio
puluerum est, simplicium medi-
cam. intenuissimum per trituram
puluerem reducta sicuti est alcohol
ideoque quid alcohol sit declarare
expedit. est igitur alcohol, pul. inte-
nuissimas partes reductus qualis il-

le est qui formam sequitur atomo-
rum in lancea solis existentium, cō-
siderandum autem est, quod suffuf,
& sief, quantumuis puluis tenuissi-
mus fuerit, inter se differunt, ea nē-
pe ratione quia sief pul. subtilis, re-
ductus est, ad trochisci figuram ha-
bentem nempe cum pedonas caro-
rum, similitudinem, differunt ergo
suffuf, & sief, siquidem suffuf talem
formam, & similitudinem, nō re-
fert.

DE PILLVLIS.

- 1 Pillulæ alephanginæ.
- 2 Pillulæ stromaticę.
- 3 Pillulæ aggregatiuæ.
- 4 Pillulę eupatorij.
- 5 Pillulæ rhabarbari.
- 6 Pillulę alchechengi.
- 7 Pillulę ad antiquas febres.
- 8 Pillulę indę.
- 9 Pillulę alandahal.
- 10 Pillulæ de sarcocola.
- 11 Pillulę fætidiæ.
- 12 Pillulę de serapino.
- 13 Pillulę euphorbij.
- 14 Pillulę mezereon.
- 15 Pillulę de lucif. ma.
- 16 Pillulæ de lucif. min.
- 17 Pillulæ de agarico.
- 18 Pillulæ ad febres biliosas.
- 19 Pillulæ diarrodon.
- 20 Pillulæ de turbith.
- 21 Pillulæ lapidis lazuli.
- 22 pillulæ hieræ. simp.
- 23 pillulæ hieræ. comp.

Predictę igitur pillularum com-
positiones, & reliqui sibi similes, in
sui vltima duratione per sex men-
ses conseruantur, & non vltra, ex-
ceptis aureis, & sine quibus esse no-

- 24 pillulæ de benedicta.
- 25 pillulæ aloes.
- 26 pillulæ arabicę.
- 27 pillulę afageret.
- 28 pillul. masticeę.
- 29 pillul. lapidis Armeni.
- 30 pillul. ad oēs catharri morbos.
- 31 pillul. de bedelio.
- 32 pillul. opopanacis.
- 33 pillul. colocinthidis.
- 34 pillul. hermodatilorum.
- 35 pillul. sebelinę.
- 36 pillul. fumaricę.
- 37 pillul. vichichię.
- 38 pillul. arteticę.
- 39 pillul. sine quibus esse nolo.
- 40 pillul. aureę.
- 41 pillul. cochicę.
- 42 pillul. ante cibum.
- 43 pillul. de quinq; generibus mi-
robolan.
- 44 pillul. storacis.

lo, quę per annum conseruantur,
necnon & de aromatibus, siquidē,
nō nisi semel in anno fabricari pos-
sunt docente Saladino. quæ deniq;
in magdaleonum aut trochiscorū
forma

forma licet maiori, parāde sunt ita ut magdaleonum quodlibet vnus vnitiā pondere conflatum fuerit ut eius virtus probe conferuetur, nam que si in pulueribus reseruentur, minori tempore durarent, propter virtutis resolutionem, ideoque remisse operationem efficient, vnde pillularum compositiones minime in forma puluerum sunt adseruandę nisi in forma prædicta non duram nec nimis mollem substantiā habenti, sed quodammodo mediā: vti. 2. li. 10. capite exposuimus, quibus explicitis sequitur exarandum qua ratione huiuscemodi pillularum compositiones inuentæ fuerūt quandoquidem electaria sint composita, quæ eisdem humores quos & pillulæ euacuant, & tādē vnde dicantur pillulę & quid fuerint, ideoque pillularum compositiones inuentas fuisse credo, quia cum variz fuerint, egrotantium naturę, id circo varias medicamentorum compositiones, inuētasse fuit opus: sunt vtique naturę quædam, quæ pharmacum in forma liquida deuorare nequeunt aliæ vero sunt quę idem in forma solida transg'utire possunt: quare pro diuersis ægotantiū naturis, necessariū fuit diuersis modis parare medicamenta. Aliā etiā ob causam pillularum compositiones inuentæ fuere, videlicet vt molestantes humores à remotis totius corporis partibus traherentur: trahuntur quidem humores pillularū ratione, à remotioribus partibus quam electariorum causa, & ratio est, quia à somptis pillulis diutius in ventriculo morantur, quam electaria, ideoque maiorem humorū attractionem efficient, fluida tamē

antidota quia citius ab stomacho descendūt minorem attractionem efficiunt qua propter, liquida solutiua medicamenta, non sunt tantę efficacitę ad trahendū humores, quā tā sunt pillularum compositiones quę in forma solida exhibētur, ex quibus sequitur, quod medicamenta solutiua, quę in forma liquida exhibentur, minime multo ante quā exhibēda fuerint, dissoluēda sunt. ne eorū virtus resoluetur, propter fluidam & raram substantiam quā acquirūt: vnde damnādu est, quorundam vsus qui assuescunt expurgantes potiones, præcedente nocte ante auroram dissoluere vt matutino tempore deuorētur: quia nō ita efficacius operantur, ob virtutis exhalationē, vnde etiā sequitur quod pharmaca solutiua, in forma solida parata, nequaquam imbecillam facultatem habentibus exhibenda sunt, quoniam ad actum eadem reduci non possunt. efficient ideo, in corporibus anxietates maximas, & multas alia praua sint homata, quæ ex non consequuta pharmacorum operatione prouenire solent. Superest iam vnde pillularum compositiones, suam duxerint originē declarare, dicuntur ergo pillulę à pillo seu pistillo, eo quod priusquā in sui perfectione parentur, pistillo siue pistillo eas pistando multo tempore laborantur, quare pillulas dicendas esse censeo, vel aliter quia pillulæ in parua spherulæ forma, in sui exhibitione parantur, vnde quia rotundam formā, sicut & parua pillæ ostēdunt, pillulę dictæ fuerunt, ex quibus sequitur ipsarū pillularum definitio perspicua, & clara

Pharmaca solutiua in forma solida debile facultate habentibus non sunt exhibenda.

Pilluleum de dicatur

ra: satis. Multi denique sunt qui in harum pillularum administratione, in parem numerum sequuntur, ita vt sepe exhibent tres, aut quinque. 7. vel. 9. nō autē duas aut. 4. vel denique. 8. &c. Quam sane opinionem iocosam quidem & risu dignam censeo, dummodo earum pillularum mensura integra atque perfecta dosi exhibeatur, ideoque expediens est, declarare an exhibēda numero pari aut impari fuerint pro cuius rei maiori declaratione explanandum venit, eorum numerum, vter perfectior fuerit, impar scilicet, aut par, quod autem numerus impar perfectior, pari fuerit, nō dubito, idq. ex diuina essentia. primum probo quę quidem in impari numero consistit, nempe patre & filio & spū sancto, hæc enim tres sūt personę ternario numero consistentes & vnica essentia diuina, sed essentia diuina in pari numero consistit, erit ergo numerus impar, ipso pari perfectior. Item etiam Pythagoricorum sententia, id comprobatur, qui vtique rem perfectam appellarunt, impari videlicet numero determinatam, principio nempe medio, & fine, principium hercle, medium, & finis, numerus est impar, quare & ipso pari, perfectior, idem etiam ex philosopho demonstratur, lib. 1. de cæl. & mund. cap. 1. vbi perfecta in ternario numero consistere docet, ideoq. corpus perfectum censet trina dimensione conflatum, longitudine scilicet, latitudine, & profunditate, sed hæc numerum impar constituunt: quia ternariū. numerus ergo impar perfectior erit quā par, item etiam totū vniuersum perfectum esse, est necesse,

Pillule an numero pari aut impari exhibende sūt.

Impar numerus perfectior est quā par.

sed vniuersum trina quemadmodū & corpus dimensionem conflatur, numerus igitur impar perfectior quam par censendus erit: nec immerito quidem totus mundus vniuersum dictus fuit, siquidem in eo vniuersa omnia versantur ideoque mundus vniuersum appellatur. Quibus prælibatis eruntne pillulæ numero pariam impari administrandę: pro cuius rei solutione, distinguendum est, aut pillulę dantur numeri respectu, aut rei medicę gratia, quare si respectu numeri exhibuerint, eas quidem impari numero exhibendas esse censemus, siquidem numerus impar, ipso pari est perfectior, semper vtique perfectioribus vtendum est. At vero si medicę causa atque industria propinetur, parum interest, si pari aut impari numero exhibeantur, dummodo in debita ac conuenienti dosi administrata fuerint, quod vtique rei medicę vasis, & fundamentū est, non numerus, erit igitur in re medica, dosi à medicis consideranda magis, quam numerus, numerus enim nobis tantum considerandus est, pro pillularum comensuranda dosi aut forsam propter ægotantium naturam & imaginationem, imaginatio vtique non parum cōfert ad ægotantiū sanitatem comparandam, siquidem alterare corpus, ac permutare potest, imaginatio namque, ac fiducia boni, & periti medici multum ægotantis corpus & animum ad sanitatem mouent, gnotui vtique ego quemdam hominem sola imaginatione in longam incidisse ægritudinem, imaginatione namque vehementer humores, & spiritus concitantur ad motum, & alte-

In pillulo rū exhibitione quodammodo numerus impar est attendendus.

Imaginatō multū cōfert ad sanitatem.

alterationem suscipiunt, idque constat, vbi quispiam alicui acida aut alia forte, commanducare viderit, statim utique in eius ore mouentur humores, & spiritus illius rei. ratio ne ab altero gustate, & ob id repletur fere aqua os, illius rei gustate imaginatione, ad quam ergo similitudinem imaginatio in morbis co-

citauit humores & spiritus ad motum, & tandem eos alterauit, cuius alterationis causa, multoties sequitur eorum alteratorum humorum putrefactio, atque corruptio, vnde & morbus: ex quib' sequitur quod sola imaginationis ratione, aut diuidendę dosis in pillulis numerus nobis considerandus est.

DE CEROTIS.

- | | |
|-------------------------------|----------------------------|
| 1 Cerotum andromachi. | 6 Cerot. hyfopi Galeni. |
| 2 Cerot. diapenti. | 7 Cerot. diatesaron Gal. |
| 3 Cerot. Alexandrinum. | 8 Cerot. philagrii hyfopi. |
| 4 Cerotum refrigerans Galeni. | 9 Cerot. Pauli hyfopi. |
| 5 Cerotum de sandalis | |

DE VNGVENTIS.

- | | |
|--|----------------------------------|
| 1 Vnguentum diaphenicon. | 18 Vnguentum siricinum. |
| 2 Vnguentum nicodemi. | 19 Vnguentum egyptiacum. |
| 3 Vnguentum cerasum. | 20 Vnguentum triapharmacum. |
| 4 Vnguentum arthanitzæ. | 21 Vnguentum alphefiricon. |
| 5 Vnguentum de ligno. | 22 Vnguentum dialteę. |
| 6 Vnguentum alhariel. | 23 Vnguentum pompholigos. |
| 7 Vnguentum rosaceum. | 24 Vnguentum apostolorum. |
| 8 Vnguentum violaceum. | 25 Vnguentum ad vulnera antiqua. |
| 9 Vnguentum de papauere. | 26 Vnguentum citrinum. |
| 10 Vnguentum vasilicon. | 27 Vnguentum pomatum. |
| 11 Vnguentum bdelij. | 28 Vnguentum populeon. |
| 12 Vnguentum plumbeum. | 29 Vnguentum contra scabiem. |
| 13 Vnguentum de minio. | 30 Vnguentum Aragon. |
| 14 Vnguentum marciaton siue marcianum. | 31 Vnguentum agripeum. |
| 15 Vnguentum philiagrios. | 32 Vnguentum resuntibum. |
| 16 Vnguentum aureum. | 33 Vnguentum lithargirij. |
| 17 Vnguentum de cerusa. | 34 Vnguentum album. |
| | 35 Vnguentum fuscum. |

DE EMPLASTRIS.

- | | |
|--|----------------------------------|
| 1 Emplastrum diachilõ. idest de succis. mag. | 3 Emplastrum de granis lauri. |
| 2 Emplastrum diachilõ minus. | 4 Emplastrum ventriculi confort. |
| | 5 Emplastrum de galia. |

- | | |
|----------------------------------|----------------------------------|
| 6 Emplastrum andromachi. | 12 Empla. diaphenion. Alexandri. |
| 7 Emplast. sinapismum. | 13 Emplast. Alexandrinum. |
| 8 Emplast. apostolic. chirurgic. | 14 Emplast. ad aristarchum. |
| 9 Emplast. de fermento. | 15 Emplast. oribasij. |
| 10 Emplast. filij Zachariæ. | 16 Emplast. de meliloto. |
| 11 Emplast. diaphenicon. | 17 Emplast. contra rapturam. |

Hactenus ergo de medicamentorum duratione declarauimus que intrinsecus administrantur, in presentia vero de compositionibus, que extrinsecus applicatur, interpretatur, que tamē etiā si precedenti tabella, nec omnes enarrarint, versiculis sequētib' vniuersa omnibus, perspicua, & manifesta satis fiet, vnde notitiā habebim' integrā eorū me. que extrinsecus applicatur.

Embroscha. Tunc embroschamus, cum membra liquore rigamus.

Cathaplasma. Tunc cathaplasma facis, cum succum ponis, & herbas.

Epithema. Dicitur epithema, de succis vincto pura.

Saculum. Membraq; facelas, saculo pleno medicinis.

Sinapismum. Si puluis iacitur, proprie sinapismum vocatur.

Sufumigium. Si fumosa recipis, est efumigatio dicta.

Emplastrum. Dicitur emplastrum, quæuis confectio dura.

Fomentum. Gum spongiis madidis, fit fomentatio sola.

Vnguentum. Vnguentum faciunt, oleum, & cera cum speciebus.

Fricatio & scarificatio. Summa perfricamus, sed infima, scarificamus.

Duratio-
ni tempus

Prædictę utique compositiones magna ex parte ad annum vsque conseruantur, licet marcianum vnguentum, & populeo, ex plateario, ad. 3. annos vsque in sui conseruatione perdurare possunt, dialteę vero vnguentum, vsque ad duos, aureum denique ad. 4. vsque. Quibus habitis quandoquidem de ceratis perstringimus, dicendum superest quid sit ceratum, & quare dicatur: ceratum igitur compositio quedam est, ex oleis adipibus, & pulueribus siue cremoribus, vel deniq; quibusuis aliis liquoribus, cera fabricata, pro quibus componendis. vntia vna ceræ pro duabus olei est apponenda, ideoq; compositio remanet dura ceræ nepe substantiam referens

Ceratum
siuiceratū
quid.

quantitas
cere pro
componendis
ceratis.

ita ut medium quoddam inter vnguentum & emplastrum teneat, dicitur deniq; cerotum a cera qua fabricatur, dicitur aut vnguentum, ab vngendo, quia eo vngimur, quot molis compositio fuerit, que ex oleis, pinguedinibus, cremoribus, pulueribus, cera aut sine ea fabricata ex versiculis constat, e quibus etiā quid emplastrum fuerit patet quanta deniq; cera preparandis vnguentis, siue ceratis aut emplastris apponenda fuerit ex Gal. atque Paul. e gine. lib. 7. c. 17. de simetria ceræ ad oleum petendum erit vbi preparandis vnguentis quatuor olei partibus, vna ceræ admiscere iubet, pro ceratis vero duabus olei vna ceræ, pro emplastris denique æquis partibus fieri debent.

quanta ce
re quanti
tas p cōpo
nēdis un
guentis. si
ue empla
stris atque
ceratis a
ponēda sit

Lib. 3. de
cōp. phar.
loc. c. 61.

DE OLEIS.

- | | |
|---------------------------|----------------------|
| 1 Oleum amigdalarum. | 3 Oleum de auclanis. |
| 2 Oleum amigdalarum amar. | 4 Oleum de nucibus. |

S oleū

- 5 Oleum chrifomilinum.
 6 Oleum persicinum.
 7 Oleum de granisbem.
 8 Ole. ð cheua alias ð catapu. ma.
 9 Olium de chartamo.
 10 Oleum de nuce indica.
 11 Oleum de cerasis.
 12 Oleum almahaleb, idest de granis cerasearum. silu.
 13 Oleum de granis citri.
 14 Oleum siticinum.
 15 Oleum laurinum.
 16 Oleum de granis viridibus, hoc est de fructibus therebinthi.
 17 Oleum de stincho.
 18 Oleum de balsamo.
 19 Oleum sisaminum.
 20 Oleum lineum.
 21 Oleum de granis papaueris.
 22 Oleum seminis lactuce.
 23 Ole. seminis cucurbitæ citruli.
 24 Oleum rosaceum.
 25 Oleum camamelinum.
 26 Oleum violaceum.
 27 Oleum anetinum.
 28 Oleum irinum.
 29 Oleum lylij alb.
 30 Oleum sambucinum.
 31 Oleum de cheiri citrina.
 32 Oleum de papauere.
 33 Oleum lactuce.
 34 Oleum meliloti.
 35 Oleum nimphæum.
 36 Oleum de cucurbita.
 37 Oleum cotoneorum.
 38 Oleum myrthinum.
- 39 Oleum de pomis.
 40 Oleum elenij.
 41 Oleum cinamomi.
 42 Oleum fabinæ.
 43 Oleum pulegi.
 44 Oleum rutaceum.
 45 Oleum omphacium.
 46 Oleum moschelinum.
 47 Oleum caparrorum.
 48 Oleum lentiscinum.
 49 Oleum ypericonis.
 50 Oleum nardineum.
 51 Oleum mastichinum.
 52 Oleum stiracinum.
 53 Oleum costinum.
 54 Oleum de alchana, idest ciprinum.
 55 Oleum samplicinum.
 56 Oleum mezereon.
 57 Ole. alhasech, idest sericinum.
 58 oleum cucumeris asinini.
 59 oleum de pomis citranguli.
 60 oleum de croco.
 61 oleum de piperebus.
 62 oleum castorinum.
 63 oleum vulpinum.
 64 oleum scorpionum.
 65 oleum serpentinum.
 66 oleum de ranis.
 67 oleum de ouis.
 68 oleum de frumento.
 69 oleum sinapium.
 70 oleum iuniperi.
 71 oleum faxinum.
 72 oleum de gagatis.
 73 oleum philosophorum hoc est de lateribus.

Siquidem oleum genera, varia & diuersa sunt, eorum ideo quædam per expressionem conficiuntur, qualia sunt, amigdalinum, chrifomilinum, sisaminum, &c. Alia sunt quæ per impressionem fabricantur, vt sunt rosaceum, anetinum, camemelinum.


violaceum, &c. Intelligo utiq; impressione olea fieri, quasi infusione, videlicet quando cuiuscumque infusionis rei virtus relinquitur facta impressione in rei materia qua infunditur, videlicet sicut quando rosarum virtus impressione facta infu-

infusionis ratione, in oleo communi, relinquitur, & sic dicendum est de violaceo oleo, & de singulis. *Olea triserialia fabricantur.* alia tandem olea per resudationem fiunt, qualia sunt oborum frumenti, atq; iuniperi, &c. Intelligo enim olea per resudationem fabricari, quæ do calor virtute & facultate paratur, vt itaque rei virtus extrahatur vt de frumentaceo oleo, necnō & ouorum constat, huiuscemodi sane olea, vi calor fabricatur, vt patet: *Oleorum conseruatio.* Oleorum igitur omnium conseruatio, iam explananda: sequitur, pro quorum conseruationis exacta intelligentia, quædam distinctione vt mihi videor, videlicet, aut ea temperata iudicatur, aut calida vel demique frigida: quare si moderata censeantur, qualia sunt amigdarum, d. & sisami olea, &c. Hæc utique vnicomense, à sua expressione in sui perfectione perdurabunt, & nō amplius, & ratio est, quia post mensem rancidi fiunt vt constat: vnde & virtutem admittunt, moderatam, quare nec ultra mensem in sui perfectione integra conseruantur. Si vero calida fuerint, distinguendum quoque est, videlicet, aut sunt primo ordine calida aut aliquo alio si ordine calida fuerint, vt sunt camemelum, susinum, idest, liliorum alborum, & de cheiri citrina, &c. Huiuscemodi sane olea & reliqua eiusdem nature, per annum integrum in sui perfectione perdurabunt, & nō ultra, ne propriū temperamentum & sui naturam amiserint, si vero ultra primum gradum calida fuerint

vt sunt oleum anetinum, irinum, de spica, costinum, fiberinum, rutaceum &c. Hæc sane per duorum annorum in sui perfecta duratione permanent, medicamenta utiq; temporis antiquitatis ratione, calida fiunt, aut si frigida fuerint, frigiditatem amittunt, sed oleis calidis, in affectionibus frigidis vtimur, non ergo olea si calida querenda sunt, damnanda erunt, si antiqua fuerint, dummodo non componantur ex rebus quæ temporis antiquitatis ratione suam virtutem admittunt, vnde ex multorum sermone dictum fuit, quod olea calida ultra secundum gradum quæto antiquiora fuerint, tæto meliora censenda sunt. hoc tamen intelligendum est, ante aquam virtus rei ex qua conficitur tale oleum, resoluatur, olea autem quanto antiquiora fuerint tanto meliora tunc censenda sunt, quando simpliciter absq; rei mixtione calida, necessaria fuerint, at tamen si olea frigida fuerint, vt sunt rosaceum, violaceum, minpheum, citoniorum, myrthinum &c. Huiuscemodi sane olea, & consimilia, per integrum annum in sui perfecta duratione conseruantur, & nō ultra, ideoque singulis annis renouanda sunt, ea namque ultra annum rancescunt, & frigiditatem, & propriam sui temperaturam remittunt, vnde vt in sui vltima perfectione censenda fuerint, vnicom anno conseruanda sunt.

Finis.

S 2 CV



CURIOSI ANTONII AB

Aguilera doctoris de varia, vacua

DI RATIONE. LIBER OCTAVVS.

¶ De exquisita, in morbis victus ratione. Caput. primu.



Riusquam de

euacuandi ratione mediferturum existimarim, de exquisita, & debita in morbis victus ratione, iure optimo interpretandum censui: siquidem pro medendis morbis, ratio victus euacuationem precedit, in curandi vtique methodo, ante aquam medicamentorum vsu, vsi fuerimus exquisitam victus rationem constituere expedir, quae sane doctrina ex Cornelio Ceiso, Asclepiadis testimonio docetur, dicente, agrotum legitima victus ratione prius guernadum esse quam medicamentorum vsu vtendum, quam sane doctrinam ex Platone etiam colligimus in thimeo, vbi inquit, morbi precipue legitima victus ratione guernadi sunt: ex quibus sequitur quod prius & tutius quidem pro curadis morbis est exquisita victus vtique ratione quam medicamentorum vsu conandum quam denique doctrinam eruditissimus Marsudus quoque laudat lib. 6. epistolarum. 2. vbi inquit, vi-

Li. 5. pro hemio.

ctus ratio medicamentorum vsu precedere, ac prestare dicitur: vnde quidem nec immerito de exquisita pro medendis morbis victus ratione, dissertandum censui, trifariam igitur legitima victus ratio consideranda nobis est, videlicet prout triplex alimentum ex Galeo summitur, scilicet plenum, modicum & tenue qua pro re, quid plenum alimentum sit explanandum sequitur, Plenum igitur alimentum hoc est plena victus ratio est, quae facultatis robur adauget, modicum vero alimentum siue moderate victus ratio illa est, quae virtutem conseruare valet, tenue denique alimentum siue tenuis victus ratio illa nobis intelligenda est, quae virtutem minuit, atque debilem eam producit, non vtique in curandi ratione fieri potest, quin multo, siue pleno, modico, aut tenue alimento, vt videamur, ideoque eadem victus ratio multa, aut moderata vel tenuis, nobis censenda est, aliter etiam victus rationibus considerare potest (docente Galeo) scilicet tenuis simpliciter, aut in extremo tenuis, aut tenuis si-

Li. 1. aph. com. 4.

Victus ratio triplex

tenuis simpliciter vtique ratio

tenuis si-

tenuissima simpliciter, vel tenuissima in extremo. tenuis ergo simpliciter victus ratio, ea nobis censenda est, vbi per pauca aut parum nutriencia edulia, cibum exhibere tetauerimus, sicuti quando prisenae cremorem propinamus, dummodo in pauca quantitate eum exhibuerimus, eo quod dum in pauca quantitate eiusmodi cibus assumitur, extreme tenuis victus ratio censenda est: tenuissima autem simpliciter victus ratio, ea nobis intelligenda est: quando quidem mellicrato aut aliquo consimili nutrimento vti eligerimus, tenuissima denique in extremo victus ratio ea erit intelligenda vbi integram in diem seruauerimus, quae vtique in morbis seruanda est, quibus maximus vigor & crisis quatuor primis diebus futura est, dummodo tamen natura suffecerit, & robusta satisfuerit, quae igitur victus rationis methodus, pro acutis medendis morbis nobis consideranda erit vt recte intuenti fiet perspicuum satis. Quibus habitis trifariam denique victus & in deficiens ratio nobis constituenda est, videlicet aut respectu agrotantis virtutis, vel respectu morbi constitutionis, vel denique particularium accessionum gratia, ideoque primum victus rationem, quae agrotantium virtutis respectu consideranda est enodauimus tandem autem eam, quae morborum constitutionem sequitur, denique vero eam quae particulares accessiones mensurat, hanc enim quaelibet plena, aut modica, vel tenui victus indiget ratione, vt inferioribus fiet nobis perspicuum satis, victus itaque ratio ag-

Tenuis vtique ratio extreme mo.

agrotantium virtutem respiciens, dum virtus agrotantium virtutis respectu. simpliciter nobis consideranda est, prout bifariam nobis iudicatur (docente Galeno lib. 1. aphorism. com. 17) debilis scilicet, siue languida, et fortis seu valida, si ergo agrotantium virtus debilis fuerit, dupliciter consideranda est, videlicet, cum humorum defectu simul, aut absque eorum defectu, quare si cum humorum defectu simul contigerit, tunc modicum alimenti, & sepe propinandum erit, modicum enim quia, virtus est debilis alimenti simul multitudinem sustinere non potes, ideoque virtuti languide modicum debetur alimentum, postquam tantum cibi indulgendum est, quantum natura ferre possit, saepe vero eo quod eiusmodi dispositio, multis indiget: siquidem defectus adiectionem exigit. Si autem debilis eadem fuerit virtus absque humorum defectu, & cum ipsorum redundantia, tunc vtique, modicum alimenti exhibenda erit, raro tamen, modicum quidem exhibendum est, vt proportionetur virtuti debili, raro vero quia talis dispositio, multis non indiget, siquidem tunc nullus adest defectus adiectionem exostulans, imo potius tunc oportet, pretermittere vacare naturam circa eius cibi quantitate coctionem, quam ipsam denuo aliis grauare, quod nullibi faciendum consulor, ne suffocetur natura, nimia ciborum quantitate. Si denique virtus fortis siue valida fuerit, dupliciter etiam considerari potest, videlicet, aut vna cum humorum defectu, vel cum ipsorum plethorica dispositione, igitur si ea contigerit va-

lida ad inueniri cum humorum defectu simul, multum tunc & sæpe alimenti exhibendum est, multum quidem vt proportione tur ipsi virtuti quæ valida est, vbi simul multitudinem concoquere valet, sæpe vero, eo quod defectus simul adest adiectionem exigens. Si denique eadem virtus valida satis fuerit vna cum plethorica dispositione, tunc non multum, sed modicum & raro alimentum exhibendum erit, modicum enim quoniam fortis virtus plethorica dispositione grauatur, vnde & suffocatione quodammodo laborat, cuius ratione tunc melius est modico vti alimento, quam multo quantumuis valida satis natura fuerit, eo quod eo tempore melius est sine re naturam, versus plethoricæ dispositionis consumptionem, quam ipsam magis ciborum frequentia grauare, raro denique vtendum erit, quia eiusmodi dispositio, multis non indiget, siquidem nullus adest defectus, & hæc pro exquisita victus ratione virtutis, egrotantium respectu declaranda dicta compendij gratia sufficient.

Morbi cōstitutio.

De ea victus ratione, quæ morborum constitutionem insequitur in presentia dissertandum venit, nos itaque per morbi constitutionem intelligimus, morbum esse acutum, aut per acutum, vel longum, aut denique in suo vigore consistentem, autore Galeno lib. primo aphorism. com. 12. in morbis igitur, acutis forti existenti natura, simpliciter tenuissimo victu vtendum est, at vero si fortasse naturæ robori non satisfideri-

mus, tenuem simpliciter victum adhibebimus, vt itaque natura perdurare sufficiat, & ne in animi deliquium prolatur. In morbis autem peracutis in quibus maximus eorum vigor quarto primis diebus futurus iudicatur, aut iudicatio futura est, tunc vtique tenuissimo in extremo victu vtendum erit, dummodo tamen natura suffecerit, ad morbiisque vigorem perdurare: Coniectari autem oportet inquit Hippocrates: an eger sufficiat perdurare cum victu, donec morbus consistat, in huiusmodi vtique per acutis morbis, tenuissimo victu ex arte vtendum est docente Hippocrate lib. 1. aphor. 4. & 7. dicente, vbi morbus per acutus est: statim extremos labores habet, ideoque nunc extreme tenuissimo victu vtendum est, in morbi autem consistentia: tenuissimo extremo victu quoque vtendum est, eodem docete Hippocrate ob casuum magnitudinem, tunc etiam ob morbi coctionem, quare Gal. melius esse dixit, morbo in suo vigore consistente prætermittere vacare naturam, circa morbi coctionem, quæ ipsam distrahere, circa cibos receter assumptos consistendos, in summa enim morborum acutorum quales fuerint, qui victu tenuissimum in extremo exigunt, & qui tenuem simpliciter, ex Hippo. plane satis li. de victus ratione in morbis acutis declaratur, & ob id mihi non de hac ratione amplius: in morbis quidem longis, minime tenui alimento vtendum est, docente Hippo. 1. lib. apho. 4. vbi inquit. victus tenuis atque exquisitus, in morbis quidem longis semper, in acutis vero in quibus non conuenit periculosus

In acutis morbis vti aus nobis obseruanda ratio.

li. 1. apho. 8.

opor

oportet potius in eisdem morbis, victu moderate pleno vti quam tenui siquidem in longis morbis, vires fouere oportet, testante Gal. fouentur vtique vires moderate pleno alimento, postquam eius ratione augetur virtus, moderate ergo alimento pleno, in morbis longis vtendum erit. Eam victus rationem, quæ in febribus, tam continuis quam intermittētibus spectatur declarare censeo, febrium igitur aut sunt, ephæmeræ aut sunt continentes, siue cum putredine sinochæ, in omnibus itaque; fere æphemericis febribus, omnino à cibo abstinendum est, tum quia breui tempore terminantur, tum etiam, quoniam in accessionibus cibum dare nocuum est, dixi vtique notanter fere in omnibus, quoniam in illis, quæ excitantur in corpore videlicet natura calido, minime à cibo abstinendum omnino est, sed potius tunc, eius febris principio, cibare oportet, ne ægrotus in humoralem & acutam febrem migravit, doctrina sane est, quam nos docet Galenus lib. 10. meth. therap. cap. 5. vbi inquit, nisi quis calidiorē, ac sicciorē naturam statim cibare, quam citissime ephæmera febris in putridam & malignam aliam commutatur, calidis hercle & siccis naturis, res adeo media aduersissima est, ac non febribus paratissima causa incidendum, & ob id minime huiusmodi naturæ, diari à febre laborantes, nequaquam cibo abstinendæ sunt.

Continentes, incrementum suscipientes aut decrescētes, aut eundem tenorem seruantes, quare si incrementum suscipientes fuerint, consideran-

dum est an virtus constet, necne, virtute namque constante, alimento tenui vtendum erit, si vero ægrotus viribus non valuerit, modico quoniam eo virtus conseruabitur, & morbus minime incrementum, suscipiet, quæ vtique victus rationis methodus, in decrescētib; & in eodem tenore consistentibus febribus, nobis seruanda erit.

Rursus igitur ipsarum febrium aut sunt continuæ, aut interpolate si continuæ fuerint, aut sunt quotidianæ, aut tertianæ, aut quartanæ quare si quotidianæ fuerint, à principio eius febrilis morbi vsq; ad consistendi tempus, alimento vtendum est pleno videlicet, vt ægrotus perdurare sufficiat, donec morbus consistat, & concoquatur: siquidem longus fuerit, in ipso denique consistendi vigore, ab ea victus ratione abstinendum est, ne distrahatur natura, & ob id tenuissimo victu, tunc vtendum est, in declinatione autem non tenui vtendum erit victu, sed paulo pleniori, correspondenti nempe ad augendæ virtuti, vt ægrotus refocillari amplius possit, considerandum tamen est quod in huiusmodi febrium particularibus exacerbationibus, minime cibus exhibendus est, sed quando cessant, aut omnino declinauerint, docente Galeno li. 1. aphorism. com. 11. vbi inquit, in febribus minime cibus propinandus est, nisi cum febres declinationem susceperint. Si vero tertianæ continuæ fuerint in principio vsq; ad morbi consistentiam, nullo obstanti modico alimento vti expedit, quia morbus acutus est, ideoque cito terminabilis. vt itaque confer

uetur ægrotantis virtus, & perdu-
rare sufficiat, & tandem in ipso vi-
gore, tenuissimo quoque victu vtē
dum erit, tandem vero virtutem re-
focilauimus, victu ipsi virtuti cor-
respondenti. Cōsiderandum tamē
est, quod in particularibus huiusce
morbi exacerbationibus eadē me-
thod^o, quæ in prædicto febrili mor-
bo seruat, in præsentia seruanda
erit. Si vero quartanæ cōtinuæ fue-
rint, considerandum est, quādoquī
dem morbus fuerit lōgus, quod eā-
dem methodum, in cibandi ratione
quam in quotidiana continua pro-
posuimus, in præsentia seruare tene-
mur.

In febribus inter-
mit uictus
ratio ob-
seruanda.
Sequitur igitur, victus rationē,
quæ in febribus intermittētib;
seruanda est, declarare, ideoque in
quotidiana intermittente, duplici-
ter victus ratio, eius morbi respec-
ctu, assignanda est, videlicet, aut in
ratione totius morbi, aut in ratio-
ne, cuiuslibet particularis exacer-
uationis: quare si in ratione, totius
morbi consideretur, à principio ad
sui vsque vigorem, moderate pleno
alimento vtendum erit, vt facultatis
robor conseruetur, & morbus
incrementum non suscipiat.

Quoniam morbus longus est, ob-
pituite nempe qualitatem quæ fri-
gida & crassa est, frigidum vtique
& crassum difficulter concoquitur
ac ad expulsionem disponitur, ideo
que morbus à frigido & crasso hu-
more obortus ex sui causæ ratione
& non malitiæ, longus nobis cēsen-
dus est. cū igitur huiuscemodi mor-
bus, in sui vigore consistit, pro-
portionali alimento tenui, vt undū
erit, ita vt morbum non ad augeat,
& virtutem conseruet, postmodum

vero, paulatim, moderatori victu
naturam reficere oportet, vsq; ad
morbi declinationem. Respectu tā-
dem, cuiuslibet particularis acces-
sionis, si victus ratio constituenda
est, vt in ipsa accessione, & quādo
nō multo post à futura est, minime
cibus exhibendus est, autore Hipp.
& Gal. Sed vbi febris ipsa integrā
remissionem receperit, aut saltem
nō veram: quoniam tunc refocila-
tur natura, & morbus augmentum
nō recepit, dictum iam enim est, in
accessionis à cibo abstinendum esse
quod regulariter: & dummodo id
natura ferre possit intelligendum
erit. Si igitur interpolata fuerit ter-
tiana, duplici quoq; ratione victus
constituenda est, scilicet, aut in ra-
tione totius circuitus morbi, aut in
ratione cuiuslibet particularis exa-
cerbationis, totius morbi respectu,
ita victus ratione constituenda est
vt à principio ad sui vsque tempus
consistendi, aimento modico vtē-
dum est, siquidem morbus breuis
est, ideoque modicum alimentum
sufficiens erit, donec morbos con-
sistat, idemque virtutem conserua-
bit, & morbum nec accenderit, tan-
dem vero pro medici arbitrio refo-
cilanda natura est, debitam victus
rationem constituendo, in qualibet
autem huiusce morbi particulari
exacerbatione, haud aliter quam in
quotidiana intermittente febre, vi-
ctus ratio obseruanda est: habita ta-
men ratione, cuiuslibet morbi vi-
ctus rationis: in quartana denique
intermittente, quandoquidem mor-
bus longus fuerit, ex prædictis, eius
exquisita victus ratio colligitur, &
ob id de ea mihi non amplius. Qui-
bus autem intellectis, consideran-
dum

Li. 1. aph.
11. & li. 7
apho. 7.

Consuetudo multū
potest ad
omnia.

dum est, quod prædictis omnibus
ægrotantis natura, & consuetudo,
præsupponenda est, quam vtique pro
medendis egris, in cibandi ratione
haud exigua diligentia cōsiderare
tenemur, sicuti ex Hipp. docentur
lib. de vict. ratione, in morb. acutis
vbi inquit, cōsuetudo multū ad om-
nia potest, ideoq; eam ægrotantis in
victu nō tātū verū etiā & in potio-
ne cōiungere oportet, quicumq; enim
multam ciborū copiā ingerere con-
sueverunt, hii difficulter abstinē-
tiā ferunt, quā forte si obseruarint
ad extremum tenuitatis deuenire
non dubitabo, ideoque in his eorū
consuetudo, consideranda est, ne
ad extremū tenuitatis quod graue
est fortasse ægrotus peruenerit, mi-
nime vtique. docente Hipp. cōpres-
siones ad extremum ducendæ sunt,
siquidem graue periculum est, sed
qualis fuerit natura eius qui debet
pettere, ad hoc ducere conuenit,
consideranda ergo ægrotantiū con-
suetudo, circa victus rationem erit
ne ægrotantes ad extremum tenui-
tatis peruenerint. Vnde sequitur
quod sicuti ad extremum tenui-
tatis peruenire periculosum est, erit
etiā plus iusto atque consueto ci-
bum ingerere, post quam vbi cum
que cibus preter naturam ingestus
est, morbum facit, docente Hipp.
atq; Aristotele ne igitur magis ne-
que minus quā pro rei ratione exi-
gitur cibum indulgerimus, consue-
tudinē atque ægrotantis naturā
considerabimus, quā propter pro-
curandis ægrotis quilibet et inter-
rogandus est, an tempore sanitatis
& ex sui vsu, & consuetudinē, vo-
rax fuerit, vel nō, vt itaque eius na-
turæ, & consuetudinis vsu, debitam

li. 2. apho
17.
Li. 2. ethi
corum ca.
6.

ipsi victus rationem coniectaueri-
mus: hoc vnum autem animadu-
endum censeo, scilicet, quod ægro-
tantes absolute magis tenuis victus
rationi leduntur, quam paulo ple-
niori, quā obrem, vbi nec omnino
ægrotantis naturam, & consuetudi-
nem perpenderit, per paulo ple-
norem victus rationem cibum ex-
hibere præstat, si quidē huiuscemod-
di victus ratio minoris periculi at-
que erroris existit, docente Hipp.
lib. 1. Aphor. 5. vbi inquit. In tenui
victu egrī delinquant: quo fit vt
magis ledantur. Quicumque enim
error committitur magnus, maior
in hoc fit, quam in paulo pleniori
victu. Erit ergo tutius, per paulo ple-
norem victus rationem ciuare,
quam tenui vti victu.

De locis in morbis,

Cap. 2.

Postquam exquisitā in
morbis victus rationē
superiori capite expo-
suimus, expediens in
præsentiarum est, propria & deter-
minata loca, pro medendis morbis
declarare: quæ vtique non minori
ratione, quam victus ratio nobis
consideranda sunt, si exquisitam
curandi rationem, vt expedit in se
qui tenemur. Absolute igitur du-
plex locus pro medendis morbis no-
bis considerandus est, proprius sci-
licet siue dissimilis & improprius,
& similis. Proprius ergo & dissimi-
lis locus, ille nobis intelligendus est,
qui contrariam ab ipso morbo re-
tinuerit temperiem, & ob id dissim-
ilis, quāuis proprius dicitur, quia

Proprius
pro mor-
bis meden-
tis locus.

non confimilem cum morbo retinet temperaturam, proprie vtique contrariis, morbus est ambigendus Improprius autem & cōsimilis, pro medendis morbis, locus ille nobis censendus est, q̄ confimilē cū morbi natura téperiē habuerit ideoq. similis dicitur, quāuis improprius. Improprius autem dicitur, qui à nō recte similib⁹ morbus curatur, sed potius contrariis quatuor amplius pro curandis morbis constituenda sunt, haud prout quatuor sunt morbi in temperatura cōsistentes, quapropter si morbus calidus fuerit, locus in quo curandus est, frigidus eligendus erit: si autem frigidus fuerit morbus, calidus locus querendus est, & sic de reliquis dicendum erit. Animaduertendum tamen est, quod si forte naturaliter cōtrarius locus dari non possit, vt artificiose eum parare tenemur, videlicet loci regionem, rebus frigidis irrorādo quales sunt, aqua rosarū aut in tubi, vel earum succi, aut poscha, & reliqui confimiles liquores seu decocti frigidam naturam habentes: & confimili ratione locus calidus arte parandus erit, rebus videlicet calidis, quantumuis natura frigidus fuerit, huiusmodi vtiq. loci necessarii sunt, pro variis medēdis morbis, licet vnus tm̄ necessarius fuerit⁹, pro cōseruanda sanitate, temperatus scilicet, si autē quidam nec optima sanitate & temperatura fungerint, sed potius calida aut frigida, humidaue aut sicca, minime eiusmodi sanitas in simmetro ac temperato loco cōseruanda est sed suo contrario videlicet, vti si sanitas fuerit, ad frigidum inclinata, & humidum, ea cōseruanda erit,

calido & sicco loco, & ex cōsequēti, si ad calidum & siccum declinauerit, frigidus & humidus cōseruanda est, quæ sane doctrina ex Hipp. ^{Lib. 3 apho.} docetur, dicente. Naturarum aliarum quidem ad æstatem, aliarum vero ad hiemem bene aut male se habēt, cuius sententiam Gal. insequitur, dicens, ad æstatem frigida & humida nature, optime se habent, ad hiemem vero calida & sicca: sicuti etiam calida & sicca, æstate male afficiuntur: ita quidem frigida & humida hieme, vnde sequitur quod latitudinalis sanitas, ad calidum & siccum inclinata, minime cōseruanda erit temperato loco, sed suo moderate contrario.

De clysterium vsu.

Cap. 3.



Vando quidem de locis atque viciis ratione, in morbis hæten⁹ disseruimus, expediens in præsentia est, de varijs vacuandi rationibus differere, & primum de clysterium vsu interpretandum censui, quia in regulari medēdi methodo de ea vacuationi, quæ clysterium ratione fit, magna ex parte prius vtimur. clysteri igitur, docente Auicena, bona est & nobilis, in expellendo excrementa ab intestinis medicina, & in sedando renum dolores, & bescia, atque ipsorum apostomata, ac ægritudines colicę passionis, & in attrahendo superfluitates à principalibus & superioribus mēbris. Primum itaque considerandū est, quod eorum clysterium quidam sunt facultatem fortem habentes, quidam

Aduerte quantum fundamentū quoniā difficultate non vacat

quidam vero debilem, quidam tamen medio modo se habentem, alii etiam sunt nutrientes, & rebelendi facultatem, nec non & moliēdi habentes, aut ventositates resoluendi siue humores euacuādi dolores etiā sedandi, vel abstergendi, vel cōfortandi, vel restringendi, vel à remotis trahendi, calefaciendi etiam in frigidandi, humectādiue, aut deficiendi quibus itaq; intellectis, prius nūquā de earum aliquo vteremur, fundamenta aliquot, præsupponenda sunt, quorum primum est, quod quam debemus vti clysteribus fortibus in expellēdo materiam, quin prius ipsam concoctam esse censerimus: secundum fundamentum est, quod minime clyster administrandus est, cibus in ventriculo crudis manentibus, ne vtiq; intempestiue versus inferiora trahantur, adiecur videlicet, & intestina. Tertium fundamentum est, quod nunquā ad ministrandus clyster est plus iusto eorum namque frequentia redditur natura imbecilla, ob superfluam nepe euacuationem, aut assiduam eorum administrationem, doctrina sane est, quam Paulus docet, lib. 1. cap. 44. vbi inquit: non enim crebro clysterium vsus absque iusto tēporis interuallo administrādus est, ne natura eis perpetuo assueta vsu, vltione deiectionis sui muneris, obliuiscatur. Enemata ergo cū tēporis interuallo vtendū est. Quartum autem fundamentum est, quod nō tenemur vti valneo, quin prius præcesserit clystere, ne fiat in corpore agitibus humorum motus, quædam prata efficiēs in thomata. Quintum nobis obseruandum fundamentum est, quod ante sanguinis

missione multa in in testinis excrementorum retentione existente, te stante Paul. & Gal. clystere vtendum est: ne videlicet venæ quandā putridam excrementorum substantiam ab intestinis trahant: si vero in intestinis excrementa multa haud redundarint semper venæ, sectio ipsam clysterem præcedere debet, testante Hipp. Gal. Actio, nec non & Auicena, mille & innumerofis locis. Sextum considerandum est, quod si quis ob renum affectiones clysterizandus fuerit, vt supinus iacere debet, vt clysteris virtus ad renum vsque substantiam permeet. Quare considerandum est, quod si clyster ob intestinorum rationē administraretur, vt patiens pronus iacere tenetur, vt itaque in ipsis solū intestinis totius fiet, clysteris relectio, meliorem operationem faciens. Vltimū q̄ considerandū censeo est, q̄ vniuersaliter clysteres mane, aut vespere, administrandi sunt, quoniam tunc cōcoctio facta est nisi forte quædam irrecusabilis sese obtulerit necessitas ex quibus omnibus sequitur quod clysterium vsus ad multa vtiles & necessarius est & ob id nobis eius doctrina cōsideranda erit prædicto modo.

Pro interpretāda sanguinis missionis doctrina.

Cap. 4.



Quidam de sanguinis missione in præsentia nostra est dissertatio; priusquam eius doctrine explanationem agressus fuisset ab ipsa sanguinis definitione exordiri

li. 6 e 40 idē Gale. præfugio experientia, cōfir. ca. 5. 4. de ratione vult imor b. aut afo. 21. & 28. & 29 & 75 & 116. et 117. idē gal. præditis locis & li. 4. de tend. sani. col 7. & li 2. de cō pos. phar. loc. c. 6. i. de Aetius ser. 3. pri me par. c. 08 et ser. 10. secu. par. c. 17. idē Auicē. fen. 1. li. 3. tract. 3. c. et se. 1. li. 4. tract. 2. 2. 7. Aue rho. in cō trariū as serere uisus est. li. 7. col. c. 1. quē sicuti paul. e gi neta intel sigēdū cē seo, ut itaque a præ dicta sen t diuare nō uideatur. Sanguis quid.

Lib. 2. de caus' mor. cap. 4. & li. 1. de naturalibus facult.

Lib. 2. de natu. fac. cap. 8.

Lib. de re nun. affe. et. med. c. 24.

diri censui, *quæ* igitur, hoc est, sanguineus humor, liquor est, calidam & humidam facultatem obtinens, ex chyli tamen comoderatori parte productus, docente Gal. necnō & Auicē. fen. i. primi cap. de humoribus: est vtique sanguis succorum omnium optimus, ac maxime proprius, eodē Gal. autore lib. 2. de temp. cap. 3. non ergo nisi accōmoderatori chili parte dubitauimus sanguinem productū esse, postquam etiam accōmoderatori calore, testante Gal. producitur. Considerandum autem est, quōd sanguis in corpore humano bifariam nobis cōsiderandus est, naturalis scilicet & optimus, & præter naturalis, & viciosus. Optimus ergo & naturalis sanguis ille nobis intelligendus est, qui mediam inter tenuē & crassam substantiam habuerit, vna cū rubicundo colore, necnon & dulci sapore, ac denique minime prauo odore habere vtique sanguis rubrū colorem ex rei ratione notum est, quod autem dulcem saporem retinuerit, cōstat ex Gal. lib. de attrab. c. 2. vnde quicūque sanguis ab hoc optimo & naturali deuiauerit, viciosus & malus nobis cēsendus erit oportuit ergo naturālē & optimū sanguinem exponere, vt eius ratione præter naturalem & viciosum intellexerimus, quisquis docente Gal. id quod secundum naturā est, exquisitè præcognouerit, optime vtique quod præter naturam fuerit declarabit. Considerandum tamen est, quod sicuti huiusmodi sanguis in iecore cōsistit, ita quidem in corde perfici dicitur. Venis autem atque arteriis influi: quibus prælibatis de sanguinis extractione per ve-

nas iā declarādū sequitur. Sanguis vtique missione merito priusquam de purgatione me diserturum existimaui, siquidem tutius fuerit, sanguinis missione remedium, quā expurgantis medicamenti auxilium docente Gal. com. 2. de vict. ratio. in morb. acut. part. 11. vbi inquit, etsi minus quidem auxilium ex sanguinis missione, quam expurganti medicamento subsequatur, securius tamen multo existit remedium, vnde de sequitur tutius esse sanguinis missione vtique, quam expurganti medicamento, quæ sane doctrina ex eodē Gal. colligitur, lib. de reuū aff. medicatione cap. 15. vbi inquit quatuor redundātibus humoribus potius vena nobis incidenda est, ante purgationem, quam purgādū ante sanguinis missione, quoniā si prius adhibita sanguinis detractione corpus euacuerimus, tādē expurgans medicamentum exhibitum, venas & arterias, & corporis regiones inanes inuenit, ac minime oppletas, quo fit vt absque vllō impedimento, in totum dimanet corpus, ad succos videlicet, trahendos vt itaque facilius & sine molestia, per vasorum spatia noxium humorum fiat euacuatio: nam si vasorum spatia repleta extiterint, et tunc expurgans medicamentum exhibuerimus, non poterit hercle propter plenitudinē in corpus differri, vnde fit docente Gal. quod substat & nihil efficiat: aut si quicquam forte facit, male faciat. Duo ergo ex his sequuntur, scilicet, quod tutius est vtique sanguinis detractione, quam expurgans exhibere medicamentum & quod ante purgationem si necessarium fuerit, prius vtēdum est sanguinis

Sanguinis
missi. pur
gationem
procede-
re debet.

guinis missione, quam expurganti medicamento conandum, quam sane sententiam Alexander etiam Tralianus docet, dicens. Noui ego quendam acuta febre laborantem purgasse: veruntamen eiusmodi laborantes febre, non paucam dilige-
gētiam & animaduersionem requirunt. Indigent vtique medico confidenti animo, in quibus vero abunde etiam sanguinem dumtaxat mittere tutius est, eo quod efficacius fuerit remedium, cui sane sententiæ Arnaldus assentitur, ca. 37. de phlebotomia & purgatione, vbi inquit semel incisa vena, fluente sanguine sisti cum voluerimus potest: assumpto vero semel expurganti medicamento minime. idem quandoquidem voluerimus remoueri non poterit. sicuti & sistere sanguinē possemus, quæ deniq; doctrina ex Gal. colligitur, lib. de curandi ratione p sanguinis missione cap. 11. vnde tutius esse dixit sanguinis missione vtendum esse, quam expurgans medicamentum adhibere. Cōsiderandum autem est, etiam si primo sanguinis missione quam expurganti medicamento vtendum fuerit, quod non simul, hoc est eadem die à sanguinis missione expurganti medicamento vtique tenemur, docente Galeno, idque intelligendū censeo nisi aliqua irrecusabilis cogerit necessitas, videlicet si morbi extremi fuerit, summis nāque existentibus morbis vniuersam curationem adhibere oportet, docente Hipp. li. 1. aphor. 6. vbi inquit, extremis morbis extrema exquisitè remedia sunt optima: in regulari tamen medendi methodo, minime a sanguinis missione statim, hoc est, post duode-

cim horas expurgans medicamentū exhibēdi est: potius. n. à sanguinis missione virtutem refocilari tenemur, postquam ipsa nostri est gubernatrix, & medicamentorū auxiliatrix: vnde non vrgente necessitate taxāda est eorum opinio, qui mittere sanguinē cōantur & paulo post expurgati vtique medicamento. Primū. n. à sanguinis missione virtutē refocilare tenemur, & tandē expurgans medicamentum exhibere vt natura quodammodo refocilata medicamentis, seu propriis eius instrumentis, quod decens est perficiat. Natura namque, docente gal. à sanguinis missione imbecilla red dicitur, si quidem vna cum sanguine multum de vitali spiritu resoluitur quo quidem exoluto, totius corporis sequitur perfrigeratio, vnde & opere naturalia deterius obeuntur qua ergo ratione iure optimo prius quam à sanguinis missione, statim expurganti medicamento vtendum fuerit, virtutem reficere ac corroborare expediens est: quibus hæcenus prælibatis, quid sanguinis missio fuerit, declarandum sequitur. Venerāda igitur sanguinis missio docente Auicēna, vniuersalis est euacuatio, quæ augmentum humorum omnium à venis super æqualitatem euacuat, per augmentum vliques humorum omnium quatuor nos ipsorum redundantiam intelligere tenemur: eorum itemq; morborum qui ex plenitudine fiunt, sanguinis missio cōmune est auxilium testante Gal. dicitur denique sanguinis missio, docente Arnaldo de Villanoua, venerabilis venæ incisionis cum sanguinis diffusionē, quæ vtique sanguinis missio, in vniuersum

Sanguinis
missi. quid

Li. 2. afo.
com. 22 et
li. 6. com.
46.

sum

sum octo de causis facienda est, scilicet, aut quia sanguis inutilis ac vicius est, ita vt nutrire nō valeat, & hac ratione fit sanguinis missio vt rursus corpus nutrirī incipiat: corpore namque vitiosorum humorum referto, recte nutrirī non possit, quin prius eius vitium euacuetur, non vtique pura corpora recte nutrirī, haud sunt. Oportet ergo ex purgare corporis vitium sanguinē inutilem ac vitiosum euacuādo, vt recte nutrirī possit. Fit quoque vena sectio, ob sanguinis tantum copiam ac redundātiā, potest vtique sanguis eius redundantiā ratione venas & arterias distendere, findere etiam & obstruere, aut aegrotantis virtutem grauare, vnde redundare etiam & obstruere, aut aegrotantis virtutem grauare, vnde redundantem sanguinem quā citissime mittere expedit. Tertio etiam modo nobis sanguis fundendus est, humorum omnium euacuationis ratione: qua igitur de causa in plethora seu pleuitudine sanguinis missione vtimur, quandoquidem plenitudo docente Gal. fit quatuor humoribus ex equo adactis, aut etiam solo sanguine. qua ergo ratione ca. 1. lib. 6. de compositione med. secundo loco Gal. dixisse credo, venae vtique sectione vtendum est, vbi totū corpus humorū omnium multitudine refertum ac vitiatum fuerit. Quarto modo sanguinē mittimus ad minuendam humorum infestantium partem, & hoc modo vtimur quandoquidem naturam vegetatiorem reddere molimur, & praedominantem, ita vt morbificam causam superare valuerit, dum vtique minuitur materialis morbi causa, re-

mittitur morbus, vnde & natura vegetatior & praedominans, supra morbum redditur, siquidem missione sanguinis quaedam materialis causae morbi portio minuitur, quae sane doctrina ex Gal. colligitur, dicente, praestat maiori parte viciosi humoris amissa, ad detergendas obstructions accedere. &c. Quinto modo venam secamus, attractionis ratione, cuius ratione sanguinis missione vtimur, dum nobis in animo est, sanguinem versus aliquam partem trahere, puta ad veterum. Sexto modo inciditur vena refrigerationis gratia, qua ratione laborantibus ardenti febre venam secamus, in quibus sanguinis missio totius corporis perfrigerationem producit, siquidem veluti refrigerans auxilium fuerit, docente Gal. vnde & ipsius febris extinctionem, docente Gal. lib. 1. apho. com. 23. merito ergo in huiusmodi febribus, sanguinē mittere expedit, & maxime vbi sanguis redudat. Septimo modo reuulsionis causa sanguinē mittere tentamus. Hac namque ratione in directum vena secanda est, & parua incisione, vt multo tempore sanguis per venam fluat, vt maior fiat reuulsio, docente Aetio sermo 3. cap. 14. Qua ergo ratione huiusmodi sanguinis missio, docente Gal. fit cum interpolatione, apponendo scilicet digitum sectioni ipsi ne fluat sanguis, vt tandem eius missionis impetu, maior fiat reuulsio, atque attractio, & hac ratione sanguinis missione vtimur, in sanguinem reiectatibus, aut quibus de naribus, aut alia quadā parte sanguis erumperit. Considerandum autem est, quod huiusmodi sanguinis missio

Lib. 8. de morb. curand. c. 4.

Lib. de curandi ratione per sanguinis missionem cap. 6.

Lib. 3. cap. 14.

Lib. 2. de com. phar. ma. p. loc. cap. 3. Plethora quid.

missio, recto tramite & aquam longinioribus partibus: condescētis tamē & debita distantiae facienda est, vt perfectior reuulsio fiat. Octauo deniq; modo sanguinis vtimur detractione praeseruationis causa, videlicet cum timore alicuius magni morbi, venam feramus, quae sane doctrina ex Gal. colligitur, lib. de curand. ratione per sanguinis missionem. cap. 8. vbi inquit, non solum infestante graui morbo sanguinis detrahendi tempus est, sed vbi verisimilis morbus futurus speratur: quam etiam sententiam infertur Aetius sermo. 3. cap. 10. dicens incipiente vere, podagricos multos annis tribus aut quatuor ex interuallis infestatos, sanguinis detractione curauit, & ob id merito praecautiois gratia, nobis sanguinis mittendus est: haec tenus igitur explicuimus, causas ob quas vniuersaliter vena seccanda est, in praesentiarum vero consequens declarare est, venarū quae fuerint nobis secandae ideoque non paucae ad inueniuntur venae nobis seccandae secundum quod multae ac diuersae corporis humani, sunt partes, in quibus secandae veniunt, praecipue igitur, in cubito seu brachij flexione, tres venae seccandae apparent, externa scilicet atque superior dicta, quae alias humeralis siue cephalica ideo dicitur quia caput gubernat, cephalis namque caput significat: vnde cephalica vena dicta est, quia cephalon, hoc est caput gubernat. Dicuntur autem externae seu superiores venae quia extimas siue superiores corporis humani partes gubernat, & ob id harum venarum sectio, vtilitate non modicam praebet, capiti & fa-

In corpore humano quae venae seccandae veniunt.

In cubiti flexione tres venae seccandae veniunt. Quare cephalica vena dicitur.

ciei, ac consimilibus denique partibus affectis. Externa ergo vena quae ob capitis affectiones, nobis incidenda est, supra brachium currens, iuxta cubitum nempe, aut paulo inferius apparet, ibiq; vbi melius manifestauerit, secanda est: reperitur quoque in eadem brachij flexione interna vena secanda: ideo dicta, quia interiores seu inferiores corporis humani partes gubernat: & haec vtique alias iecoraria, siue basilica appellatur, quoniam ex iecore tanquam principali vasa euacuat, quae tandem subter brachium descendens interiori cubiti parte secanda est, videlicet ob iecoris & ventriculi affectiones, & alias consimiles partes, quandoquidem huiusmodi venae incisio, auxilium non modicum partibus intra collū affectis infert, docente Aetio. Apparet denique in praedicta brachii parte tertia vena nobis aperienda, media seu mediana ideo dicta, quia aut brachii medium inter praedictas tenet, aut quia medias inter superiores ad inferiores corporis partes respicit, & haec alias communis vocatur quia communiter ex toto euacuat corpore, haec igitur tres sunt venae, quae in brachij flexione secandae veniunt, quarum humeralis, siue cephalica securius secatur, quandoquidem arteriam sicuti & basilica sub se non deffert, neq; neruū sicuti & communis. Considerandum autem est, quod si harum vlla nobis incidenda veniat, & forte non apparuerit, nec adinueniri possit, vt quaecūque ipsarum discooperta fuerit, aut sensu tactus comprehenderit, recte secari poterit, & ex arte quidem, si quidem docente Hip. libel. de alimē. versus

Interna siue basilica vena dicitur.

Sermo 3. cap. 12.

Media siue communis vena dicitur.

Cephalica vena tuus quam interna obsecatur.

Aduerte.

Ex quacū
q; parte
sanguinis
mis fiat iu
nat.

uersus initium, confluxio vna & cōspiratio vna consequentia omnia sunt. &c. Vnde Alexander Tralianus dixit. Cum autem venas cubiti non manifestas inueneris, eas quæ commemoratis locis subiacent, scicare oportet, nihil vtique minus iuualis, ex quacumque parte sanguinem detraxeris, quandoquidem omnia simul euacuatur, vti ex Hip. demonstratur parte nuper citata: merito ergo & ex arte, ex quacumque sanguinem miserimus, parte iuuauimus. Sublingua autem duæ veniunt seccandæ venæ, quibusdam leonica dictæ: quæ denique ob anginam & reuma, ac denique dentiū affectiones seccandæ veniunt, aliquando etiam rectam frontis venā seccamus, ob phrenitidem nempe ac maximum capitis dolorem, multoties etiam intra nasum venas consistentes ob capitis grauitatem seccamus: in maleolis quoque venæ seccantur, mēstruorum euacuationis gratia, & ob id idem etiam eas quæ sub poplite aut genu iacēt, ob indignationem testiculorum, non paucies venas super pedis pollicem existentes seccamus, in affectionibus inueteratis præsertim iecoris, ea vena seccanda est, quæ inter dextræ manus anularem digitum, & minimū existit: quam multi cōmuniter saluatelam vocitāt, ideo vt opinor dictam, quia iecur ab eius affectione saluum ac liberum facit: laboranti quoque liene altera vena nobis seccatur, quæ inter sinistra manus anularem & paruum digitum consistit quæ denique vena inueteratis etiā lienis affectionibus seccanda est, siquidem eius sectionis ratione nō paruum auxilium consequitur, hæc

tandem de venis quæ in corpore humano seccandæ veniunt, dictæ sunt. Quibus prælibatis explanatū dum sequitur, quo tempore incidendæ venæ fuerint: & quo pacto. Tempus igitur ex quo magna ex parte venæ seccandæ sunt, mane & vespere est: mane videlicet minime statim, vbi quis à somno surrexerit, ab eo sanguis fundendus est, sed paulo post videlicet post horum vnam: vespere autem, quia tunc ciborum concoctio facta est: Aduertendum tamen est, hoc vniuersale præceptum, namque particulariter, hoc est, urgente necessitate, quacumque die ac noctis hora, docente Aetio, Vena seccari potest, quam sane sententiam nos docet Galenus, dicens. Nec vteraris per noctem sanguinem à venis detrahere: irridedi namque illi sunt, qui affirmant à secunda diei hora ad quintam aut sextam vsque tantum sanguinem mittendum esse, & id circo, qua enim hora auxilium cōsequi posse censuerimus, venam seccauius: ideoque Paulus lib. 6. capit. 40. dixit. Quocumque accessionum tempore, euitato solum febrium vigore sanguinem mittendum esse, & notanter quidem dixit, euitato tantum febrium vigore: si quidem dicente Hipp. Quando morbus in suo vigore constituerit, tunc tenuissimo victu vtendū est, quasi dicat, quod tunc nihil faciendum est: sed prætermittere tantum oportet naturā circa morbi cōtentionem, Auicenas denique duas constituit sanguinis missionis horas, electam scilicet & necessariam. Electa enim illa nobis censenda est quæ in limine diei post digestionis

Vene quæ
do seccandæ
veniunt

Serm. 3 c.
12. & 13.
& 19.

Lib. de e
rand rat.
per sang.
mis. c. 21.

Li. 1 apho
8.

Fē. 4. pri
mi ca. 20.

Hora electiua
sanguinis
missionis.

complemē

Hora necessaria.

complementum & superfluitatum expulsiōnem spectatur, & hæc regula siue vniuersalis regula intelligenda est. Necessaria autem hora ea nobis censenda est, vbi necessitas magna instarit, ita vt tardari venæ sectio non debet, absq. periculo, & hoc quidem est, quod Aetius dixit, scilicet quod omni die ac noctis hora vena seccanda est, quibus intellectis bifariam vena seccanda est, prout dupliciter in corpore humano, venæ apparere solent, obscure scilicet aut manifeste: qua propter vbi obscure apparuerint, ob earum profunditatem, aut ob multam pinguedinem, eas obscuratē, punctim solum incidendæ sunt, ne forte vulnuscula fiat, læsionem effatu dignam inferens, si autem venæ aperta & manifesta apparuerint, eas seccari debent, vt melius sanguis extrahatur. Considerandū amplius nobis est, quod venæ in corpore humano consistentes, tribus modis seccandæ veniunt, videlicet transversaliter, vel oblique, aut longitudinaliter. Duabus ergo de causis transversaliter venam seccamus, tū quia hac ratione magnam scissurā facere possumus, vt crassus ac pinguis extrahatur sanguis, tum etiam vbi cum inueteratis reiterare sanguinis missionem, eius sectionis ratione scissuræ oscula optime componantur, cubito nempe semel flexo, cum vniuersæ sanguinis missionem reiterare necessariam non est, venam ea figura seccare, qua sectionis oscula melius componantur, optimum erit. Oblique item tribus de causis scinditur vena, primum quia ea ratione à vena non abstrahimus: nec non & quia ea scissionis fi

gura pulchrior sanguis exit, præterea hac ratione venā seccamus, cum nobis in animo est, eadem die repetere sanguinis missionem: namque eius dispositionis figuræ ratione, non paucies accidit vt semel extenso brachio, absque altera scissione sanguis erumpatur: longitudinaliter denique seu indirectum nobis finditur vena, quandoquidem post duos dies venæ sectione repetere molimur: hac namque sectionis figura vena incisa brachio, semel flexo facillime scissionis oscula separantur: & ob id erumpitur sanguis, ob dispositionem nempe eius figuræ sectionis. Cōsiderandum enim est quod horum trium modorum venas seccandi eligendus est. Secundus quia melior existit, vt recte intuenti fiet perspicuum satis. Aduertendū autem est, vt quandoquidē euacuationis gratia venā seccamus, si repetenda est, eadem die eius venæ sectionē reiterare oportet, virtute tamen cōstrnti: namque quāto plus dilatalatur, tāto magis nocebim⁹, si quidē dilatio in medicina est animæ periculū docete Hip. & maxime circa frng. mis. vnde necessaria sang. mis. minime proroganda erit: dū autē reuulsionis gratia sanguis mittitur, nō vtiq. venæ sectio eadē die repetenda est, melius vtiq. censeo, vt diebus, 2. transactis nobis repetenda sit, si reiteranda fuerit: quibus intellectis à sectio magnitudine, nec dē re enucleādū erit, ideoque in his qui multa indigēt euacuatione & vribus valent, aut in quibus crassitiem sanguinis suspicamur, sectionem magnā faciendā censeo, ne videlicet in sanguis grumos coaguletur, eius sanguinis exitum impediens,

Dilatio in medicina res admodum est licentia & potissimū circa venæ sectionem. In epistolis 15. ad cratenam & Alex. Tral. li. 7 cap. 1. Sectionis magnitudinem magnā faciendā censeo, ne videlicet in sanguis grumos coaguletur, eius sanguinis exitum impediens,

Tunc

tunc enim, ne viscidus atq. crassus sanguis intra vasa remanserit, & tenuis ac spirituosus extrahatur, magna venæ sectio facienda est, & in his etiam qui magnam vasorum capacitatem continent, amplius namq. siue magnis vasis, magna proportionatur scissura: namq. si in magnis vasis magnam sectionem venæ non fecerimus, non dubito quin ob sanguinis retentionem eius grumi recollerint sanguinis fluxum, impediendo, unde ergo iure optimo in huiusmodi vasorum dispositionibus magnam sectionem efficere conabimur, in paruis vasis ac viribus non valentibus, paruum namq. si in hisce magna fieret venæ sectio multum hercle cum sanguinem halitum de vili spiritu extolueretur: qua pro re paruis vasis, parua sectio facienda est, siquidem eis proportionabilis existit, considerandum autem cæleo, quod magni vasis non semper magna sectio facienda est, namque in laborantibus phrenitide aut aliquo mentis de lirio etiam si magna habuerit vasa, quorum ratione magna sectio facienda fuerit non tamen tunc, nisi vulnusculam paruum faciendam reor, videlicet ut eius sectionis dispositionis gratia, cito labia cissuræ componatur. Alter namq. docente Aetio contingit laborantibus phrenitide vel consimile affectio, ut latèter manib. sectionis vinculum soluat, ideoq. si magna facta fuerit scissura, multa sanguinis copia mitteretur, unde & periculum subsequeretur non modicum, non ergo in magnis vasis semper magnam venæ sectionem faciemus. Considerandum tamen est, quod si fortassis vultum sanguinis euacuare necessa-

Parua scissura quædam oportet.

rium fuerit, quod magna venæ sectio facienda est, hac nempe cum consideratione, ut eorum manus vinculo quodam alligentur, ne vinculis dissoluatur, & ex tali dissolutione periculum subsequitur. Iam igitur antea quam de euacuationis mensura, siue quantitate explanare moliti fuimus, de ipsius vacuationis scopis, & potissimis signis dicendum reor. Qui namque scopi non pauca diligentia nobis considerandi sunt: siquidem multa animadvertenda nobis ante sang. miss. veniunt, hominum scilicet natura, an gracilis obesa ne fuerit, ætates etiam ambientis aeris constitutiones, anni tempora, ægrotantium temperamenta, ac consuetudo, virium robur morbi magnitudo, & affectiones: in quibus huiusmodi remedium conueniat, aut non: namq. si ægrotantium natura, gracilis siue macra fuerit, & obesa, sang. copiam reducere coniectauimus, testante Hipp. & Cornelio Celso, postquam tenuioribus magis sanguis, plenioribus vero magis caro abundat: ea nempe ratione quia graciles maiores vasorum capacitates quam obesi retinent. Merito ergo circa sanguinis missionem ægrotantium natura nobis consideranda erit, expediens etiam considerare est, ætatem rationem, quandoquidem in puerili, ac senili ætate prohibetur, docente Gal. sanguinis missio necnon & Aetio, ferm. 3. cap. 11. vbi inquit, neque in pueris venam, secabis, vsq. ad quatuordecimum annorum ætatem, neq. in senibus. Consideranda ergo nobis sunt ægrotantium ætates. Aduertendum tamen est, quod huiusmodi Gal. sententia ita intelligenda est, aut electionis via, seu

Ante sanguini. miss. que consideranda.

Li. 2. dfo. 44. c. 10. lib. secundum. Li. decur. rat. p. san. maiorem vtique in ea quam in crassa qui. missi. ca. 12. & li. 8. metho. di. cap. 4.

Gal. sententia circa puerorum & senum sang. miss. quo modo intelligenda.

Quando seu virtute non constante, vel ætatis ratione, aut denique quod minime ætatibus hisce sanguinis missio, effatu digna facienda est, nisi urgenti necessitate: Namque virium robore bene valenti, senibus & pueris sanguinem mittere possemus, existente necessitate, licet moderata vel pauca quantitate: per scarificationem tamen, quia tutius quandoquidem minus debilem reddit virtutem, quam per venæ sectionem: quam vtique sententiam clarissimam ex Auicena atq. Cornelio Celso habemus, libr. 2. cap. 10. affirmantibus, pueris & senibus sanguinem mittere rationi consentaneum esse, siquidem non quæ ætas sit, sed quæ vires sint, considerandum fuerit. Firmus vtique puer, robustusque, senes, & grauidæ bene valens tuto curantur: fere idem quoque ex eodem colligitur Galeno, libr. de curand. ratione. per sangui. missionem: cap. 12. vbi inquit. Sunt qui sexagesimo ætatis anno venæ sectionem non ferunt, cum quidam fuerint, qui 70. nati sunt annos, venæ sectionem perferentes: hoc vtique non nisi virium robore constanti fieri potest. Iubet denique septuagenariis (valentibus viribus) sanguinem mittere, quam sententiam Aetius comprobans inquit, si senum vires fortes & validæ fuerint, septuagenariis etiam venam secabis, & hac ratione apertum satis remanet, quod in pueris & senibus secure venam secare possemus, sicuti in vtero quoque gerentibus, licet ex Hipp. contraarium affirmare videatur, lib. 5. aphor. vbi inquit. Mulier vtero gerens sanguine misso ex vena abortit.

hoc enim intelligendum est, virtute non constante, vel sanguine plus æquo haud redundante. Namq. si virtute non constante, aut denique si sanguis plus æquo non redundauerit, ex vtero gerentibus sanguinem miserimus, ex eis abortum subsequi minime dubitauimus, & præcipue si fatus sit grauidior, quandoquidem ex tali sang. miss. destruitur fœtus ob alimenti defectum, virtute tamen constante, aut plus iusto sanguine redundante, vtero gerentibus sanguinem mittere possemus: quibus intellectis considerare autem tenemur ambientis constitutiones, calidæne fuerint. namq. in regionibus calidioribus, paucum sanguinis detrahendum est, siquidem in eis virium robur resoluitur, quamobrem & anni tempora maxime quoque attendenda sunt, postquam alijs temporibus maior sang. copia, alijs vero minor extrahenda est, maiorem enim tempore veris ob sang. redundantiam, quis quantitatem minuere licet, minorem vero ætate ob naturam nempe dissolutionem: dissoluuntur denique vires ætatis ratione, docente Gal. & Hipp. sub cane, & ante canem dicente. Difficiles sunt medicationes, postquam tempore exusta natura eam quæ sang. missio. ratione exolutio fit, natura non fert, ideoque ætatis tempore, parum sanguinis extrahendum est, temperamenta etiam aduertenda sunt, sanguineum nempe temperamentum magis indiget sanguinis missione, quam melancholicum & pituitosum ac denique biliosum: consuetudo etiam maxime nobis consideranda est, siquidem ad omnia potens est, prætermittendum, aliquid est, inquit Hippocrates consuetu-

dinem, est amplius & virium ro-
bur summo opere nobis considerā-
dum, quando quidem circa sangui-
nis missionem egrotis virtutem cō-
siderare tenemur, docente Galeno,
com. 3. libri primi apho. vbi inquit
namque vt in vniuersum dixerim
mus in omni euacuatione egrotā-
tis vires considerare oportet, igitur
si in omni euacuatione ergo in
venę sectione & ob id vbi vires va-
lentes fuerint audacter euacuatio-
ne qualibet vti possemus, autore
Galeno, necessaria ergo erit circa
languinis missionem virum ægro-
tantis consideratio, est etiā morbi
magnitudo cōsideranda & iure qui-
dem optimo, si quidem non tan-
tum eo infestante sanguinem mit-
tere expedit, verum etiam eius ti-
moris ratione, affectiones denique
in quibus conueniat aut non san-
guinis detractio, multum vti que
speculandæ nobis sunt, si quidem
docente Galeno multi sunt affectus
qui sanguinis detractioem requi-
runt, quam plurimi vero qui quan-
dam aliam euacuationem. Erūt er-
go affectiones exoptulantes san-
guinis missionem maxime consi-
derandæ, vt sunt, inflammationes
si quidem eodem Gal. autore, lib. 6
de compositio. pharm. per loc. cap.
1. ex calidi sanguinis influxu fiunt
vnde in qualibet inflammatione
eius ratione sanguinem mittere ex-
pedit, quare & in pleuritide vena
seccanda est, ex ea videlicet parte
qua dolor afficit, docente diuino
Galeno libr. de curand. ratione,
per sangui. missio. cap. 4. vbi in-
quit, pleuriticis quæ directæ labo-
rantes lateris adhibita fuerit san-
guinis missio, clarissimam sæpe

utilitatem attulit, quæ vero ex ma-
nu opposita, aut omnino obscu-
ram, aut certe post temporis in-
teruallum, quam vti que doctri-
nam clarius docet, 15. cap. dicens *Serm. 3. e.*
tam perspicuum sæpe celereque re-
medium, quæ directo affectis par-
tibus venæ seccantur, afferunt, vt
& qui patiuntur, & ipsorum fami-
liares & ministri, sæpenumero ob-
stupefiant, ideoque pleuriticis di-
xit Aetius venam è directo affe-
cti lateris seccare oportet, quam
obrem mirabiliter prauissimos o-
culorum dolores vena & directo
affecti oculi secta mitigat, in cubi-
tu nempe, quæ humeralis appel-
latur. Iure ergo optimo in pleuri-
tide: non tantum, verum etiam in
aliis omnibus inflammationibus
ex parte qua dolor afficit affectis
è directo partibus sanguinis fun-
dendus est. Aduertendum autem
est, quod earum omnium, quæ
ante sanguinis missionem, nobis
consideranda veniunt, vt sangui-
nis redundantia, finis ac primus
sanguinis missionis scopus existit,
docente Paulo. Quam vti que san-
guinis redundantiam, vbi intelle-
xerimus, quam citissime eam eua-
cuare expedit, docente Aetio, ser-
mone tertio, capite decimo, ne cir-
ca aliquam corporis partem ali-
quod maximum malum operetur,
veruntamen nec ignorandum no-
bis est, vt non semper quod san-
guinis redundantia apparuerit, san-
guis mittendus est postquam quan-
do cum ea multa humorum crudor-
um copia redundauerit, minime
vena seccanda est, eodem Aetio auto-
re, dicente aggrauante ac plenitudi-
ne infestante, non omnino sanguis
detra-

Li. 11. met.
therap. ca.
5.

Li. de. cur.
rat. per sa-
ngui. missio.
1.

Ex parte
qua dolor
afficit ue-
na secan-
du est.

Li. 6. cap.
40.

detrahendus est, siquidem crudus
quidam aliquando humor in cor-
poribus coaceruatus est, quod vti-
que deprehenditur ex alba aut cras-
sa vrina, humorum cruditatem, &
copiam nimiam indicante, in hu-
iuscemodi nāq. affectionibus præ-
exoluta facultate, ob qualitatem cru-
dorum humorum, non pauci in ve-
næ sectione extreme concidere so-
lent, ita vt amplius refocillari non
possint, quod vbi contigerit, peri-
culum non parum consequitur, nõ
ergo infestante plenitudine semper
sanguis mittendus est, quæ sane do-
ctrina ex Gal. quoq. colligitur, di-
cente, vbi præcesserit ciborum cru-
ditas minime vena seccanda erit,
postquam tunc sanguinis calor ma-
xime necessarius est, ad morbi co-
ctionem, & ob id potius tunc oportet
corroborare circa nociuorū cru-
dorum coctionem naturam, quam
eandem sanguinis missione dissol-
uere. Nõ ergo è corpore ciborum
crudorum referto, sanguis funden-
dus est: quare nec in omni sangui-
nis redundantia. Hactenus ergo de
eis quæ ante sang. miss. considerā-
da veniunt dilucidauimus: nunc ve-
ro de eius sanguinis missionis men-
sura & quantitate declarandū con-
sequitur. Sanguinem igitur detra-
hendi quantitas, autore Gale. lib.
de curand. ratio. per sangui. miss.
necnon & Paulo, libro. 6. valido
virium robore, & morbi magnitu-
dine, qui præcipui sanguinis mis-
sionis scopi sunt, mecienda est,
quibus vti que scopis constantibus
maio rem euacuationem fieri oportet
ostendunt; quam minime si
eiusmodi scopi inualuerint: vnde
quato magis virium robur, & mor-

Præcipui
sanguinis
missionis
propi.

bi magnitudo inflauerint, tanto ma-
iorem sanguinis quantitatem eua-
cuauimus: principaliter ergo ad ma-
iorem vel minorem sanguinis qua-
ritatem detrahendam virium ro-
bur, & morbi magnitudo conside-
randa sunt, quam obrem viribus va-
lentibus, magnoque existenti mor-
bo, ac multa efferuescentium hu-
morum materia, vsque ad animi
defectionem, sanguinem mittere
possemus, docente Galeno, quam
sane sententiam Paulus superiori
loco insequitur, dicens. Cum mul-
ta suberit humoris ac feruens ma-
teria, semel vel vsque ad animi de-
fectum sanguis mittendus erit. Cō-
siderandum tamen est, quod non
vsque adeo sanguis fluere tenetur,
vt ægrotus in sincopim inciderit,
sed vsque quo ad eam proximum
fuerit, ne videlicet eius virtus for-
te prosternatur, ob multam nem-
pe de vitali spiritu dissolutionem
cognoscemus vti que nos in futu-
ram sincopim proximum ægro-
tum esse, pulsus tactu, ex quo
virium robur metimur, ideoque
vsque dum sanguis fluit manu ar-
teriam comprehendere tenemur,
vt tandem de virtute diudicaueri-
mus. Vt itaque huiuscemodi do-
ctrina, nobis absoluta habeatur,
quoddam diluendum dubium re-
manet, quod ex prædictis consur-
git, videlicet an morbo exigente,
vsque ad sincopim sanguinis mis-
sionem virtute, tantam sanguinis
fusionem consentiente, sit ne ea san-
guinis missio, vsque ad sincopim
facienda, pro cuius rei intelligen-
tia distinguendum est, videlicet aut
semel facienda est, vel per vices.
Quare semel sanguinem mitte-

Lib. de ue-
ne sectio-
ne & li. 1.
apho. 23.

An causa
exigente
sanguinis
missioe us-
que ad sin-
copim id
virtutenõ
non cõsen-
ciente ne-
ca sangui-
nis missio
facienda.

re vsque ad animi deliquium virtute, haud costante, minime faciendum est licet per vices fieri possit, docente Actio, sermo. 3. cap. 17. vbi inquit, in quibus multa euacuatione opusest, & vires fortes nec fuerint: in his vtique euacuationem referuare oportet, prima videlicet sanguinis detractio, deffectuore facta, & tandem rursus facienda est, ad tertium usque, & hac igitur ratione, causa exigente vsque ad fincopim sanguinis missione viribus non valentibus facienda sanguinis missio est, & si semel minime facienda fuerit, sed per vires: ex quibus aliud huic proximum dubium absolendum remanet, videlicet an causa necessariam sanguinis missionem exigente virtute constante, sanguinis mittendus fuerit pro cuius itaque declarationis doctrina, in tali casu auxilium minus inspicere oportet, testante Galen. comment. 2. de victus ratione in morbis acutis, comment. 10. vbi inquit cum interdum virtus tantum vacuare prohibeat parti ipsi, quae phlemone obsessa est, minus quidem auxilium scire oportet, quofit vt non virtutem melius exolueremelius sit, quam sanguinem redundantem euacuare. Igitur quantumuis causa necessariam sanguinismissionem exoptularit, viribus vix valentibus, ex Galeni mente minime sanguis detrahendus est, si quidem maius est auxilium virtutem non exolueret, quam sanguinem redundantem euacuare: hac missione vtique sanguinis exoluitur virtus, quod tali casu maius est damnum, quam auxilium, consequitur ex tali sanguinis detra-

ctione. Viribus ergo vix valentibus, sanguis mittendus non erit, vti ex Galeno docetur: vnde videri quidem meo pro vtraque parte non modicum instat periculum, tum quia causa necessaria indigente sanguinis missione, si non fiat eius ratione virium forte subsequetur suffocatio, vnde & mortis periculum tum etiam quoniam si sanguis mittatur, idem periculum ob naturae dissolutionem fore speratur, quid ergo faciendum erit? ego sane in tantas angustias rei medicae protractus, sanguinem fundendum arbitror, salua tantum Gal. pace. Sequenti tamen cum praemeditatione, videlicet prius reparando ante sanguinis missionis virtutem, vt ea sanguinis missionem quodammodo tollerare possit, & cum primum extractus fuerit deperditum virtutis restaurando, quod reficere possemus, aliqua victus ratione seu potione aut odoratione, quae facile virtutem repararet, veluti aliqua panis ofa in optimo vino rubro, & quodammodo crasso, aut forte eiusdem vini potione, si quidem facile nutriunt & naturam reficiunt docente Hipp. libel. de alimēt. vbi inquit. Qui neque certissima indigent refectioe humidum suapte natura nutriens remedium ad recuperandas vires, optimum est, si quidem eiusmodi portio humidum est remedium, quam sane sententiam confirmat Galen. lib. 2. aphor. commē. II. Qua ergo ratione iure optimo ad celeriter reficiendam naturam praedicta victus ratione aut aliqua consimile vti possemus, & hac vtiq. methodo & via virtute vix constante possemus aggrederi, mittere sanguinem, quando quidem in confesso fuerit, nos ex-

tam virtutis quantitatem metiri non posse, vnde in dubio est, an omnino virtus deficiat, & ob id sanguinem mittere consuluerim, quauis caute, & moderata vel pauca quantitate, in cuius rei comprobatione habeo Cornelium Celsum, lib. 2. cap. 10. vbi inquit, si praedita necessitas sanguinem mittere cogerit, fatius erit anceps auxilium experiri, quam vllum. Tunc vtiq. anceps auxilium experimur, quam etiam sententiam idem Celsus demonstrat, libr. 3. capit. 18. dicens multa in praecipiti periculo recte fiunt, quae alias omittenda veniunt. Sanguis vtique fundendus in praecipiti periculo virtute vix consentiente est: idque alias omittendum ob virium exolutionem venit, declaratur ergo nobis maxime animaduertenda doctrina, scilicet quot virtute vix & obscure satis, constante praedicta necessitate, adhuc sanguis mittendus est, quando quidem coniectauerimus, aegrotum absque sanguinis missionis auxilio ad pristinam sanitatem reduci non posse. Quae sane doctrina ex Auerrho quoque docetur, libr. 7. collectio num, cap. 3. dicente. vbi aegrotum absque sanguinis missione liberari non posse intellexerimus, vt accidit in senum aegritudinibus. Facienda vtique est, cum timore tamen minante ergo praedicto periculo quantumuis virtus vix valuerit, sanguis detrahendus erit, quamuis cum timore, etiam si corporis humani experimentum periculosum docente Hippo. siue timorosum fuerit, fatius vtique est anceps auxilium experiri quam vllum, virtutis corroborationem minime negligendo;

sed potius ipsam corroborando, vnde quantumuis vix natura constantior aut rit, sanguis mittendus erit, quando quidem magis videri nostro, postquam exquisito praesignatu casu certum aufertur mortis periculum quem animaduertendum casum Cornelius Celsus & Auer. tetigerunt, locis superioribus citatis: quibus intellectis intelligendum denique est, quod maior vel minor sanguinis quantitas pro virium ratione, & morbi magnitudine detrahenda est. Iam igitur quando quidem de euacuationis quantitate ac mensura differuerimus in presentia consequens est, eam considerare: quapropter vbi aliquam sanguinis copiam mittere tentauerimus eam diuersis scultellis fluente sanguine diuidere tenemur, vt eius diuersitas aut equalitas exactius nobis perpendatur: quomodo si prior sanguis debito modo vena lecta deterior fuerit secundo, reiterare praedicto modo sanguinis missionem tenemur vbiq; si secundus sanguis peior semper apparuerit, reiteranda quoque pro virium ratione, & causa necessitate sanguinis missio est, vbi itaque iam altero sanguine misso, bonus ac naturalis, & minime vitiosus fluxerit, signum vtique est, quod nullatenus reiteranda sanguinis missio est, postquam eius sanguinis vitium iam excretum habemus. Considerandum tamen est, quod non statim a sanguinis missione, inspiciedus nobis sanguis est, sed vbi congelauerit atque coctionem receperit. tunc vtiq. sanguinis diuersitas aut equalitas in integrum distingui nobis poterit. Est amplius nobis considerandum quod continuo vitioso sanguine fluente, quater aut quinques, sanguinis detractio

maior aut minor sanguinis quantitas pro virium ratione & morbi magnitudine detrahenda est. Diuersis scultellis sanguinis missio facienda est.

Auerte.

An virtute vix constante sanguis detrahendus fuerit. Ex galen mente maius est auxilium virtutem non exolueret, quam sanguinem redundantem euacuare, & maius damnum est ipsam resolutionem virtutem quam auxilium est sanguinem redundantem fundere.

Li. 1. de fo. Li. de art. cu. ad gla. u. con. c. 2.


*Lib. de cu
randi rat.
per sang.
miss c. 12
Accidenti
um remis
sio & uir
tus imbe
cila, & in
flamatio
nis prau
tas, siue
multu san
guinis ui
rium pro
hibent ex
pectatio
nem mul
tationis
sanguinis
tan colore
qua eius
consistecia*

detractioe repetita, quod non semper docente Gal. sanguinis missio facienda est, vsque dum mutatione adquirat & bonus ac naturalis fluxus remiserit sanguis nanque potest corpus ita chachomium, ac viciatum cu virtute infirma ad inueniri vt omnino viciatu sanguinem habuerit, & tunc si sanguinem mittere conabimur, vsque dum naturalis ac sine vitio fluxerit, haud dubio pronaturalis vtique sanguinis indagatioe naturam languida nimis productam habebimus, ita vt amplius ea refocilari propter duo no post vnde et mortis periculum subsequitur Primus enim ob virtutis dissolutionem, quae ex sanguinis missione subsequitur. Secundum vero ob eius modi vitium, quod ex tali chachomico habitu confurgit: no ergo adhuc fluente vitioso sanguine amplius extrahendus est, vsque dum naturalis exierit, sed tantum prouitium ratione, vt inflammationis prauitate, atque accidentium remissione: & tandem summa diligentia reficere ac corroborare naturam opus est vt ipsa refocillata bonum a malo segregare possit, & bonum retinere, & malum per secessum, siue vomitum, aut vrinam, vel denique insensilem exhalationem expellere vti ex Actio docetur ser. 5. cap. 72. Est vtique huiusmodi negotium proprium naturae officium. Oportet igitur potius eo tempore naturam refocilare, vt sui optimum officium adipiscatur, qua eiusmodi sanguinis vitium, omnino extrahendum tentare, si naq. omnimodo tale sanguinis vitium mittere moliamur, vtrum robore haud considerato absq. dubio, anteaquam naturalem san-

guine miserimus, vitam in morte comutauimus, ob maximam nempe spiritus vitalis resolutionem, quae ex sanguinis plurificata missione subsequitur. Aduertamini ergo q non semper sanguinis mutatio expectanda est, & quanto certius reficere naturam fuerit, prius quam deficiat, quam ipsam nimis dissoluere, postquam eius dissolutionis ratione mox approximatur, vti ex Actio aperte satis demonstratur, sermo. 3. cap. 21 dicente, venam saepe secare comodum esse non arbitror, postquam simul sanguine multum de vitali spiritu extraducitur, ideoq; sanguinis missio, nequaquam frequentanda est, ne aegrotus consumatur, & tota eius corporis moles pfrigeretur, ac omnia ipsius naturalia opera deteriora fiat & haec pro veneranda de sanguinis missione. doct. intelligentia dicta sufficiet.

De animaduersione

digna pro purgandi ratione. Cap. 5.

iquidem precedenti capite de ea euacuatione quae sanguinis missione fit, pro viribus differuimus: nunc vero de purgandi ratione pertractandum iure optimo sequitur, postquam a sanguinis missione in curandi methodo, magna ex parte purgatione vti tenemur, vnde priusquam de huiusmodi euacuationis ratione perstringerimus, ab ipsa rei definitione, vt nostri moris est, incoare moliar, vt itaq. clarioris doctrinae methodo praecedere videar. Purgatio igitur, de qua in praesentia nostra habenda est dis-

*Purgatio duplici rati
o fit.*

sertatio

*purgatio
quid.* fertatio, duplici ratione efficitur scilicet, aut ratione humorum peccatum: mala qualitate euacuationis, aut sua quantitate, vel vtroque simul, quam ob rem testante Gale. purgatio eorum humorum euacuatione est, qui sua qualitate molestant quae vtique purgatio quadrifariam nobis intelligenda est, videlicet attrahendo, quam medicamentis soluentibus atque trahentibus molli-mur, seu scamonio, agarico, atque turbit, & consimilibus, aut coprimendo, quam rhabbaro, dactylis acidis, & consimilibus perficimus vel leniendo, quae casia fistulari, mannae, aut prunis fit, siue denique lubricum faciendo, quae nobis veluti psillio, sebesten, & consimilibus, molitur. Quibus praelibatis de eis quae ante animaduertendam purgandi rationem nobis obseruanda sunt disquirere conabor, tenemur itaque nos ante purgationem hominum sanitatem considerare: siquidem ea fruentes minime purgandos docete Hippo. cenfeo lib. 2. apho. 36. & 37. vbi inquit, *de εντροσωματα ενου- τας παρμακευειν δ: ερυσθες*, hoc est qui corpore valent difficulter ferunt medicationes, & alias qui sanitate corporis fruuntur medicamenta expurgantia assummentes facillime debilitantur, quam vtique doctrinam assignat quoque Galenus dicens qui sano sint corpore si purgetur molestiam sentiunt, nam & vertigines, & tormina patiuntur, aegre que purgatio, meis succedit: & cum hoc etiam celeriter exoluuntur, cuius rei medicamentum in causa fuisse explicat, quia cum medicamentum ipsum sibi maxime familiari educere cupiat, nec ipsum reperiat san-

*Lib. quos
& quando
c. 1. & lo-
co super
citato.*

guinem, & carnes coliquat, vt ex eis quod saum est eliciat: en igitur qua ratione venae valentes corpore minime purgatione indigent, docete quoq. Acti. ser. 3. c. 23. vbi inquit eos qui sana habent corpora purgare difficile est: namque & vertiginosi, & conuululosi, fiunt, & torquentur maxime. &c. Consideranda ergo summa cura sanitas erit, dum in animo nobis fuerit expurgandi medicamento vti, hoc tamen intelligendum cenfeo vniuersaliter, & citra vilius distinctionem, siquidem aliquoties praeseruationis gratia expurganti medicamento licet vti docente Gale. lib. cui titulus est: quibus medicamentis purgare conueniat. cap. 2. Vbi inquit, sani quidem nisi euacuati fuerint, aegrotaturi praueiendi sunt, inuenteque vere in anieni, vel misso sanguine si multitudine vel per purgationem si humorum corruptela morbis capi soleant. No igitur in vniuersum in sanitate ab expurgantium medicamentorum vsu cauendum est. *In purgatione hominum natura consideranda est.* Quibus intellectis consideranda etiam est circa purgandi rationem hominum natura, videlicet an libenter pharmacum ferat, aut cum molestia ipsum tulerit, namque si medicamentum expurgans, assumptum grauitur & cum molestia ab aliquo fuerit, non leuiter vtique idem medicamentum fert, ideoque statim vbi in ventriculum intrauerit, ipsum subuertit, ideoque cum primu per vomitum extraducitur, docente Galeno lib. 6. de comp. pharmac. 2. loc. cap. 3. vbi inquit, in pharmacis quae deglutiuntur, maxime eorum naturam qui ipsa summent, considerare oportet, siquidem quod cum

Lib. quos
et quando
c. 8. et 2.
de uictus
ratio. in
mor. acu.
com. 11.

molestia, aut in iocunde assumptū est, ventriculū subertit, ea nempe ratione eodem Gale. autore necnō & Cornelio Celso lib. 5. in initio, quia medicamenta omnia expurgātia ventriculū ledunt, & maxime eius ostiū, quod neruis quam plurimis constat, cuius ratione quam citissime sensibile à natura fabricatur: expediens ergo est, eorum naturam qui medicamenta expurgātia ebiberint, haud exigua diligentia considerare, quam denique doctrinam, docuit nos diuinus Hippocr. libell. de purgantib. medi. dicens, cum itaque pharmacum alicui dare uoles, siue deorsum siue sursum purgans, interrogare ipsum oportet, an prius biberit medicamentū & an albus ex deorsum purgantibus cita sit, ac celeriter obediat aut dura, & siccitā faciem soluta esse dixerit, molioribus & securioribus medicamentis opus habet, si uero dura fuerit, fortioribus indiget, si forte nunquā se purgatum esse dixerit, sciscitari oportet, an in eius sanitate albus deorsum soluta facili fuerit: an difficilis, & ob hanc utique rem superiori loco Galen. dixit si hominis naturam non noueris, metus est ne plus iusto euacues, uel nullo pacto uacuationem moueas, aut si moueris non tamen sufficienter vacues, quæ omnia magnas in acutis morbis pariūt offensas. debetur itaque supra modū hominum natura nobis considerari: ubi purgationem exhibere tentauerimus, quam utique si absque naturæ consideratione exhibuerimus, & sufficienter euacuare molliamur, forte uitā in mortem cōmutauimus aut saltim multa praua sint hominata

concitauimus mortem minātia, turpis utique incalamitas est assumptio expurganti medicamento occidere hominē, siquidē rerū euentus purgationi causa fuisse euidētia est: aduerte igitur quantopere medicis incumbit ægrotantium naturam ante purgationem non solū considerasse, uerum etiam reliqua alia quæ ad debitam purgationem necessaria sunt: considerandum ulterius est ut quoties medicamento expurgati uti proposuerimus, quā nūquam id exhibendū est, quin prius ei associemus medicamentorū, quædam quæ boni sint odoris ne eius uirtus sola ac sincera trāserit, & ut malitiam etiam eiusdem obtundere nata sint, & quæ operationē non prohibeant, sed potius crassos ac uiscidos humores tenuent, incendant quæ, atque meatus & uias quibus purgatio fieri debet aperiant, & patefaciant. præter hæc autem considerandū est, ne expurgans medicamentū exhibuerimus quin prius ventriculus uacuus fuerit, uidelicet post cōplectam cibi coctionem, uti docetur ex Paulo ægineo. lib. 7. cap. 6. ubi inquit ieiuno & ei qui probe concoxerit, pharmacum præueto, quia tunc natura omnino erit intenta expurgans medicamentū reduce re adactū, namque si ventriculo, cuiuslibet copia referto, existente purgationem exhibuerimus, non utique recte purgatio fieret, quoniam tūc, natura pluribus intenta erit, uidelicet, ad coquendum illam ciborum copiam, & ad medicamentum expurgans, & ob id tardius molestantium humorum uacuatō fiet, ideoque ut citius bona cōsequatur purgatio, ieiuniis ac uacuum habētibus

Vacuo e-
re adactū, namque si ventriculo, cuiuslibet copia referto, existente purgationem exhibuerimus, non utique recte purgatio fieret, quoniam tūc, natura pluribus intenta erit, uidelicet, ad coquendum illam ciborum copiam, & ad medicamentum expurgans, & ob id tardius molestantium humorum uacuatō fiet, ideoque ut citius bona cōsequatur purgatio, ieiuniis ac uacuum habētibus

Li. 8. me
th. rap. c.
5.

ventriculū purgationem propinauimus, animaduertendum quoque est, quod nequaquam purgatrix potio tepida exhibenda est, uti hodie nō pauci præsertim hiemis tempore faciunt, siquidem tepida omnia (testante Galeno necnon & Aetio serm. 5. cap. 68) ventriculi firmitudinem dissoluunt non ergo purgatrix potio, tepida propinanda est, sed frigida, aut calida, uidelicet pro morbi natura, non autem temporis tantum ratione uti ex multis consideratur, siquidem multis contingit temporibus calidis frigidi morbi generari, & frigidis calidi, quam ergo ob rem non tantum attendere ad temporis naturam oportet, sed ad morbi rationem, & qualitatem, ideoque si morbus frigidus fuerit ægro debili præcipue existenti, purgata potio calida exhibenda est, ut facilius ab eius natura medicamentum expurgans uincatur, & ad actum reductum fuerit, & præter id facilius penetret, per frigidos atque crassos humores, si uero morbus calidus fuerit præsertim ægro recte ualente expurgans potio frigida exhibenda est, uidelicet uti si quis ardenti laborarit febre tunc enim urgente necessitate frigidam expurgantem potio nem exhibere est expediens, & minime calidam, ut itaque obtemperet maximum illum excessum caloris & ne adaugeat, ac in augmentum ipsum medicamentum protrahat, in cuius rei testimonio habem⁹ Dioscoridem, dicentem stomachū repurgare, oleū myinū coclearū mēsurā in frigida aut gelida epotam qua, quam sane sententiam lib. 4. c. 171. reddit dicens scamonia drahc

Li. 3. 4. 5.

mæ unius aut quaternum uoluerit pondere hausta aqua pura perinferrabilem & pituitam extrahit: igitur uti expurgans potio in affectionibus calidis exhibenda est, unde etiam sequitur quod medicamentum expurgans nimia caliditas, ac frigida potione obtemperatur, & minime eius habetur uirtus, & operatio uti ex multorum sermone fertur, oportet præterea in ipsa purgatione ratione, ægrotantis uirtutem attendere, docente namque Galeno dum eger tolerat & nondum laborat humorem exuperantem tentandū est uacuum, Cum uero exoluuntur etiam si superfluitates restent, ab eorum uacuatione cauendū est, ægro igitur debili existenti, uti expurganti medicamento non consulor, nisi mitiori, urgente nempe necessitate, ideoque dicitur ab Hippocrate in 4. aph. 5. id est sub cane & ante canem difficiles sunt medicationes, quoniam tūc tribus de causis docente Gale. natura exusta, eam quæ à medicamentis expurgantibus existit non fert acritudinem, quare & plures estiuo tempore purgati in febres incidunt magnas & natura utique ex estu imbecillis magis expurgatione dissoluitur, & purgatio quidem praua fit, si quidem ambientis aeris calor, in extimam trahat partem, contrariā utique ei ad quam medicina ducit humores, Unde sequitur quod ægro debili existenti nō oportet uti expurganti medicamento, nisi aliqua cogerit irrecusabilis necessitas, qua urgente benigni ori utendum consulor, sicuti estiuo tempore faciendum reor, tunc enim nulla tenus expurganti medicamento

Ante expurgatis medicamentum exhibitionem ægrotantis uirtus consideranda est.

11. 4. aph. 5.

estiuo tempore expurganti medicamento minime utendum est.

uti

Anni tempora impurganti medicamento consideranda sunt.

Tutius est uti expurganti medicamento per inferiora quam per superiora

vti expedit, in quo quidem vrgente necessitate eius expurgantis medicamenti loco, mitiori ego vtor, considerare autem in ipsa purgatione anni tempora tenemur, testante Hippocr. lib. 1. apho. 2. vbi inquit in vasorum inanitione tempus, & regionem inspicere oportet, appellatur vtique vasorum inanitio & purgatio ipsa, quæ eodem docente Hippocra. estiuo tempore difficilis est, vti superius diximus, docet tamẽ eo tempore per. 5. dies expurgans medicamentum vitandum esse & omnino condenandum, licet magna vrgente necessitate concedat, idem administrari posse. per inferiora clysteris nempe ratione, nõ autem per superiora, siquidem hac ratione minoris periculi fuerit, sunt vtique temporum omnium ad purgationem ver & autumnus selectiora, namque in hieme a purgatione abstinendum est non tamen sicuti estiuo tempore, eo quod hiemali humores duri atque crassi nimis existunt, necnon & fumi, quibus tamen præ tenuatis & bene ad expulsionem dispositis, ea purgatione vti possemus: veluti inferioribus declarauimus, quod deniq; ver & autumnus selectiora fuerint tempora ad purgationem, ex eorum ratione constat, & ob id de eis mihi non amplius morbi etiã in quibus conueniat aut non expurgans medicamentum exhibere, considerandi sunt, eodem Hippocra. autore, siquidem eorum quidam fuerint a quibus expurgantium medicamentorum vsus reiiciendus est, de quorum vtique numero sunt acuti, in quibus non paucies: medicamento expurganti vti nõ licet, eodem

Hippocra. autore. lib. 1. aphorism. 24. vbi inquit in acutis morbis raro medicinis purgantibus vtendũ est, quam sane doctrinam reddit. li. de purgantibus medicamentis vbi inquit, quicumq; igitur a febris fortibus corripiuntur, his medicamenta purgatoria exhibere non oportet, donec remiserit febris, si minus saltem nõ intra. 14. dies carnes enim ipsorum & ventres cum calidi, sint medicamentum assumunt, & nihil purgantur & febris maior fit, ideoque, vehementibus febris expurgantia medicamenta exhibere non licet, etiam si vrgente necessitate idem per clymũ infulum adhibere potest: siquidem minoris fuerit periculi, nõ ergo in acutis morbis expurgantibus medicamentis vti licet, quam ergo ob rem Galenus com. 2. de vict. ratio. in mor. acutis, in pleuritide medicamentum expurgans haud exhibendum esse monuit, ne videlicet augetur morbus inflammationem excitando in augmentum, eius expurgantis medicamenti calidæ facultatis ratione, idemq; considerandũ erit de reliquis acutis morbis, consideranda ergo sunt affectiones in quibus conueniat, aut non expurganti medicamento vti, ante denique vasorum inanitionem expurgantium medicamentorum officium, & proprietas considerandum est: siquidem purgatio ipsa eorum officij ratione perficitur, oportet vtique nos intelligere quid medicamentum expurgans dum in corpus intrauerit efficiat, cuius rei declarationis gratia, eius proprium officium & proprietatem enodandum censui. Officium igitur expurgantis medicamẽ

In acutis morbis expurganti medicamẽ uti non licet.

expurganti medicamẽ officij proprietas.

lib. de humana nat.

ti, si Hippocratis longe medicorum omnium principis doctrinam per penderimus, necnon & Galen. lib. 1. apho. 22. id esse cõiciemus, quod ex omnibus in corpore existentibus sibi maxime secundum naturã familiare fuerit, educit, si postea nãque duxerit atque expelerit, id vtique ex accidenti erit, non proprie & ex proprio officio, & per se, nã ex se & proprie humorem tantum habet sibi familiare educere, & hoc quidem est quod pharmacum dum in corpus intrauerit proprie & per se efficit. Considerandum amplius est quod ante expurgantis medicamenti medicamenti vsus, semper eius integram atq; exquisitam dosim, & mensuram considerare tenemur, vbi expurganti medicamẽto vti tentauerimus, & tandem integra dosi idem medicamentum exhibendũ censeo, pro ægotantis tamẽ naturæ ratione, non vtique maior nec minor medicamenti dosi exhibenda est, ne moueamus absq; euacuatione, aut plus iusto euacuemus: siquidem horum neutrum faciendũ est, quæ sane doctrina ex Cornelio Celso lib. 2. colligitur vbi inquit, non vtique morbo cuidam mederi possemus quia æque vehemens auxilium fuerit, idem etiam ex Galeno docetur, dicente medicamẽta morbis quibus adhibentur proportionem correspondere debent, ita vt si affectio frigida sit tribus comedius distãtis, pharmacum ipsam curaturã, totidem ordinibus cõstatũ fuerit est necessarium, quemadmodũ ergo alterantia medicamẽta affectionibus quibus adhibentur proportionem correspondere debent, tenemur etiam nos in medicamento

Lib. 1. de com. pha 2. generã cap. 5.

rum expurgantium exhibitione, eorum integram atque exquisitã dosim propinare, non autem maiorẽ vel minorem, non vtique pharmaci quantitas affectioni administranda causæ magnitudinem transcendere debet sicuti nec etiam conuenit, vt minor quam oportet fuerit, namque si minor quam oportuerit quantitas fuerit, ita vt moueat & nõ vacuarit, humano corpori malũ interdum subsequi non dubito, id vtique Galenus demonstrauit dicens exhibitis medicamentis, si eorum dem operationem nõ adsequatur, quædam ipsorum malũ nostris corporibus inferunt, multa vtique mota nocet quæ si nõ mouerentur haud nocerent, nõ ergo pharmaci quantitas habita ægotantis cõsideratione, minor quam oportet exhibenda est, nec maior quidem in regulari ergo curandi ratione cõstante natura siue ægotantium virtute, nec maior nec minor pharmaci quantitas siue dosi administranda est, vt itaque humorũ peccates solũ euacuet & nõ alios magis vtique quã cõuenit vacuare periculosum est, docente Hipp. & Gale. ac Alexandro denique Traliano. lib. 12. c. 7. omnes simul dicentes nimium omnem naturæ esse inimicum, conandũ igitur est redundantes tantum humores & non alios extrahere, vt ægotus bene se habeat ac leuiter illud ferat, eodem Hippocra. autore dicente: si qualia purgari oportet purgantur cõfert & leuiter ferunt cõtraria vero grauiter. Quam quodque doctrinam Hippocra. ipse libell. de purgantibus medicamentis nos docuit, dicens, oportet biliosis quod bile purgat exhibere, pituito

Lib. 3. de sim. med. facult. c. 25 & li. quos & quibus med. c. 7.

li. 2. aph. 51.

li. 1. aph. 2. & ult. & li. 4. 4. ph. 2. et 3 & li. 6 de mor. vulg. cõ. 4. part. 12.

si

sis vero quod pituitam, hydropticis
 quod aquam, & atrabiliaris quod
 bilem atram, ideoque docente Ga
 leno si aliorum humorum fuerit e
 uacuatio, & nō eorum qui corpora
 nostra molestant, cōtrarium euenit
 nec enim confert, sed potius egro
 ti grauius illud ferunt, conandum
 igitur semper est, noxium humorū
 euacuationē corpora nostra mole
 stātium & minime aliorum, depre
 hendemus vtique nos humorem su
 per abundantem ex colore, siquidē
 color similis humoribus efflorescit
 inquit Galenus necnō & Hippoc.
 dicens linguam locium significare
 ita vt à palida lingua biliosus profi
 ciscatur humor, & à pituita pituito
 sus, sicuti ab atra, melancholicus,
 seu à rubra ruber sanguis color vti
 que in corpore humano docēte Ga
 leno redundantium humorum est,
 nō deficientium, iure ergo optimo
 exuperantes humores coniectandi,
 ex coloribus sunt. Quibus hacte
 nus intellectis ante ipsorum humo
 rum vacationem, ipsorum coctio
 nis ad expulsionem dispositio, pro
 pe semper consideranda est, notan
 ter quidem prope semper diximus
 siquidem interdum absque humo
 rum cōcoctione eos extrahere licet
 vt inferioribus declarabitur, qua
 propter diuersis medicamentis, hu
 mores ad coctionem disponendi
 sunt, prout diuersi sunt humores in
 corpore humano consistentes, ideo
 que si humores viliosi fuerint di
 sponendi sunt, duplici ratione,
 aut medicamentis simplicibus, aut
 cōpositis, si simplicibus suis contra
 rii, vt in tybo, cichorea, lactuca,
 portulaca, cucurbita, maiori a
 izoo, alias semper viua & minori

Li. 1. aph.
 2. & li. 6.
 epid. cō.
 5. par. 4.
 & li. 1. de
 cō. pha. lo.
 e. 1. idē pau
 lus. li. 3. c.
 1. & Acti.
 ser. 6. c. 55
 & alexā.
 tral. li. 5.
 cap. 1.

Simplicia
 me. bilem
 disponen
 tia ad con
 coctionem

etiam aliter vermiculari, dipisa coi
 tidē, siue veneris labro, ac eius vni
 bilico, solano etiam, nimpha, &
 viola, & numero quidem quatuor
 feminum frigidorum maiorum, &
 & minorum, & consimilibus in nu
 merosis aliis, si compositis denique
 adactionem eādem disponēdi sunt,
 seu syropus acidus. simp. erunt, &
 oxifachara, syropus endibia, simp.
 & comp. zizifeus, seu iuiuinus,
 violaceus, & 'nimphaus' rosaceus,
 & de succo herbae acetosae, atque de
 acresta, de citri acetositate, & himo
 num, necnō & de pomis. Si autem
 pituitosi humores disponendi fue
 rint, praedicto modo ad coctionem
 reducendos eos censeo, idque dupli
 ci ratione, videlicet aut simplicibus
 med. aut compositis. si simplicibus
 erunt vt radices, & semina, mara
 thri, & petroselinum, atque apij, an
 tium etiam, daucum, amomum, cu
 minum, hyssopus mont. scabiosa, ca
 medreos, adiantum, pulegium, thy
 mus, calamintha, fatutegia, mentha
 mellis ophilon, serpilum, origanū,
 glycisica, cnicus, stechas sampsuc,
 artemisia, elclisphacon, & reliqua
 alia medicamenta eandem faculta
 tem habentia, si denique compositis
 disponendi sunt, erunt vt irodo
 mel, syropus bisantinus, acetū mul
 sum, acetosus compositus, & quic
 radicum, syropus, cum aceto & sine
 eo, oximel scilliticum, syropus cap
 pillorum veneris, absinthij, glycy
 rhize, de hyssopo, de prasio, de cha
 lamento, stechadis, de eupatorio,
 & c. Si denique humores melācho
 lici disponendi fuerint, idque faciē
 dum est simplicibus medicamentis
 & compositis, si simplicibus erunt,
 vt buglosum, vorrago, fumaris, lu
 pulus

cōposita

Simplicia
me pitui
ta coquen
tia.

cōpositio

Simplicia
me. cōquo
quētia me
lancholia.

pulus, asplenium, lingua ceruina, tā
 mariscus, errit rodanum, & consi
 milia: si tandem compositis erunt.
 vt syropus vorraginis, & buglo
 sus, de fumaris, simpl. & comp. sy
 ropus labor. reg. med. de epithimo
 & consimilibus, ante ergo. Expur
 gationem considerandi hęc omnia
 veniunt, quibus itaque considera
 tis, de oportuno ac prauo purga
 tionis tempore declarandum sequi
 tur, tempus igitur oportunū & no
 bis ad purgationem maxime expe
 ctandum, magna quidem ex parte
 humorum coniectio existit, quod
 ex vrina deprehendimus, docente
 Hippocra. lib. 1. apho. 22. dicens.
 Concocta medicaria atque mouere
 non cruda oportet: quod vtique in
 morbis longis, maxime obseruan
 dum est, siquidem in eis semper hu
 morum concoctio expectanda est,
 docente Aetio. ferm. 3. cap. 23, vbi
 inquit in diuturnis morbis semper
 humorum coctionem expectare cō
 uenit, diximus vtique superiorib.
 & notanter magna ex parte expur
 gantibus medicamentis vti licere,
 concoctis humoribus, postquā nec
 semper humorū cōcoctio expectā
 da est: videlicet vbi eorūdem turgē
 tia fuerit, dicuntur vtique turgere
 humores, quāto de loco in locū ve
 hementer mouentur ac agitantur,
 tunc enim minime concoctio spe
 ctanda est, imo cruda existente ma
 teria, eam vacuare expedit, docēte
 Hippocra. cum dixit nisi turgent
 humores eorū coctio expectanda
 est. quam vtique sententiam Hipp.
 ipse rōprobat li. 2. apho. 29. dicens
 cum morbi inchoant si quid mouē
 dum videtur moue. & c. Cruda igit
 tur existente materia multoties eā

oportunū
 tempus pur
 gationis
 quale.

Humorū
 concoctio
 nō semper
 expectan
 da est.

vacuare expedit, siquidem incho
 tantibus morbis cruda aut saltim nec
 omnino concocta existit, reddit et
 tiam doctrinam hanc Hippocrat.
 ipse lib. 4. apho. 10. dicens: medica
 ri in valde acutis, si materia turgēt
 eā die. Tardare enim in talibus ma
 lum est, cui denique doctrinā Aui
 cena adstipulatur dicens, cum autē
 materia plurima est, mobilis ac per
 mutabilis de membro ad membrū,
 & existimas, quod non est in eius
 digestionē spacium, tunc ante tem
 pus humorum digestionis haud du
 bio necessaria est ipsorum vacuatio,
 turgentibus ergo humoribus mini
 me concoctio spectanda est, confi
 derandum autem est quod non tan
 tū in humorū turgentia, concoctio
 haud expectanda est, verum etiam
 absq; ea videlicet vbi magna cras
 sorū ac vicioforū humorum copia
 naturam grauens in corpore redū
 dauerit, tunc enim expurganti vt
 licet medicamento, ante humorum
 coctionē, sicuti in turgentia, vt ita
 que exonerata quodāmodo natura
 facilius possit supra morbificā cau
 sam dominari, minorata namque
 illa humorū redundātia, nostra na
 tura docente Galeno facilius pote
 rit, eius residuum concoquere, pra
 stat vtique inquit Galenus crasi
 ac vitiosi succi maiori parte emissa
 ad detergendas obstructions acce
 dere, cum alioquin metus sit si ob
 structionibus liberandis, priusquā
 vacaueris studeas ne ipsas magis
 in pinguas hanc sane doctrinā eru
 ditissimus Manardus laudat. li. 13.
 epist. 1. non ergo in purgandi ratio
 ne semper humorum concoctio ex
 pectanda est, sed cruda adhuc ma
 nente materia aliquoties eā vacua

Fen. 1. 4.
 tract. 2. c.

Li. 2. aph.
 29. lib. 8.
 metho. te
 rap. ca. 4.

De varia vacand. ratione

re expedit, quibus intellectis sicuti ante purgantis medicamenti exhibitionem, non pauca nobis cōdesideranda sunt, veniūt etiam & post ipsius expurgantis medicamenti assumptionem nobis aliquot consideranda, ideoque assumpto expurganti medicamēto, licet statim ptisanam exhibere ordeaceam, aut saltem eius ordeaceam aquam, aut simplicem saccharatam siue aliam denique consimilem forbitionē, quā sane doctrinam couis, docet nosser Hippocra. com. 2. de vict. ratio. in mor. acut. par. 12. vbi inquit: si quis medicamentum ebibit, ptisanā protinus seruandam dato ptisanę namque cremor docente Gale eodem loco super ingestus comoditatem affert, detergit nempe atque deorsum trahit, quidquid ab expurganti medicamento viæ per quā transit adnaret, habet etiam & quantitatem medicamenti eis in heretem partibus obtēperare, ac permutare, quibus itaque de causis assumpto expurganti medicamento protinus, licet ptisanam aut aliquam consimilem forbitionem exhibere, hęc sane sententiam ex Dioscoridē colligimus dūco superioribus citato. Vbi potior frigidam exhibere iubet. cū sciamonio expurganti medicamento vti exposuimus vnde colligitur quod ante expurgantis medicamēti operationem, prædicta potio exhibenda est, namque si semel eā incepit ab ea vult Hippocra. abstinentiū dicens, in purgatione media forbitionem dare non cōducit ne docente galeno medicamēti expurgantis virtus exolueretur impeditur vtique natura & à suo opere adstrahitur, si semel incepto purga-

tionis opere forbitionem vllam exhibuerimus. Dum ergo pharmacum suam inceperit operationem quiescendum est, quam vtique doctrinam aperte satis Paulus docet. lib. 7. c. 6. dicens, omnes qui extre- nuam purgationem sumunt ab omni cibo & potu abstinenti sunt, vnde manifeste sequitur, quod rei iudicatus est & omnino condemnandus quorundam error, qui in curandis morbis accepto pharmaco contentunt, in sulsu ius, aut cum sale exhibere, quibus intellectis animaduertendum vltius est, quod non semper vsque dū completa fuerit purgatio, à cibo seu potione vltra abstinentiū est, sed potius contingit vt in media purgatione necessū sit cibum exhibere, virtutem nempe restaurandi gratia, quod vtique accidit vbi nimia processerit purgatio, virtutem exoluens, tunc vtique etiam si medicamentum expurgans operationem inceperit, forbitionē exhibere conuenit præsertim facilliter nutrientem, vt itaque naturam purgationē sustinere possit & ne in animi deliquium delauatur, tunc vtique exhibere oportet galinaceum ius cum ouorum vitellis admixtum, aut aliquam huic consimilem forbitionem, et si forte citatior virtutis reparatio necessaria fuerit odoramenta naribus admodenda sunt, vti præcedenti capite Hippocra. testimonio exposuimus, quæ sane doctrina ex Paulo quoque docetur philagrii testimonio dicente, si qui ad consumatam vsque purgationē cibo defraudari non substineat, vel propterea quod ventris os valde biliosum habuerint, per longuam mediamque præcessit, aut propter

non semper incepto purgationis opere a cibo abstinentiū est

Et. 7. c. 6.

aliā cōsimilē causam, dādus est ipsis ex aqueo vino panis, nō ergo vllaque quo purgatio suā operationē integre deserit à cibo seu potione vlla abstinentiū est, quibus expositis superest considerare victus rationē quam facta purgatione exhibere tenemur, ideoque die purgationis minoranda est victus ratio, si quidem tunc expurgationis ratione imbecillare dicitur natura, qua namque gracili apparēte, minime copiosus cibus administrandus est, postquā tantū cibi indulgendum est, quantum natura ferre possit, ita vt cibi quantitas naturæ corresponderit, si namque eo tēpore copiosum exhibuerimus cibū labefacta purgationis causa natura, alimoniam tollere non possit, neque eam probe cōficere, docente Galen. nisi omnino pauca fuerit & indebita. Die igitur qua purgatio facienda est, paucum cibi indulgendum est, habita virtutis consideratione quæ sane doctrina Hippocra. docet dicens, vbi purgatio deserit detur, sed cōsuetam minor. Rursus autem ab ipsius expurgantis medicamenti assumptione considerandum est, an dormire liceat, pro cuius rei dilucidatione aduertendum est, quod exhibitio expurgantis medicamēto, siue fuerit in forma liquida seu dura, aut denique media deuoratum, reuera dormiendū est, pro virium ratione, dummodo tamen opus suum nō inceperit, quod vtique quadam cum distinctione intelligendum est, scilicet quod supra potens ac durum pharmacum diutius dormiendū est, quā supra medicamētu, maiori indiget calore, quā mediū, vt reducatur ad actū, ob eius

Die qua facienda est purgatio paucū cibi indulgendū est

Com. 2. d. uia. rat. in morb. acut. par. 3.

An assumpto expurganti medicamento liceat dormire.

nepe substantiæ duritiē. Est etiā & supra benignū medicamentū dormiendū, nisi valida satis fuerit virtus: modicum tñ & cū ministri vigilantis consideratione, conandum tamen est, ne incepto purgationis opere ægrotus dormiat, docente gal. cō. 2. de vict. rat. in morb. acut. par. 12. dū modo necessitas dormiendi nō cogit ad eā purgationē cohibendā iuxta Hip. doct. cū voles scilicet eleborū magis ducere corpus moue cū vero sistere, somnū inducito, nec moueto, somni vtique ratione ab inceptione pharmaci eius destruitur opus, nō ergo incepta regulari purgatione dormiendū est, ne eam somnus perturbaret, atque destruxerit, cōsiderandum amplius est, quāto temporis spatium ab exhibitione pharmaci ægrotus somno fungi tenetur, tantopere vtique dormiendū est, vsquequo ad actum tantum reducatur, & nō vltra hac nepe ratione, quia expurgans medicamentū quādoquidē naturæ humanæ cōtrariū ac pntiosum fuerit, vti inferioribus declarabitur, maxime vētriculum lædit ac perturbat, ideoque postquā somni ratione medicamentum expurgans minus in vētriculo moratur, si quidem eius somni ratione citius ad actum reducit. Necessū idcirco fuit, assumpto expurganti medicamento, sensorium omnium quiete vti, postquā quanto citius expurgans medicamentū ad actū redactum fuerit, tanto breuius suā efficiet operationem, vnde & minus in vētriculo moratur, ob eamque rem pharmaci ratione minor vētriculo noxa, non tantum subsequitur, verum etiam toti corpori, igitur si per somnum minor

Li. 4. de vict. rat. in morb. acut. par. 12. dū

V noxa

noxa pharmaci ratione nostræ naturæ sequitur, vt citius præsidium ex eo adeptum est, quid clarius erit quã quod ab assumptione pharmaci dormiendum fuerit, vsquequo tamen ad actû reducatur, quod enim pharmacum somni ratione citius reducatur ad actum constat, quia in somno vegetiores ac potentiores naturales actiones redduntur, quã in vigilia docente Gal. & phi-

Li. 1. aph. losopho, vnde noster genuinus ac 15. et li. 1. innatus calor rebusior ac fortior alimen. fa. erit in somno quam in vigiliis, cu- cul. ca. 2. ius ratione expurgans medicamen- et li. 4. de tum citius actuatur, & suam com- me. sanit. plet operationem. Assumpto ergo 6. et li. 1. de caus. expurganti medicamento, prædi- supth. ca. 2. sta tamen cum consideratione re- ul. 4. a. manet dormiendum esse. quibus ha- uice. sen. bitis declarandum superest, an ab 2. li. 1. do. assumptione pharmaci somnus na- et li. 2. c. turaliter causetur, an ex accidenti 13. et sen. qua pro re quãdo somnus causetur 3. doctri. 2. cap. 9. naturaliter, quando vero acciden- Lib. 2. de taliter, enodandum reor. Somnus part ani- ergo naturaliter causatur, docente mal. c. 7. Naturali philosopho, cum à cerebro profici- ter som- scitur, & cum sanguinis calētis ef- nus ex ca- fluentia refrigeratur ab eo, cuius ra- pite orit. tione refrigerationē ipsum caput recipit, vnde protinus naturaliter somno capiti sumus, & præter id po- test etiam naturalis somnus causa- ri, quia calor vna cū sanguine ad ima vsque corporis subterfugit, ibi que collecta caloris copia somniū facit, ac exigendi corporis faculta- tem aufert. Et hac igitur methodo & via, naturalis causatur somnus. Excitatur autem in accidentaliter somnus, veluti pharmaci ratione, siquidē eius causa ex stomacho, su- mi versus caput eleuantur, ipsum re-

plentes, cuius humorū euaporatio- nis gratia ex accidenti excitatur so- mnus, postquã pharmacū proprie, & per se humorē solū sibi familia- rē educere habet, si vero præter id somnum induxerit, id ex accidenti erit, non per se & proprie, quare pharmaci ratione accidentaliter ex- citatur somnus, qui etiã somn⁹ post cibos recēter assumptos exorditur, ex ingestis namq; cibis, eorum ver- sus caput consequitur effusio, quare & accidentaliter somnus, pro- prie enim & per se, cibi nutrimen- tum præstare moluntur, non som- nū, si vero ab eorum assumptione so- mnus consequitur, ex accidenti e- rit, non proprie, & ob id somnus ex ciborum assumptione obortus, acci- dentalis dicendus est, in summa vtiq. potest etiam huiuscemodi somnus ex lassitudine ac defatigatione ex- ordiri, vti ex rei experimento con- stat: quibus itaq. intellectis reman- et apertū satis, qd somnus fuerit, do- cente Arist. concursus calidi ver- sus interiora, dum videlicet senso- rium omniū ligamē fit, vnde eorū dissolutio, vigilia nobis dicenda erit, quibus expositis hoc vnū ani- maduertendum censeo. Latino do- cente Hip. quod minime purgatio- nes nisi magna urgente necessita- te frequentanda sunt: quam obrem longis intervalis, ac non nisi val- de indigentibus, administranda sunt, testante quoque Galeno, com- ment. 10. libr. 3. aphor. si quidem expurgantia med. ex quibus purga- tiones fiunt, naturæ humanæ con- traria ac perniciofa satis sunt, eodē docente Galeno, qua ergo ratio- nē nostrū corpus alicere ac corrūpere habent: vnde eorum eorum genus

Li. de sen su et sensi li. cap. 1. Somnus quia. uigil. quid Lib. 1. c. 3. Comēt. 2. de vit. ra. in mor. a. cu. par. 12 et 8. li. de cōp. phar. per loc. c.

Διλητήριον hoc est pestilens expli- cuit Gal. lib. 3. de temper. c. 4. & li. cui titulus est, quibus medicamen- tis purgare cōueniat, nō ergo passim expurgationē faciendā censeo, do- cente Corne. Cel. li. 3. c. 4. vbi in- quit. Ego autem medicamentorum potiones dari, & album duci, nō ni- si raro debere concedo, quã etiam sententiã reddit, lib. 4. c. 19. dicens medicamentis vti, nisi in vehemen- tibus malis superuacuū est, nō igitur frequenter atq; affectionib⁹ le- uibus purgatio, nobis administran- da est, enodandū aut cēseo, an, post eiusdē pharmaci exhibitionē quies- cendū fuerit, minime denuo reme- diū vllū a Imouendo, postquã mul- torum est opinio asserentiū, quod ab assumptione expurgantis medica- menti, nihil denuo administrandū est, pro cuius rei intelligentia cōsi- deradū est, si post expurgantis medi- camenti exhibitionē, debita humo- rū vacuatio, aut nulla præcessit, & si nulla, tūc ægrotus bene aut male se habuerit, quã obrē, vbi debita va- cuatio præcesserit, nihil faciendum est, euacuationis gratia, licet abster- sionis ac intestinorū mundificatio- nis causa, bene aliquid fieri potest, vti est abstergens clysterē admini- strare, postquã eius rationē intesti- norū mundificatio, & lauatio cōse- quitur, si vero nulla præcesserit va- cuatio, aut ægrotus leuiter, aut egre illud fert, si itaq; nō egre illud tole- rat, ac bene eo tēpore ægrotas se ha- buerit, quiescendū censeo, vnde, & nihil insuper operandū, in quib⁹ testimonio est Paul. dicens, si quis- piã post medicinarū potione, nō purgauerit, neque suauatur, si nulla quidem exinde, ingruat molestia

Purgatio minime frequen- tandā. An phar- maci exhi- bitione a- liquil de- nuo ope- randū sit. Li. 7. c. 6.

nullo auxilio opus est, quã quoque doctrinā Aetius nos docet (serm. 6. cap. 2. dicens, assumpto pharmaco quiescere iube, quia data purgatio- ne poterit & ex arte nulla subsequi albi egestio, docente Gal. lib. quos & quando cap. 7. vbi quatuor assi- gnat causas, ob quas à pharmaci ex- hibitione medicamentum expurgas frustratur. Primum ergo pharmaci cum tunc nihil operatur, ob ægri naturam, qua vtiq. repugnante me- dicina, dicente Hipp. non prodest, cuius verba sunt. Natura enim re- pugnatē, irrita omnia fiunt: si vero ad optimā naturā viā demonstra- ris, artis doctrinā facile contingit. Repugnante igitur natura non mi- rū est si expurgans medicamentū suā operationem adsequutus nō fue- rit: deinde autē exhibita purgatio- ne albus minime expellere potest, quoniã id quod expurgandū fuerat forte modicū fuit, quod vtiq. ob sui exiguā quātitatem, antea quã phar- macū exhiberetur, per clysterē sub- duci potuit, vti cōtingit in illis, qui purgandi vsu præcedenti die ab ip- sa purgatione clysterē administra- re moluntur, Tertio enim dū natu- ra per vrinā excernere intenta est, potest prohiberi vacuatio, quã ob rem eo tempore expurgans medica- mentum nihil operatur. Frustratur vtiq. purgatio ea nē per ratione, quia exhibitum pharmacum forte in nu- triti substantiā transmutatur. His- ce igitur de causis pharmacum dū in corpus intrauerit purgationē ad- sequi nō poterit, quibus itaq; intel- lectis, si post pharmaci exhibitio- nem nulla præcesserit vacuatio, & tunc ægrotus grauiter illud tulerit, nequaquam quiescendū iudico,

Quatuor de causis exhibitio pharmaco purgatio frustrari potest. Libell. cui titulus est eius lex.

imo peruigili cura, tunc tēta sunt, auxilia ob futurū nepe quod ex tali casu periculū speratur, ideoque eo tēpore clysterē statim super iniijcere oportet, vt calorē ex pharmaco impressum obtēperet, tū etiā vt titilantes humores, ac corpus vexātes, eius clysteris ratione excernantur, quod si horū forte nullum prae stauerit auxiliū, quā citissime maiora tentanda sunt remedia, videlicet velicato corpore crosionis ratione id lauādo aut frigidis remedijs vngendo, si autē corpus grauātū appa ruerit, contantibus, quę ad sangui nis misionē necessaria sūt, sanguis mittendus est, quā sane animaduersione dignā doctrinā Paul. nos docet dicens: si post pharmaci exhibi tionē, mala pręcedēdi euacuatione aliqua vrgeat molestia, ppter morbi vehemētiā, ne dilanietur aut distendatur, siue deniq. exsiccetur lāguens clysmū, confestim supermiscere est necesse, ex quo si ob tēperātia haud subsequatur, corpore quidem velicato, & tanquam peruerso ægrotus lauandus, ac vngendus asatim est, quod si autem corpus refertum, atque grauatum fuerit sanguinem secta vena detrahe potissimum, si sanguinolentus homo fuerit oculosq; rubeo colore infectos & perulantes exterto sue, non secundum naturam sed ex aduētio propter medicamenti portionem habuerit, a pharmaci igitur exhibitione nulla pręcedente vacuatione si irruerit molestia minime quiescendum est, quę hactenus pro purgandi ratione dicta sunt.

De ea quę per vomitum fit vacuatione.

Caput. 6.



Quoniam pręcedēti cap. de ea vacuatione quę p inferiora fit, distertauimus, expediēs in pręsentia est de vniuersali ea quę per

Vomitus vacuatio est vniuersalis.

Li. artis meden. c. 99.

Lib. 2. de caus. simp tho. c. 2.

Vomitus quid.

Docente Gal. 4.

aph. 12. cō

superiora siue vomitum perficitur verba facere, prius tamen quam de huiusmodi vacuatione (quę vere vniuersalis & vti ex Gal. colligitur) determinauerimus, a rei pertractandę definitione vt nostri moris est, exordiendum censui, ideoq. vomitus a quo non modicum natura excerpit auxiliū, docente Galen. motus est, ab expultrice ventriculi facultate factus ad expellendum per superiora, quod in stomacho molestat, quare (eodem Galeno autore. libr. 2, de art. curat. ad Glauconem) cum affectio vlla stomachum molestat per vomitū vacuatio fieri debet, quę vero in intestinis sunt minime per superiora expurgari possunt, sola enim vomi natura apta sunt, quę in ventriculo continentur, quę vero nequeunt, & sic nihil obitat: quāuis in illa ea affectione stercus, vomitur testāte Galeno. lib. 7. aphorif. com. 10. vbi inquit, si vehementius laborantes illiaca passione distorqueantur stercus eis superiora petit, atque singultiant, hoc enim minime medicamenti ratione fit, sed potius vlat que morbi magnitudinis, & ob id cū Gal. dixit, quod nihil in intestinis cōtentū vomitur intellexit medicamenti ratione, quib; expositis nō pauca sūt quę ante huiusmodi vacua-

Li. de hum. et li. 1. aph. 2. c. 21. c. 25. et li. 4. aph. 3. c. li. 6. aph. 17. li. 1. de art. curat. ad gla. ca. 9. c. ad uen. fen. 1. li. 4. trac. 2. cap. 7.

Li. 4. aph. 6.

moderate carnosifaciliter ad vomitū citantur.

uationē consideranda veniūt, ideo que ante omnia inquirendum est, an natura per vomitum educere intenta fuerit, siquidem tunc per superiora potius euacuandum est, quā per inferiora vti docetur ex Hippocrat. & Galeno, dicentibus, quę educere oportet quo maxime natura vergit per loca cōferentia eo ducere, tentante igitur naturā per vomitū ducere per eundē locū tanquā cōferentē euacuādū est, siquidē nos imitatores ipsius nature sumus, cōsiderare autē tenemur, ægrotantium naturā, videlicet idonea siue facilis ne vomendū fuerit, an difficilis, & inepta vt itaq. si facilis & apta fuerit, leuiora remedia ei propinanda sunt, si vero difficilis vehemētiore testāte Corn. Cel. li. 1. c. 3. Cōsiderādū amplius est vt si forte quispiā egre vomitū tulerit. quā minime ad vomendū cogēdus est, siquidē egre atq. difficile vomenti, nequaquam ad vomitum cogendus est, ante vomitus ergo vacuationem ægrotantium naturam cōsiderare tenemur, rursus autem in huiusmodi vacuatione ægrotantium naturales habitus considerandi sunt, fuerint ne natura graciles, an moderate crassi, & obesi, quoniam si homines natura graciliores fuerint, idonei sunt ad vomēdum magna ex parte quia biliosi, autore Galeno lib. 4. apho. com. 6. & Aetio Rufi autoritate, sermo. 3. cap. 119. vbi inquit opitulatur quidem excelenter graciles per vomitum, seu ad vomēdū aptiores quam sane sententiam docet Hip. dicens ex se graciles faciles ad vomēdū sunt, moderate tamē carnosifaciliter ad vomitū citantur. eodem Hip. autore. li. 4. apho. 7. quia in his nō-

nimia abundat bilis nec pituita, sed potius humores in eis valentur, firmati sunt, vnde & ad vomendum difficulter concitantur, nimis tamē molles apti sunt ad vomendum, sicuti & graciles postquā in eorū vētriculo, multa redūdat pituita, ipsū molestans, & ob id facile ad vomitum concitantur, docente Aetio loco nuper citato vbi inquit auxilia tur vtiq. per vomitus purgatio, nō mio corporis molli quid ergo dicēdū erit ex latino Hip. qui lib. 1. c. 3. dixit gracilioribus inutile esse per vomitū purgationem, dicendū vti que est, quod tunc Cornelius Celsus de gracilioribus intellexit, qui melancholici sunt, siquidē hij difficile ad vomitū, ob humoris qualitatem disponuntur, non autem de gracilibus, qui biliosi iudicantur, siquidē hij ob sui humoris qualitatem faciles sunt ad vomitum. Vterius quoque est & tempus ante vomendi rationem nobis considerādum, siquidem testāte Hippo. estiuale tēpus ad vomitum idoneum est, quando quidem magna ex parte eo bilis redundat tempore, sursum ob eius leuitatem petens, tum etiam docente Galeno quia tota animalis natura propter ambientis caliditatem, magis ad superiora mouetur contrarium: tamen euacuationi huic tempus hiemale existit, eodem testāte Hippo. aduertendum tamen est quod hiems, non est innepta ad vomitum, quia in ea magna ex parte pituita coacerbatur, cuius ratione idonea satis est ad vomendum, siquidem vexato vētriculo, pituitę coacervationis ratione, facile ad mouēdū excitatur, dicitur tamen hiemis tempus, huic euacuationi contra-

Diluitur Cor. cels.

Tēpus in vomitu cōsiderādū est.

li. 4. aph. 4.

Estatis tēpus ad vomitū idoneū iudicatur.

Lib. 4. aph. 4. et. 6.

rium, quia in eo tempore humores firmati, atque stabiles manent versus inferiora ob humoris qualitatem inclinantes, oportet ergo anni tempora, circa vomitus rationem considerare, vt eorū intellexerimus, quod aptius, quod vero ineptius, ad vomendum fuerit, quibus intellectis quid excelso dicendum erit, dicente: quod vomitus vtilior hieme est quam estate, respondendum quantum coniectur est, quod Cornelius intellexit: quod hieme vtilior est vomitus quam estate, hiemis tempore maxima pituita in ventriculo coaceruatur, ipsum grauans ad vomitū irritans, & cū in estate multa abundat melancholia, quę eodē tempore aliquando redundare dicitur, docente Galeno com. 4. lib. 4. aphorism. considerare amplius refert & morbos in quibus huiusmodi vacuatio conueniat aut non, siquidem docente Aetio, necnon & Paulo. lib. 7. cap. 10. sanguinis reiectio, & vterina strangulatio minime vomitum exigunt, imo aduersantur eum, necnon & animi deliquia, capitūque affectiones, & oculorum passiones, & reliquę con similes affectiones. Morbi vero in quib⁹ vomitus ratio necessaria est, sunt vt fluidę omnes affectiones, seu renum vlcera vesicę, & anni, aliarumque partium, elephācia sis quoque affectio, cachexia item, siue malus corporis habitus, articulares morbi, hidropisis, regius morbus, epilepsia, ex ventriculo ortum habens, namque quę a capite oritur, omnino vomitionem aduersatur, ne eius motu magis crasorū morborum copia versus caput feratur. Sciendum vltius est, quod

Declaratur Corn. Celsus.

Ser. 3. ca. 119.

Vomitum minime frequētandi.

vomitio, nequaquam frequentanda est, docente Auicena postquam in plures & magnas offensas perducere potest, quibus haecenus intellectis, considerandum est, quod tūc oportune atq. exacte per vomitus vacuatione vtendū est, vbi quis recenti laborabit repletionē, tūc vtiq. priusquam cibi corruptionē adquisierint, rationi est consentaneum vomitione vti, vt itaq. eadē repletio citius curetur, sanatur vti que repletio, vacuatione quā citissime vti Hip. docet dicens quicum que morbi ex repletionē fiunt curat vacuatio, vacuandum ergo erit per vomitum vt citius ab eo morbo liberemur, illis etiā qui ex multa vini meratori potione grauantur, mirifice vomitio confert, ablatam namque causam statim remouetur effectus, quare illa meratori vini copia vacuata, remouebitur & statim crapula ex ea causa oborta, quādoquidem etiā huiusmodi vacuatione vsi fuerimus, quę excernuntur quoq. consideranda sunt, qua propter si excrementa humore mixto permixta fuerint, scilicet pituitoso & bilioso, optima docente Hippocr. censenda sunt quę vero sincere pituitosa aut viliosa apparuerint, deteriora quę tandem si porracea, libida, aut nigra, siue denique colore varia fuerint, mala ac pernitiōsa esse nobis (eodē Hip. autore. lib. 2. prognost. prognos. 39. & 40) estimanda sunt, quorum deniq. putridus ac fetidus odor omnino malus est, siquidem malam ac putridam materiam designat, vt igitur bonam vel malam redundare materiam coniectauerimus, expedit quę per vomitus

Fē. 1. quar. ti. cap. 14.

li. 2. apho. 22.

statim ate mulctiam uomitus est. utilius

Li 2. prognost. c. 6 prog. 38.

quę excernuntur in uomitū consideranda sunt.

post uomitū quid faciendum.

mitus vacuationem excernuntur considerasse, quibus itaque intellectis, considerandum autem est, quid a vomitu nobis faciendū erit, cum igitur quis ab omitione euaserit docente Auicena. fen. quarta primi. cap. 12. os ac faciem suam ex aceto rosacea aqua temperato abluere expedit, vt humores, qui motione vomitus sursum feruntur reprimantur, & tandem aqua mastichis bibat, ventriculi corroborationis, ac astrictionis gratia, debet item diu quiescere vt humores titilantes versus caput non ferantur, & nec multum cibi ingerere, aut si aliquid opus fuerit, bonę substantię, odoris, & saporis ac deniq. facili coctionis sit oportet, vt ex quo ventriculus refociletur, sin cera vtique frigida aqua omnino quoque fugienda est, eius namque ratione ad vomitum ventriculus excitabitur, quia frigiditatis ratione, facile stomachus alteratur quare & admouendum obnoxius redditur, cauendum etiam est tunc ab exhibitione aquę tepidę, quoniam ea ventriculi firmitudinem exoluit, vnde & protinus ad vomitionem concitabit, bibenda ergo erit mastichina aqua, per se aut si opus fuerit vino albo admixta quādoquidem vinum album & tenue vtile stomacho est testante Dioscoride libr. quinto. cap. 8. pro complemento denique huiusmodi per vomitus vacuationis, medicamentorum quę apta ad concitandum vomitum fuerint declarare nō gra uabor, quare (testante Aetio sermone. 3. cap. 19. & Paulo. lib. 1. cap. 42) quę acrua & sicca sunt, minime admouendū apta iudican

tur, sed ea tantum quę median quādam naturam inter dulcia & amara habēt, quarū quędam sunt quę leuiter ad vomitum stimulant, quędam vero quę vehementer, leuiter igitur ac sine molestia pro licentia vomitum sunt, seu sincera tepida aqua per se sola, aut oleo admixta, & mulla etiam, acetumq. mullum, atque prisana melle condita, & faua elixa, vina haud exiguo dulcore predata, aneti semen, & cnicus cum sesamo tritis & commulsa exhibitis, & consimilia in numerosa alia, quę enim ad vomitum valenter stimulant sunt, vt nasturei, semen, & narcisi, bulbi, elixatio in mero facta, oleum sesaminum, raphanum, necnon & narcisum, quorum denique expeditissima remedia & quibus ego vtor sunt vti ciprinum, aut irinum oleum, co digitis vel penis irrigatis, tandemq. ad purgationem infertis, & raphani aut eius feminis decoctum vna cum caricarum cremore comixtū, quo tepe facto ad bibendum proprio, quantitate haud minori consueta, pre ceteris amplius, vehementius ad vomitionem euocandam album veratrum existit, considerandum tamē est quod minime in omnibus morbis eo vtendum est, nisi in vehementibus ac fortibus, & preter id cum reliqua non susceperint (docente Aetio antili ac posidonij testimonio, sermo. 3. cap. 22. & Paulo. lib. 7. cap. 10.) qua propter nec abs re explanare erit, morbos in quibus eleborus albus exhibendus fuerit, aut non: morbi igitur in quibus veratrum album exhibendum est, vt hidropisis sunt, elephācia sis, cachexia, comitialis morbus

Leuiter p eliciētia uomitum.

Vehementer ad uomitum stimulantia.

ex ventriculi cōsensu oburtus, melicholia, & podagra, superest denique illas morbos assignare in quibus eiusmodi veratrum prohibendum est, vt scierimus nos ab illis cauere. qui igitur seu sanguinis reiectio sunt, orthopnea, capitis affectiones, vteri strangulationes, animiq; deliquia, & reliqui consimiles quæ pro ea quæ per vomitus fit, vacuatione dicta compendij gratia sufficient.

De euacuandi ratione, quæ cucurbitularū vsu perficitur. Cap. 7.



Vandoquidem, non nisi præmissa totius corporis euacuatione cucurbitularum admotione vtendum est (docente Galeno. lib. 13. method. cap. 19. & Pauli. 6. ca. 40. necnon & Aetio serm. 3. cap. 20.) id circo post purgationem de ipsarum cucurbitularū vsu me disserturū existimaui, in cuius rei processu de cucurbitularū diuersis generibus declarare moliar, siquidē rei præpositæ cognitione, semper inchoandum est deinde de eorū formis & figuris dilucidauimus, & tandem de eis quæ consideranda sunt ante earū admotionem, & præterea quibus modis apponendæ fuerint extricauimus, ac deniq; de cōgruo ac oportuno tempore in quo admouendæ sunt, quibus itaque prælibatis cucurbitularum genera (testante Cornelio Celso. lib. 2. cap. 11.) duo sunt eneum scilicet, & corneum, licet de tribus Paul. loco nuper citato declarauit, siquidem à prædictis de vi

Cucurbitularū admotio, nisi prægrefatoris corporis euacuatione conducit.

treo scripsit genere, oribafius autē libell. de cucurbitulis præter tria hæc genera aliud argenteum appositum fuit quo scilicet nõ vtitur, tū quia argenteæ cucurbitulæ vehementius igniuntur, tum etiam quia maioris sunt præij quantum opinor, quibus quantum hodie aditum est, terreum videlicet vitreum, quibus explanatis vtrum ipsorū efficacius fuerit, enucleandum superest, vt nobis compertū habuerimus, ex quo maius auxiliū subsequi possit, quā ob rem eorum efficacius eneū genus existit, postquam (docente Paulo) eneæ cucurbitulæ præ cæteris longe sunt ad trahendum, efficaciores: quādoquidem maiorem flammam sustinere valent, & ob id eneæ frequentior vsus habendus est, (docente Oribasio loco nuper citato) vitreæ namque etiā si effatu dignam flammam sustinerint quia facile franguntur, non ita efficacioris sunt, & ob id eneum genus vtilius ipso vitreo atque corneo est: siquidem minus extrahunt quandoquidem corneæ cucurbitulæ absque igne admouentur, autore Oribasio, necnon & Cornelio Celso. lib. 2. ca. 11. genus denique vitreum terreum omnibus est in finem, veruntamen quia minoris præij, id muliere suis adferuantur domibus: præsertim illæ qui vterinis vexantur affectionibus, cū igitur eneæ cucurbitulæ præ cæteris efficaciores existunt, vertitur, in dubium qua hac tempestate ratione, vitreæ magis vsui, quam eneæ habentur. vtitur ergo vitreis magis quam eneis cucurbitulis, quia etiā si ad trahendum minus sint efficaces, siquidem minorem flammam continent, propter earum diaphoram & cō

Cucurbitularū genera quinque.

Eneū: cucurbitularū genus præ cæteris est efficacius.

Quare vitreis cucurbitulis potius quam eneis utimur.

& conspicuam nempe substantiam, ideoque diaphanum corpus habentes, exactius in eis de sanguinis extractionis quantitate iudicamus & hac ratione plus vitreæ cucurbitulæ magis hodie vsui habentur, quam eneæ. Aduertendum tamen consolor quod quando cucurbitulæ admouendæ fuerint, non euacuatio nis ratione, sed attractionis tantum gratia: tunc eneæ prædictæ apponendæ sunt, postquam ex eis citatius atq; efficacius cōsequitur auxiliū, & maxime si magna atrahendi aut reuelendi cogitatio necessitas quādoquidē hactenus de varijs cucurbitularū generibus disserimus de varijs ipsarū formis, ac figuris, nunc enucleandū sequitur, quæ b r e cucurbitularū quædam sunt, magnitudine & paruitate differentes, si & harū quædam habere tenentur, ita vt ventris molē, vna cum colicæ orificio longiori: quædam vero oblongam matulæ, videlicet instar breuiori colo præditā. Aliæ enim sunt quæ cū lato ventre breuiorē colūm portendunt, aliæ vero quæ cū longiori longū orificium designāt, quorū vtiq; magnæ latiorē ventris molē vna cū longiori collo attrahendū, omnibus alijs magis idoneæ habentur, docente Paulo, necnon & Gal. lib. 5. apho. com. 50. tum quia maiorem flammam cōtinere possunt tū etiam quia maiorem carnis quantitatem diglutiunt, magnæ quoque cū breuiori tamen collo nõ ita sent ad trahendū apte quoniam etiam si multā flammā continere possint, quia modicam carnis exuuantiam deuorare possunt, minorem at r i c t i o n e faciunt, in summa enim magnitudo aut cucurbitularum parui

Cucurbitularū si & harū quædam habere tenentur, ita vt ventris molē, vna cum colicæ orificio longiori: quædam vero oblongam matulæ, videlicet instar breuiori colo præditā.

Cucurbitula & subiecta membrum magnitudine correspondere debet.

libello de cucurbitis cap. 3. & lib. 13. de morbo curati. ca. 19.

tas, pro membri dispositione & qualitate, cui admouenda cucurbitula est desummenda erit, ita vt si subiectum membrum paruum fuerit, & excarneum, cucurbitula ei apponenda commodari debet, quare & parua esse tenetur: & ex consequenti si membrum cui affigenda est, carnosum & magnum apparuerit, ipsietiam cucurbitula apponenda proportionari tenetur, quare & magna esse debet: qua ergo ratione proportionalia inter se cucurbitula & subiectum membrum esse tenentur vt igitur præposito ordine procedere semper videar, de eis quæ ante cucurbitularum vsu consideranda veniunt, dicendum reor, quamobrem ante earum appositionem considerare oportet plethoricam dispositionem, postquam infestate ea minime cucurbitularum vsu cum incisione vti consuluerim autore Gale. antil. testimonio, licet leuiter affixis, hoc est, sine scarificatione in mediocribus doloribus, ac cōsimilibus leuibus affectionibus possemus recte eis vti, quæ vtiq; si cū scarificatione admouerentur fieret haud dubio subiecto membro molestantium humorum attractio magna, quare & læsio: quam sane doctrinam Gal. assignat dicens. Cucurbita in occipiti defixa ad oculorum fluxiones efficacis est remediū, vacuare tamen prius totum corpus expedir: si namque plethoricum fuerit, quacūque capitis parte cucurbitam defixeris totum implebis caput, quamobrem Aetio. sermo. 3. cap. 20. dixisse credo: quod si cucurbitula capiti intempestiue admota fuerit lethargos & corporis ac mentis stuporem, & oculos pro-

Li. 2. c. 11. Cornelius Celsus docet dicens, v-
sus cucurbitulae praecipuus est, vbi
Laborati. non in toto corpore sed aliqua eius
plethorica dispositio parte vitium fuerit, quam vtiq; cor-
necucurbitula minime admo- uenda est. poris partem, ad confirmandu eius
valetudine exaurire satis est, non
ergo vbi corpus omnibus ex aquo
succis excatet, cucurbitula adhibe-
da est. Aetatem etiam ante cucurbi-
tularum vsum considerare tenemur:
siquidem infantibus prorsus primo
sui ortus anno, minime sunt admo-
uenda licet possint cum tribus an-
nis nati fuerint, vti ex Auicena de
monstratur, quamuis ex Arnaldo
de Villanova. (cap. 29. de vetosis)
Fe. 4. p. 1. ca. 21. dicatur quod in 3. aetatis anno cu-
curbitulae infantibus non sunt ap-
ponenda, quo autem loco aliorum
sermone inquit, quod post sexagin-
ta annos nemo ventosandus erit,
hoc tamen intelligendum erit viri-
tute haud consentienti viribus na-
que valentibus aut vrgenti necessi-
tate infantibus non tantum (vti in
quodam filio meo trium mensium
facto feci & bene successit.) verum
etiam post sexaginta annos seniori-
bus possemus cucurbitulas secure
admoovere, postquam septuagena-
ris constante virtute sanguine mit-
tere possumus, quod maioris est pe-
riculi, quam cucurbitularum vfu
viti, quia dicente Cornelio Cello cu-
curbitularu vsum, minus vehemens
quam sanguinis missio auxilium
est, ideoque magis tutum, maris igitur
periculum ex sanguinis missio-
ne qua ex cucurbitularum vfu con-
sequitur, miror tamen ex Aetio di-
cente. Venae sectionem minus esse
periculosam quam cucurbitula-
rum admotionem. in summa est

go quidquid in sanguinis missione
circa aetatem considerandum fuerit,
erit etiam & in cucurbitularum v-
su animaduertendum, siquidem v-
trumque auxilium, sanguine vna
cu spiritus vitalis dissolutione, va-
cuat, licet si cucurbitula absque sca-
rificatione admota fuerit, vitalem
tantum spiritum exoluit, docente
(loco superiori citato) Cornel. Cel.
consideranda autem corporis hui-
mani partes sunt, quibus vt pluri-
mum cucurbitulae admouenda ve-
niunt: qua ergo ratione intelligen-
du est, quod communiter occipiti
adhiberi cucurbitulae solent, pro o-
culorum vtiq; continuis fluxio-
nibus, a vba egressione, & confi-
milibus affectionibus, praeterea &
fonti etiam pro dolore posterioris
partis capitis admouetur, deinde
quoque sub mento, pro pustulis in
ore factis, ac dentium ac gingivaru
affectionib, admouetur, & in sum-
ma pro faciei & cutis capitis mudi-
ficatione, admouetur autem & par-
ti capitis superiori, literae lambdae
formam habenti, quae alias occi-
put appellatur, vbi admoueri solet,
ob corizam, & capitis ad faciei ale-
uiationem, necnon & propter den-
tiu dolores, quae denique admotio-
nis vsum presentaneum est remedi-
um illis qui ob tumorem faciei & angi-
ne deglutire nequeunt, animadu-
ertendum tamen est, quod hoc in lo-
co non nisi magna vrgente necessi-
tate cucurbitula admouenda est, ne
memoriam minuerit, & ipsam debi-
lem fecerit, ponuntur etiam in sca-
pulis, pro mededis capitis affec-
tionibus, necnon & pectoris, & pro san-
guinis sputu, orthomneae atque
neruorum distentione, renibus etia
apposi-

Cucurbi- tula absq; scarificati one admo- tu spiritus tantum re- soluit.

Pro tndē- tiū dolores cucurbitulae qua lo- co admo-

appositis vbi admoueri solet coxa-
rum inflammationibus conferunt,
ac emorrhoidibus podagrae, atq;
elephantiae ac denique pruritu dor-
si, ac vteri & vesicae ventositati-
bus, natibus vbi affixi quoque sor-
bent, ex toto trahunt corpore qua-
re intestinis conferunt, ac men-
struum corruptioni admouentur rur-
sus cruribus ob antiquos vterinos
dolores renales etiam necnon & be-
sicę, & in summa mirabiliter hui-
scemodi cucurbitularum vsum men-
strua euocat, quibus intellectis con-
siderare vterius ante cucurbitula-
rum admotionem tenemur, ipsaru
animaduersione dignu, vsum, qui
(autore Galeno. lib. de cucurbit. c.
3.) est materiam vacuare, dolorem
soluere, inflammationem minuere,
& discutere, appetitias edendi recu-
perare, infirmum ventriculum cor-
roborare, animi deliquia eximere,
fluxionis a remotis transferre, ac sic
care, sanguinis eruptiones cohibe-
re, facultates mensium corruptrices
attrahere & menses denique au-
lere, animaduertendum autem est quod
nunquam iuxta mamas cucurbitu-
lae sunt affrigenda, docente Aetio
necnon & Paul. lib. 6. cap. 41. quid
ergo dicendum erit quandoquidē
Hippo. dixit cucurbitulam ad ma-
mas pro menstruum cohibitione
apponendam esse, erit ne inter eos
contradictio vlla, minime quidem
postquam vtriq; intelligunt quod
minime cucurbitulae supra mamas
sunt apponenda, postquam ex tali
admotione lederetur maxime, ideo-
que non supra eas sed iuxta eas qua-
si dicat, sub mamas apponenda sunt
docente Galeno. non ergo Paul. &
Aetius Hippo. doctrinam aduersan-

Cucurbi- tularu u- sus, qualis

Li. 5. aph. 50.

Li 5 met. terap. ca. 3.

tur, sed potius eius doctrinam inse-
quantur, siquidem idem intel-
xit Hippo. succedit nunc quibus mo-
dis applicande fuerint explanare,
ideoq; bifariam nobis admouetur,
cum scarificatione scilicet, aut sine
ea. si igitur leuiter seu simpliciter
hoc est, absque carnis incisione ad-
motae fuerint, rebulsiōis gratia fit
& hac ratione inflammationes sol-
uit, ventriculi fluctuationes sedat,
sanguinem fluentem sistit, si aduer-
si parti admoueat, vti constat ex
immoderato menstruoru fluxu, pro-
cuius cohibitionis causa simplici-
ter sub mamis sunt apponenda ad-
hibetur etiam hoc pacto cucurbitu-
la ad trahendu sanguinem, videli-
cet vbi voluerimus ex profunda in-
flammatione, eius materiam ex-
traducere, tunc enim affiximus su-
per inflammationis locum cucurbi-
tam vt eius sanguinis influxus ex-
traducatur, & medicamentoru vir-
tus melius ad eam materiam per-
meare possit, amplius etiam admo-
uetur simpliciter cucurbitula deriua-
tionis gratia, videlicet vt eius infla-
mationis in fluxus, ex nobiliori me-
bro ad minus nobili mutarit, fit de-
niq. huiuscemodi appositio vt me-
brum calefiat, attrahendo nepe ab
ipsum sanguinem, vt eius ventosita-
tes exoluantur, necnon etiam ad re-
ducendum membrum versus suum
propriu & naturalem locum a quo
fuit semotu vt patet in luxatione
ac inguinis ruptione, quae (autore
Paul. lib. 6. cap. 113.) ex propria se-
de articuli alienu exitus est, ob has
igitur causas simpliciter, & absq.
scarificatione cucurbitulae sunt adhi-
bende. Cum autem scalpeli scarifi-
catione admouentur, id vacuatio

Luxatio quid.

nes gratia fit, & bifariã scilicet simpliciter aut cù igne, tunc enim ignito ferro scarificamus, quãdo expro fundioribus corporis membris, vitiosum sanguinẽ mittere conamur, docente Isaac, qua ergo ratione, nõ solum vitiosus sanguis extrahitur, verum etiam & prauis alij humores prope semper tamẽ simpliciter scarificamus, hoc est sine ignito ferro, & tunc duplici ratione aut ad crassum sanguinem à magnis vasis vacandũ, aut subtilem prope cutim existentem, licet magis extrahunt subtilem quam crassum & viscidũ sanguinem, docete Auicena fen. 4. pri. cap. 21. vbi inquit, ventosã cutis partem magis mundificant quã phleuatomia, & plus extrahũt, subtilem sanguinem quã crassum, quã obrem in corporibus crassis viscidum sanguinem habentibus, modicum ex earũ vsu consequitur auxilium, veruntamen soni huiuscemodi corporibus, ante ipsarum admotionẽ humorũ præcesserit, attenuatio, versus interiora, victus & medicamentorũ ratio, & versus exteriora perfectiones, & balnea, non dubito quin effatu dignum subsequatur auxilium: aduertendum deniq; est, qd vbi cum scarificatione cucurbita efficacius ex eius admotione auxilium recuperatur, postquã tũc perceptibile remediũ sentimur, nõ vtique magis sanguinem quam alios humores sicuti & sanguinis missio euacuat, & maxime vbi maiori cum flãma affixa fuerit. Quibus intellectis animaduersione dignum puto considerare, ante ipsarum cucurbitarum appositionẽ quod membri scarificatio, cucurbitæ admotionem præcedere debet, pro cuius

rei intelligentia, priusquam admoueatur, subiecta membra considerãda sunt, quæ vtiq; vbi carnosã fuerint, & ab eis sanguis detrahendus est, cucurbitæ admotionem tũc membri scarificatio præcedere debet, vt eius carnis incisionis causa, sanguis versus exteriora educatur si autem membra graciliora, & ex carnea apparuerint, tunc primum simpliciter cucurbitam attractionis ratione adhibebimus: tandẽ vero vbi intumuerit subiectum membrum, ipsam remouendo scarificãdum est, & rursus ipsam admouebimus, vt attractus seu cõmotus sanguis, exatius extrahatur, deinde cõsiderandum vterius est, quãdo carnis incisio faciẽda est, an multa sanguinis copia euacuanda est, aut modica, ideoq; si parum sanguinis extrahendum existimauerimus, duas aut tres, solum carnis cõsuras faciẽdas censeo, si vero multum sanguinis mittere cognabimur, quatuor aut quinque sectiones peragendas arbitror, animaduertendum tamẽ est, quod si tenuis sanguis mittendus est, leuiter per carnis superficiẽ scalpelo scarificatio faciẽda est, si vero crassus sanguis extrahendus fuerit, profundiores sectiones faciẽmus, siquidem scarificatio alta ex profundo sanguinẽ trahit, quã obrem quãto sanguis crassior aut profundior fuerit profundius carnis incisio faciẽda est, quamuis vltimus atque exquisitus profunditatis incidendi terminus hac ratione intelligendus est, ita vt incarnosa atq; crassa cute, profundius, siue altius scarificandum est, in tenuiori autẽ & ex carnea leuius. Quibus prælibatis de congruo ac oportuno

Membra scarificatio quãdo cucurbitulari admotione præcedere debet, et quãdo non.

Scarificatio dupliciter fit. Li. 9. praef. cap. 9.

Simplex scarificatio bifariam fit.

Cucurbitarum ratio ne magis subtilis sanguis quam crassus extrahatur.

Tẽpus p cucurbitularũ appositione cõsiderandũ est.

Quãdo cucurbita appositae, demoueri nequeunt quid faciẽdum est.

no tẽpore in quo cucurbitulæ sunt admouendę, explanandum superest, qua propter quandoquidem intentioni cucurbitularum vsu eadẽ est, quæ in sanguinis missione idcirco tempus, idem in vtriusque remedio eligendum est, nisi quod sanguinis missio quacumq; diei ac noctis hora euitato febrĩũ vigore, administrari potest, necnon & crudorum humorum redundãtia, vbi potest, cucurbita admouere docente Cornel. Celso lib. 2. cap. 11. vbi inquit in medio febris impetu, ac cruditate cucurbitarum remedio vti licet, siquidem nõquam remediũ periculofum est, veruntamen intelligendum censeo, quod si cucurbita cruda existente materia, admouenda est, non tamen cum scarificatione id faciendum erit, sed citra carnis incisionem, ne extrahatur vna cum sanguine reparatu digna virtus, ad crudorum humorum coctionem necessaria: postquam cucurbitulas prædicto tẽpore affixerimus, considerandum est, si semel affixis remoueri nõ possint, quid faciẽdum erit, qua pro re si ob multam carnis extuuerãtia euelli nequeãt tunc fõmentandum subiectũ membrum decocto foliorum maluarum est, aut oleo calidõni vngendũ aut denique idem membrum diluendũ est decocto radicis alteæ, & camelini, aut meliloti, membri molificationis ratione, vt itaque cucurbita separari queant, at tamen, si hac ratione remoueri nõ possent, si vitæ fuerint frangantur expedit, si autem ænæ, aut corneæ perforandę sunt, quibus perforatis statim remittantur ob caloris in eis contenti exolutionem, vnde & cum pri-

num separantur & tandem scarificatus locus cum oleo modico sale admixto vngendus est, vt citius sectionis conglutinatio ac debita cõpositio fiat, & hæc pro cucurbitularum vsu interpretando dicta sunt seu vtilia & nobis necessaria maxime.

Pro enucleãda quæ

hirudinibus fit, vacuanda ratione. Cap. 8.

Hirudinum vsus, cucurbitularũ loco haberi potest (docete Gale. libell. de hirudinibus) nec abs re fuit, post cucurbitularum vsus interpretationem, de ipsarum hirudinum admotione verba facere, prius ergo quam de ipsarum administratione differuerimus, rationi consentaneum est, earum delectum assignare, siquidẽ quin prius eligãtur, minime admouendę erunt, in electæ namq; (docete Auicena) venosę sunt, quare ex earum appositione, non pauca mala subsequi possent, inflammationes scilicet, animi deliquia sanguinis influxus febres, membrorum laxitas, & mala vlcerariure ergo optimo antẽ ipsarum admotionem eligendæ nobis erunt, ideoque eligendę sunt ex sinceris, ac dulcissimis fluentibus aquis, exiguam videlicet caudam habentes, muris instar, ac paruum caput habentes, vt facilius subiectum membrum perforare valeant: quarum color, ruber esse debet, iecoris nempe similitudinem referens, aut eligantur vêtres rubros indicantes, & dorsum quasi ad viriditatem inclinantem, que

Conducit maxime ante hirudinũ admotionem eligere eas. Hirudinũ electio.

quæ denique si hisce conditionibus electæ fuerint, perfectiores nobis habendæ erunt: illæ autem quæ in stationarijs enatant aquis, vti in paludibus fatidis, venenosæ reuera dicuntur, siquidem ex venenosa ac putrida materia producuntur, & illæ etiam quæ magnæ & grandis capitis sunt, simul vtiq. varium colorem, aut saltem nigrum habentes, huiusmodi denique hirudines siue sanguifugæ prauissimæ ac perniciosæ sunt, quare & vsui nec administrandæ (eodem docente Auicena, & Arnaldo Villanouano. cap. 40. de sanguifugis, ne enim in prædicas malas affectiones trahant declarare autem conabor, an eligendæ fuerint locis, in quibus inmorantur, aut non, quandoquid ex multorum sermone, nequaquam ex eo loco seligendæ sunt. pro cuius rei declaratione aduertendum est, quod ranæ duplici loco procreari possunt, aquis scilicet stationarijs, & fatidis, aut influentibus ribis, quare quæ ranæ in stationarijs aquis producuntur, immundæ ac venosæ censendæ sunt, postquam ex immunda ac pestilenti materia ortum habent, illæ vero quæ fluentibus ribis suam originem contraxerunt, mundæ sunt ac minime venosæ, quoniam ex munda & pura materia producuntur. Quibus intellectis remanet perspicuum satis, quando sanguifugæ eligendæ sunt locis, in quibus ranæ morantur, & quando vero non, explicite iam hirudinum electione, de eis quæ ante ipsorum administrationem consideranda veniunt explanare moliar, qua ergo ratione ante earum administrationem considerandum est, quod non statim à sui colle-

An hirudines eligendæ sint locis in quibus & ranis.

ctione apponendæ sunt, sed potius dici vnus inter capedine prius seruandæ veniunt, modico tñ sanguine, agni aut arietis, siue denique alterius animantis boni appposito, vt nutrimentum acquirant, quæ tamen reponendæ sunt, locis aqua vacantibus: ut itaq. (docente Gal.) earum virus exprimat, si namq. cum primum captæ fuerint, admouerentur, difficulter quidem aut nunquam subiectum membrum attingerint, postquam tunc nullo alimento opus habent. Oportet ergo vt membrum affixerint, eas per integram diem seruare, & modico prædicti sanguinis alere, tum vt ipsarum fuligo exprimat, tum etiam vt pauci nutrimenti ratione, fame laborarint, & vti itaque subiecto membro ob alimentum indigentiam inheserint, defectus vtiq. adiectionem exigit. quare hac methodo si dispositæ ac præparatæ fuerint, sine dubio membrum cui applicandæ sunt, attingerint, conandum amplius est, si fieri est possibile, vt quidquid in earum vtribus fuerit euomant, idque fieri potest, eas videlicet comprimendo, antea quàm nobis alantur, tñ vt si quid fuliginis in eis fuerit, vacuetur: tum etiam vt citius exigant alimentum, vt itaque libentius inherere cogerint: considerandum autem est, prius quam admoueantur, quod immittendæ sunt in mundo ac amplo vase, aquæ tepida semipleno, & deinde eadem spongia apprehendantur, & à sordibus repurgentur, quibus depurgatis membrum preparato ac bene disposito membro admouendæ sunt, est vtiq. eiusmodi membrum prius intro & dulcissima aqua (autore Aetio) lauandum, & frictione rubificandum aut

hirudines quibus in locis referuandæ.

aut deniq. scarificandum, vt itaq. promptius reddatur ad hirudinum inhesionem, tandem vero docente Auicena ipsi membro parum sanguinis apponendum est, si quidem hoc voluntarias eas facit, ac irritat ad earum inhesionem. quibus omnibus bene præparatis, cum primò admotæ fuerint, inherere videtur, & vbi inheserint oleo tepido pars cui applicatur sanguifuga fomentanda est, ne tñ ambientis ratione, tñ etiã eiusdem hirudinis causa, quæ docete Gal. natura frigida est, perfrigeretur, cuius ratione hirudo ipsa facile separari possit, & ob id eadem pars fomentanda est, vt vehementius affixerint, quibus expositis declarandum etiam est, an prædictis suppositis, si leuiter inheserint quid faciendum erit, vt fortiter attingat, quid quoque agendum sit, vt facile separentur quapropter vbi modice & blande inheserint, testante Gal. libello de hirudinibus, ipsarum caudas forcipe incidere oportet, vt itaq. ob eius alimenti exitum, & earum iram ex incisione acquisitam vehementius inhererent, & hac quidem ratione cum voluerimus maiorem sanguinis quantitatem detrahere possemus, vt constat: cum vero fortiter partem apprehenderint, ita vt separari nequeant, tunc vbi plenæ apparuerint, salem aut cinerem, & muriam, vel nitrum, atq. cõbustum setam, vel lanam, siue lini semè quoq. vsu, earum oribus administrauimus, eodem Gal. aut. Aetio etiã, & Auice. vt earum rerum displicentia ratione, statim separentur, & absq. earum hirudinum sectione cadant, quæ tandem vbi iam deciderint à subiectis membrum, quibus appositæ fuerint, statim cucurbitam

adhibeuimus, dummodo membra apta fuerint, vt itaq. hirudinum in præsum virus extrahatur, tandem vero eadem membra spongia fouenda sunt: etsi continuo sanguis erumpit, eius cohibitionis gratia parti subiectæ admouenda sunt, docente Gal. Aetio, necnon & Auice. vt linteolum ex aceto madidum, aut idem cõbustum, siue spongia pice liquida imbuta, & deusta, aut charta acetomale facta, aut gala vsta, vel deniq. tegula subtiliter puluerizata, quibus aut cõsimilibus, cohibebimus certe eiusdem sanguinis eruptionem, at vero si nõ sanguis erumperit, sed tantum membrum lacrymas fundat, fabacea farina eodem membro apponenda est, & deinde lana modico oleo imbuta obuoluenda, vt delachrimatio ea cessarit. quibus explanatis enucleandum superest quorundam dictum scilicet, quod hirudines tantum bonum sanguinem extrahere habent & malum ac vitiosum relinquere, in cuius rei cõtrarium est veritas, scilicet quod hirudines potius malum ac vitiosum sanguinem extrahunt quàm bonum & naturalem, tum quia natura ita est prouidens, vt molitur semper sibi bonum retinere, & malum abire sinat, seu inutile ac minime sibi aptum, tum etiã quia ratio nabilius vitiosus ac malus sanguis proportionabilis est hirudinibus, quàm bonus & naturalis, quàm obrem hirudo magis vitiosum sanguinem tanquàm maxime sibi familiarem appetescit: pro complemento deniq. huiusce capituli quoddam dubium diluendum censeo, scilicet fuerit ne hirudinum vsus vehementius ac fortius remedium, quàm cucurbitularum admotio, in cuius rei sententia est, quorundam

quorundā opinio asserētium, hyru-
dinum vsus vehementius esse reme-
dium, quā cucurbitarum admotio,
idque cōprobare contendunt Aui-
cēnē testimonijs, fen. 1. quart. c. 22.
vbi inquit, detractio sanguifugis,
sanguinis facta, profundior est ex-
tractione quæ cum ventosis fit, quā
sane sententiā insequitur Arnaldus
de Villanoua, c. 40. de sanguifugis
dicens, attractio, quæ per ventosam
fit, à calido est, & vacuo, sed attra-
ctio quæ fit ex hirudine est à virtu-
te animæ, & à tota specie vna cum
spiritu & calore: igitur attractio,
quæ hirudinum ratione fit, fortior
est ea, quæ ex cucurbitularum ad-
motive cōsequitur, vnde vehemē-
tius est remedium, hirudinū vsu vti
quā cucurbitularum appositione,
quibus non obstantibus videri qui-
dem nostro, valentius ac fortius re-
medium in cucurbitularum vsu cō-
sistit, quā in hirudinum admotive
idque autoritate Galeni, necnō &
Oribasi, li. de hirud. Antili testimo-
nio, c. 21. probato, vbi inquit nosse
expedit, quod hirudines sanguinē
profundo non trahunt, sed eum qui
carni adiacet exigunt, si tantū igitur
sanguinem carni adiacentē va-
cuare habent, & sub cutaneum, eo-
dē Aui. auto. loco supra citato di-
cētē, appositio sanguifugarum egri-
tudinibus subcutaneis cōfert, & nō
in profundioribus corporis mēbris
existentem minime erit remedium
forti⁹ quā cucurbitarū vs⁹ postquā
ex cucurbitarū admotive, sangui-
nis qui in p̄fundiorib⁹ mēbris exi-
stet vacuari potest, vti p̄cedenti
cap. exposuimus, p̄ter id ad Ar-
naldi doctrinā respondeo, quod cu-
curbitarū calor, multo est ad trahē-

dum maior atque efficacior, quam-
uis arte adquisitus, quam anima &
naturalis hirudinum calor, vti ex
re ipsa constat: item etiam hiru-
dines mansuetę & facile carnem ap-
prehendunt, docente Gal. & vti ex
rei veritate constat, sed cucurbitu-
lę maiori conatu atque impetu tra-
hūt, siquidē autho. Actio impetu &
violenter materiā memorabilē tra-
hunt, igitur vehementius ac valen-
tius cucurbitarum vsus auxiliū est,
quam hirudinum appositio, tū etiā
quia eodem docētē Actio si intem-
pestiue cucurbitæ ipsæ adhibentur
eadem die mortem inducere valēt,
p̄sertim si p̄cordijs affixerint
in continentibus febribus, aut semi-
tertianis: hirudines vero si electæ
fuerint, quāuis intēpestiue apponā-
tur, minime vti que vitam in mortē
cōmutabūt, postquā leniter ac mā-
suetæ satis carnem apprehendunt,
necnon & sanguinem carni adiacē-
tem educere habent, ex sanguinis
vtiq. subcutanei extractione mini-
me cōsequitur mors, si quidē facile
huiuscemodi error auxiliari pote-
rit: non ergo hirudinū vsus, valen-
tius erit remedium, quam cucurbi-
tularum admotio.

De frictionum vsu. Cap. 9.

Friktionum vsus qui pro
tertia coctionis exercemē-
torum vacuatione nō me-
dicam vtilitatem p̄stat,
tria in eorum genera in vsu medi-
co consideranda veniunt, durum
scilicet & molle, ac denique medio-
cre, quorum nouem enascūtur dif-
ferentiæ, à quolibet népe tres, ideo
que a duro pauca, multa, & modera-
ta, & à molli, pauca, multa, & me-
diocri, ac moderato, pauca, multa,
&

Ser. 3. c. 2.

Cucurbita nunquā intēpestiue monēda est.

Dura frictio. Mollis. Mediocri.

Ser. 3. c. 4.

lib. 6. col. cap. 3.

Frictio omnis calefactionem inducit.

Dura & pauca frictionis propriū.

& media, quæ omnia tabella infra
conscribenda sient omnibus perspi-
cua ac manifesta satis, quibus p̄li-
batis, primum frictionū quæ dura
fuerit, & quæ mollis, & quæ deniq.
mediocri splanandū arbitror: qua-
re dura frictio illa nobis intelligen-
da est, quæ asperis linteolis, aut ma-
nibus fit, mollis vero, quæ mollibus
mediocri deniq. quæ moderatis,
earū ergo quālibet propriā faculta-
tem, nec abs re declarare expedit.
Qua ergo ratione duræ frictionis
proprietas & facultas, testante gal.
lib. 2. de tuend. sani. c. 2. & Actio,
lib. 6. col. necnō & Paul. lib. 1. c. 18. ac deniq.
cap. 3. Auerro. ligare atq. cōstringere, si-
ue indurare, corpus habet: mollis ve-
ro laxare, emollire, seu soluere. me-
diocri deniq. incrassare, ac carnē
adaugere. oportet autē singulas cu-
iuslibet generis differentias inter-
p̄tandas aggredi, quāob̄re à duro
ex quo pauca, multa, & moderata
producentur differentię inchoan-
dū est. Dura ergo & pauca calorem
excitat, siquidem omnis frictionis
cōmune opus calefactionē p̄sta-
re est, testante Gal. lib. 2. de tuenda
vale. & ob id vbi multū frigus infe-
stauerit, frictionibus vtimur, calefa-
ctioni tantū gratia p̄ter id paulu-
lū huiuscemodi frictio corpus etiā
cōtrahit, quia pauca est, multa enī
corpus extenuat, ac plus equo ip-
sum ligat, & maxime si vehemens
fuerit. mediocri deniq. moderate
idem corpus cōstringit, ac eius car-
nē adauget. Pauca autem & mollis
pauillum mollit, ac corpus lenit:
multa autē virtutē innuit, & plus iu-
sto corpus laxat, mediocri demū
ad vtrāq; mediū tenet: pauca tandē
& mediocri, licet carnis augmētū

nō faciat, calefacit tamen aliquātū-
lū, multa. n. p̄ter id quod super. Multa fa-
sue carnē auget, eius ratione exte- cultus.
nuatur corpus, quoniam multa est. Modera-
mediocri deniq; siue moderata, te poten-
mediā quādam inter vtrāq; seruat tia.
naturā. Vnde moderatū carnis au-
gmentū producit: oportet vltius
vt frictionū quādo multa, & pauca
fuerint perpēderimus mediocrē ex-
planare, vt eius respectu, tanquā à
proprio scopo, multā & paucā intel-
lexerimus. Mediocri ergo frictio, lib. 2. de
docente Gal. tunc nobis censenda tuen. sani
est, cū corpus intumuerit, aut ad sū in medio.
mū fere tumorē peruenerit, ac cum
eius color floridus, ac rubicundus
apparuerit, quare quæ ab hac deuia-
uerit in magis, ita vt plus æquo cor-
pus intumescat, ac eius color flori-
dior ac rubicundior fuerit, secundū
magis & minus multa nobis cēsen-
da est, quæ vero ab ea in minus elō
gauerit, eius ratione pauca nobis di-
cenda erit: quibus intellectis de eis
quæ ante ipsarū frictionū vsū no-
bis animaduertenda veniunt, decla-
randū cenfeo: ideoq. considerare
oportet, an corporis qualitas mol-
lior vel durior, siue deniq; tēperata
fuerit, nāq; si laxior ac mollior, ip-
sius corporis qualitas ab ipsa media
stiterit duriter ac aspere cōfricāda
est, vt dura & aspera reddatur, vide-
licet linteolis seu manibus asperis,
quā vtiq. frictionem si forte valde
durā factitandā existimauerimus,
adiectis ipsis linteolis, aut manibus
pulueribus asperis fiet, docente Pau-
lo & Actio, serm. 3. c. 4. si vero du-
rior ac aridior apparuerit, blande
lineteolis mollibus, aut manibus per-
fricāda erit, vt mollis reddatur, quæ
si natura fortasse talia nō fuerint,
X eadem

Multa fa- cultus. Modera- te poten- tia.

lib. 2. de tuen. sani in medio.

mediocri frigidoq; intelligen- da est.

lib. 1. c. 18

eadē multo aut paucō oleo, ipsis ad mixto parāda sunt, si deniq. eiusdē corporis qualitas media fuerit, videlicet nec mollior nec durior, ea ideo nec leniter, nec duriter perfri- canda est. Cōsiderandū amplius est quod minime cōfricare multū tene- mur fame, seu media laborantibus ne utiq. vires exoluātur, eius mul- tæ frictionis ratione, quæ virtutem innuere habet: quibus intellectis de- clarandū superest, quo pacto imbe- cillā habentes facultatē, vrgēte ne- cessitate cōfricandæ sunt, & quo quoq. modo & validā, quamobrē vbi vires graciles apparuerint, fre- quenter fricandū est, modice tñ, nō enim multum & semel frequenter utiq., quia dispositio exigit frictio- nis vsu: modice tñ quia virt⁹ gra- uiter illud fert, quoniā debilis est, vbi autē validē fuerint vires, raren- ter cōfricauimus, & multū, quoniā valens virtus est, multā frictionem sustinens, rare tñ ne virtutem imbe- cillā produxerimus, si quidē à mul- ta frictione, quamuis valida fuerit virtus, crebro facta imbecillita vir- tus: & ob id valida existente facul- tatē hac ratione rare cōfricandum est, quæ sane doctrina ex Gal. colli- gitur, lib. 5. de sani. tuen. versus ini- tium, vbi inquit, maxime cōmune præceptū est, quod vbi imbecillæ vi- res sunt, crebra, exiguaq. frictione vtendū est, vbi vero validæ rara, multa q. huiuscemodi ergo doct. seu electa nobis obseruāda erit. Aduer- tendum vterius est, vt quandoqui- dē corporis partes, ægre valentes fricari voluerimus, quod nō, quo tē- pore ægroti vehemēter laborarint ipsis frictiones admouendæ sunt, sed cum integrā remissionē susce-

perint, quia tunc plus ex frictione lædes, quā iuuabis, ob maioris cauię augmentū, quod ex frictione eo tē- pore adhibita consequitur, eodem Gal. auth. Hisce ergo habitis de o- portuno tempore, in quo frictiones sunt admouendę declarandum seq- tur, quā pro re testante Auer. lib. 6 collect. c. 3. conuenientia frictioni tempora, eadem cum exercitiis tem- poribus, nobis intelligenda sunt, i- deoq. corpore existente vacuo, fri- ctiones sunt vtilēs, testante Paulo *Ser. 3. c. 2* lib. 1. c. 16. & Aetio, siquidem exer- citationibus, manus admouendæ sunt, prius bescicæ & ventris excre- mento deposito, namq. si corpore ciborum aut humorum crudorum copia referto existēti exercitio, aut frictionibus vteremur, haud dubio ad omnes animalis ptes, humores crudī traherentur, vnde ante cibos exercitare corpora & frictionibus præmissa vacuatione vti licet, qua- re ante ciborum coctionem & hu- morum crudorum euacuationem exercitio & frictionibus nunquam vtendum erit, debito utiq. tempore multis ð causis frictiones sunt adhi- bendę videlicet attractionis gratia & hac ratione vtimur frictionibus in vterinis extrangulationibus, vt vterus versus suum naturalem lo- cum trahatur, ne vteri subsequatur suffocatio, aliquando etiam eadem vtimur frictione, licet preparato- rie ad eliciēdos sudores, dura utiq. frictione trahuntur humores, qui- bus attractis molli rursus vtimur frictione, oleo videlicet camemeli- no, & cōsimili alio effecta, pro ipsis eliciendis sudoribus, vt itaq. frictio- nis ratione humores attracti vacuē- tur, & ob id euacuationis causa fri- ctio

FRITIONVM.

genera	secundum qualitatem	tria.
Durum	Molle	Medioc.
differētię	secūdam nouem.	Quātita- tem.
Pauca,	Pauca.	Pauca.
Multi.	Multi.	Multi.
Medioc.	moderata	Media.

De vacuandi ratio-

ne quæ balnearum vsu fit.

Cap. 10.

Rost frictionum cōside- rationem vsus, de va- cuatione, quæ balneo- rum causa efficitur, dis- ferendum superest, siquidem humo- res balneationis gratia vacuantur quāuis nec violenter docente Gal. lib. 1. de arte meden. ad Glau. phil. c. 9. de tertiana exquisita, vbi iubet- bilem balnearū ratione vacuare: quæ utiq. balnea duplici ratione ad- hibenda sunt, scilicet aut sanitatis tuēdæ causa, aut ægritudinis remo- uendi gratia, pro tuenda utiq. vale- tudine, illos balneandos censeo, q- ob amissionem exercitij & copio- sam refectionem excrementorum multitudinem in lacertis ac inter- cutaneis regionibus coaceruatam habent. Hi. n. iure optimo aqua ca- lida balneandi sunt pro eorum tuē- da sanitate, vt balneationis causa humores retenti ac coacerbati, præ- dictis regionibus euacueatur, ex eo- rum putrefactione ne morbi conse- quantur, postquā illi in euacuaren- tur prohibuerint debitā humorum transpirationem, ex quorum prohi- bitione trāspirationis subsequitur

Humores minime ualnearū ratione uolenter uacuantur. Valnea duplici de causa sūt

ctio etiam adhibenda est, rebulso- rię quoq. frictio multoties admini- stratur, uti in paraphranitide con- stat, necnon & capitis doloribus, ex effumatione humorum ob ortis in his igitur & cōsimilibus affe- ctionibus, reuulsionis gratia frictio- num vtimur vsu, vt superiora petē- tes humores, versus inferiora reue- lantur, ne utiq. capitis grauitatem induxerint, vertigines etiā & mul- ta alia mala, viarum autem siue mea- tuū manifestationis gratia, frictio- nibus etiam vti cogimur, vt cōstat de apoplexia & animi deliquiis, in quibus utique & cōsimilibus affe- ctionibus, meatū manifestationis gr- tia, & ob alia innumerosa mul- ta frictionibus vtimur, namq; cum apoplexia ex obstructione ventri- colorū cerebri fit, cuius ratione ani- malis facultas non potest ad partes infra caput existentes defluere, du- ris ac valde asperis frictionibus vti- mur, vt excitetur calor, & inde ad- augeatur, vt eius ratione humores obstructionē efficiētes attenuētur quibus attenuatis haud dubio fiet viarum siue meatū apertio, vnde fa- cultas ea vniuerso corpori sensum & motum præbebit, & hac quoque ratione eadē vtimur frictione, pro- menstruorū euocatione, vt caloris adquisitici causa referentur humo- res meatus oppilantes, ex quarū at- tenuatione viarum dilatatio cōse- quitur, vnde facilius menstrua ver- sus interiora fluunt, viarū ergo di- lationis causa, haud exiguū reme- dium est, vsu frictionū, vti pro cō- plemento deniq. prædictam tabel- lam assignare conabor, vt ex ea no- bis perspicuum satis fiat, tria frictio- nū genera esse, atq. ex quolibet, & eorū tres proficiuntur differētiæ.

putredo, vnde & febriles exacerbationes, quare & morbi, febres ergo ex humorum putredine orię, morbi dicuntur, vt cōstat. Cōsiderandū autē est, quod in ratione tuendę sanitatis nulli valneandi sunt, aqua videlicet frigida post cibum, atque corpore repleto existenti. Ex tali namq. valneatione crudiores redduntur humores, excitantes autem febres ob meatuum cōstipationem eo quod intempestiue ad extimas corporis partes trahuntur, nō ergo sanitatem fruētes statim a cibo, neq. post eius repletionē valneandi sunt qua ergo ratione æstiuale natationem oīno ea dispositione fugiendā cōseo, laudauimus tñ ipsam ante cibos, & post debitā ipsorum coctionem, ideoq. exercenda erit decima aurorę hora, aut post meridiē sexta quia tunc optime coctionis tempus tañ factum est, vt cōstat, præter id etiam pro cōseruanda sanitate, valneatione, vt imur, peduū, necnō & capitis, postquā multoties lauātur pedes, ob visus, ac auditus, necnon & memorię cōseruationē. Aduertendum tñ est, quod huiuscemodi valneatio siue lotio aqua moderate calida ac præmissa ciborū coctione faciendā est, ne multa mala subsequantur, ideoq. eam sero factitandā esse existimauimus, paulo videlicet ante lecti ingressum. In his tñ qui cenare haud cōsueuerunt, in illis autē qui cena semper vtūtur, eā vtiq. lauatio præcedere debet, hac vtiq. lauatio peduū: trahūtur humores deorsum, visum incrassantes memoriā lēdentes, ac auditū impedietes, ex quorū valnei causa attractione vacuantur, nō modica tunc vtilitas cōsequitur, tñ memorię, tñ etiā visui, necnō & auditui. Iure er-

go optimo peduum lotionē, multoties pro cōseruanda sanitate vtendū est, cū amplius caput lauare proposuerimus, cōnādum est, ne quis ventriculo ciborū repletionē laboranti valneetur: sed vbi præcesserit debita ipsorū coctio, aut ante cōbationē in illis, qui cenare semper cōsueuerunt: si nāq. existente ciborū cruditate, siue post cenā caput lauare tentauerimus, absq. dubio hebetudines, visus obscuritates, capitis dolores, & alię prauę affectiones subsequantur: quibus expositis egritudinis remouēde ratione, multis de causis valneorū vsu vti tenemur, veluti inferioribus explanatur, verum tñ prius quā huiuscemodi causas enucleandas aggressi fuerimus, singulas valneorū differētiās explicare nō grauabor. in vniuersum ergo valneorū, quędā sunt naturalia, quędā vero arte fabricata, & primum de naturalibus dicemus tandē vero de artificialibus. Naturalium igitur docente Aetio, ser. 3. c. 167. Archigenis testimonio, quędā sunt nitrosa, quędam vero salsa, quędam autē aluminosa, & aliqua vituminosa, & alia sulphurenta, & quędam ferri, aliqua æris, qualitatē habentia, quędā deniq. ex eis cōponuntur, quę omnia exsiccatoriam siue calefactoriā facultatem habent: aliqua vero præter id quod exsiccant, extreme calefaciunt, vt sunt vituminosa, quędā quę cum exsiccatione quoq. astringunt, seu aluminosa, & quodammodo etiam salsa, & quę æris qualitatem obtinent: cōferunt vtiq. omnia hæc tñ corporibus frigidam & humidam per naturam tēperiem habentibus rum etiam & eiusdē naturę diuturnis morbis: ideoq. opitulantur maxime

me articulari morbo podagrę nervorum resolutioni, nephritidi, orthomnicijs, & consimilibus, nitrosa quidem ac salsa, capiti cōueniūt, quare epilepsię thoraci fluxionib⁹ vexato, & ventriculo humido, hidropicis etiā aluminosa autē sanguinis reiectioni, vomenti vētriculo, & mulieribus, quę immodice purgantur, atq. inordinate, & quę citra manifestam causam abortiūt, & in summa illis qui nimia sudant quibus habitis cōsiderandū. autem est, quod ingressus ad naturalia calida valnea, vt ex archigenis doctrina demonstratur, citra turbationē vllam faciendi sunt, namq. qui perturbati ingrediuntur eorū corpus horrescens dempsatur: vnde ab aqua qualitatē nō recipit. Oportet ergo vt si quis ad huiuscemodi valnea ingressurus fuerit, minimē perturbationē recipiat, vbi in eius animo est, aquę qualitatem suscipere: hæc tandē Archigenis testimonio Ser. 5. c. 166. dicta sunt: necnō & ex Paul. lib. 1. c. 52. Gal. autē docente Aetio, valneorū quędā dulcia, quędam vero qualitatis expertia esse dixit, seu tēperata, quędā tepida, & quędam demiq. calidiora. Oportet igitur harū quarūlibet aquarū facultatē declarare, qua ergo ratione huiuscemodi dulcia valnea, quorum frequentior est vsus vim calidā & humidā habent, si vero tepida fuerint, frigidā & humidā: si deniq. calida, calefactoriā: non tñ similiter humectantē: & hæc de naturalibus valneis dicta sufficient. Valnea vtiq. artificialia nostra industria docente Aetio parātur loco nuper citato, quorum nō pauca sunt differētię, calidæ scilicet & frigide, molliētisue atq. discutientes, ideoque si calida

valnea voluerimus, eadem fabricanda erunt, seu pulegio, origano, hyssopo, thimo, thimbra, elelisphaco lauri folijs, piretro, iuga, lepidio, & cōsimilibus calefacientibus. Cū autē frigidis vti opus fuerit, ea paranda sunt, vt lactuca, cucurbita, portulaca, in tubo, dipsaco, arizo maiori & minori, violis, ac nimpheæ, & consimilibus. Si autē emollientia valnea nobis fabricanda fuerint, ea maluarum folijs parauimus, & altheę, ac earum radicibus, meliloto etiam fani græci semine & lini, ac oleo, & similibus, cum amplius discussoria valnea necessaria fuerint, diaphoreticis siue discutientibus medicamento paranda sunt, qualia iudicantur sal nitrū, marina aqua, staphisagria, iuniperi vase, sulphur alumen, & reliqua: quibus intellectis sequitur nunc quibus de causis huiuscemodi valnea administranda sint explicare, quare multas ob causas admouenda sunt, & ob id quādo infestantē frigiditatem sedare conabimur, valneis calidis vtendum erit, vbi autem caliditatem frigiditatis & tñ vero siccitatis, ac sitim humectantibus, quibus etiam vti cogimur p somni euocatione, cum etiā humiditatem exsiccantibus, in inflammationibus, atq. quibusdam duritijs emollientibus vti expedit. tunc vt humores efficientes inflammationē exoluatur, tum etiam vt duritię molli tudinē acquirere videantur, diaphoreticis valneis tunc vtēdū est, vbi corporis habitū graciliore reddere existimauimus, vt in pinguib⁹ accidit, atq. ex affecto tumefactis, toto videlicet corpore, aut aliqua eius parte tumescunt vtiq. multoties, quędā corporis partes, vt sunt abdomen, testes ac pedes, vt in hi-

dropicis constat. Hęc denique pro valneorum interpretando vsu diſta sunt.

Pro enucleāda sudorū vacuatio. Cap. II.

Cap. II.

Pro diuerſarum deniq. vacuatio nū cōplemento de vacuandi ratione per sudores me diſſertaturum exiſtimaui, ideoq; priuſquā huiuſcemodi vacuandi rationē interpre tandam aggrediar, quid ſudor fuerit explanandum cenſeo *Id est* igitur, hoc eſt ſudor tenuis quædā col latura eſt humiditatis ſeræ ſanguini cōmixtæ, vti ex Gale. doctrina demōſtratur: cuius vtiq. materia & generatio minime ab vrinæ generatione & materia diuerſa eſt, do cente Gal. lib. 10. de ſimp. med. fac. c. 13. vbi inquit, ſudor humorū quidā eſt, in animantis corpore prouenientium, eandem vtiq. cū vrina generationē & materiā habens. Cōſiderandū tamen eſt, q̄ ſudoris materia, pluſ in animantiū corpore elauorata exiſtit quā vrinæ, ſiquidem ſudor ad cutē vsq. noſtri corporis per poros partiū prouenit, vnde ſudoris materia tenuior quam ipſius vrinæ, nobis cēſenda eſt: quibus intellectis expedit naturalem & optimū ſudorē aſſignare, vt præter naturalē & vicioſum nobis cōparaerimus. Naturalis igitur & optimus ſudor eſt, colorē moderate palidū, ſicuti optima & naturalis vrina cōtinens, necnō & qualitatem manifeſte ſalſam, vna cū amaritudine obſcura tñ, qui deniq; graueolens nobis minime iudicāduſ eſt, vt omnino naturalis habeatur: quibus prælibatis ſciendū eſt, q̄ ſudorū ratione, oēs qui in toto corpore humores redundant, euacuantur, ſi quidē

eorū omnium potiffimū eſt ſignū, docēte Gal. lib. 4. de ſanit. tuen. cuius vtiq. in vniuerſum euacuatio nis differentia duæ nobis exiſtunt, quarū quædā per proliuentia ſudores medicamenta perficitur: quædā vero p̄ eadem extrinſecus admota prouocamus vtiq. ſudores remediis intrinſecus exhibitis, quorū ſunt, cuminū, lauribacę, aniſum, naſturtium, petroſelinū, melanthum liguſticum, vitex, calamintha, polium, cortex raphani, piretrum, artemiſia ſchinautum, cinamomū, camedris caſtorium cum muſſa aqua exhibitum, quorum ſingula medicamēta ſi in puluerē ſubtilem redigerentur duarum drachmarū, aut vnius pondere cum vino albo. & tenui exhibitata, tandē ſudores elicient, poſſemus vini albi loco eorum medicamētorum decoctis vti. Preparatorię etiā ſudores molimur, ſicuti & valneorum atq. friktionum vsu: remediis quoq. extrinſecus admotis euocamus ſudores, & hac ratione multis modis, videlicet vnctionibus aut ſuſmigijs. Remedia igitur, quæ vnctionis ratione ſudores excludunt, ſunt vt oleum, camelinum, anetinum, yrinum, laurinū, raphaninum ſycionium, aut deniq. cōmune oleū in quo caſſia lignea, aut calamus odoratus, libanotis coſtus, ſiue ariſtolochia refrixerint: ſudori ſicca autē ſuſmigijs ſunt facta, caſtorio aut puſlegio, bdelio, ſiue viticis ſemine, quibus vtiq. vti tenemur in laboratibus morbo regio, aut in illis qui ob frigiditatē aut cutis adſtrictionē ſudare nequeunt, quibus explanatis de eis quę circa huiuſcemodi vacuandi rationē obſeruāda veniunt, dicendum ſuper eſt: qua ergo ratione, quādo quidē ſudores exclu

Olea ſudores excludentia.

ſerimus, ipſis adhuc fluentibus pro virium ratione ſuſtinendi ſunt, ad ſufficientem vsq. humorū vacuatio nē, teſtante Paul. qui tandē ſi nō vt expedit fluxerint, irritandi ſunt, ſo tu mediocri & cōueniēti, atq. quiete integra, calido etiā diaclyſmate ſorbitione, necnon & ſomno, Conſiderandū autē eſt q̄ fluētibus ſudoribus ante ſufficientem vacuatiō nē nequaquā abſtergendi ſunt, quantū uis cōtrarium docuerit Auice. etiā ſi laborātes ſubuculam & linteola madida nimis retinuerint, Paulo namq. docente, ſudor alius, aliū ducit ac promouet: nō ergo abſtergēdi ſunt ſudores patientes, donec humorū vacuatio cōpleta fuerit, vbi vero eiufmodi euacuatio completa fuerit, eos abſtergendos & mundificandos hac ratione cenſemus, vide licet ſuffitis marino rore linteolis: & tunc ſubleuare eos oportet, & velaminibus moderate refrigerare, vt itaq. ſudoris cōfluxus remoueatur. Cōſiderandū autem eſt, ſi moderata ventilatio eius deſluxū haud prohibuerit, quod frigidiorē ventila tionem excitare expedit, attamen ſi æque minus fluere nō ſincerit, medicamentis ſudorē cohibentibus vti licet, vt ſunt myrrha in farinā reducta, & emplaſtri more impoſita, & gala pini etiā cortex, ac electrum in ſubtilē puluerem reductū, & cū ſtiptico & adſtringēti vino cōmixtum, vnctiones quoq. mirabiliter cōmodantur, vt ſunt oleo rofaceo factę, aut myrtino, vel melino, ſiue deniq. lentifcino. Oportet vtiq. dū pluſ iuſto ſudores promanauerint, nō modica diligentia eos cohibere, ne laborās animi deliquium patiat, ob nimia nemp̄ virtutis

refulationē, quæ eius vacuationis ratione cōſequitur. Conſiderandū autē eſt, q̄ tunc optimus & bonus ſudor nobis cēſendus erit, cū per totū æqualiter corpus promanauerit ſiquidem eo tēpore cōæqualem indicat coropris diſpoſitionē, intelligendū etiā eſt, q̄ ſudores abſque medicina auxilio tripliciter apparere ſolent, videlicet aut ſpontaneę vel decretorię, aut deniq. ſimptomati cę. Spontaneę vtiq. non paucies concitantur ſudores, & hi vbi abſq. cauſa manifeſta apparuerint aut ſignificant ciborum redundantiā, aut euacuationis indigentiam, quod vtiq. ex Hipp. docetur atque Gal. dicentibus, ſudorem multum abſq. cauſa manifeſta ex ſomno factum corpus pluri vti cibo ſignificare: ſi vero cibus haud ſumentibus hoc cōtigerit, ſcire conuenit, quod eorum corpora vacuatione indigēt ſi vero decretorie ſiue criſis ratione ſudores promanarint, magna ex parte boni & electi iudicantur, & maxime vbi morbum ſoluerint: ſi deniq. ſimptomati cę excitauerint: conſiderandū eſt an in febre acuta promanauerint, an mitiori: vnde ſi acuta febre apparuerint, & frigidi mortem vtiq. portendunt: ſi vero in mitiori morbi lōgitudinem, vti ex noſtro demōſtratur Hip. lib. 4. aphor. 37. cuius verba ſunt. Frigidi ſudores, cum acuta quidem febre mortem, cum mitiori autem longitudinem morbi ſignificant: cauſam men Gale. ad itum fatiſ aſſignat, quā citato loco quæres. Cum autē in mitiori febre apparuerint, ſiue calidi, ſiue frigidi, morbi ſolum longitudinem deſignant, eodem teſtante Hipp. cuius verba ſunt. Febrici tanti

Lib. 4. d. pho. 41

Lib. 4. d. pho. 50.

Sudor quid.

lib. ſinit. med. inui. & generatio minime ab vrinæ generatione & materia diuerſa eſt, do cente Gal. lib. 10. de ſimp. med. fac. c. 13. vbi inquit, ſudor humorū quidā eſt, in animantis corpore prouenientium, eandem vtiq. cū vrina generationē & materiā habens. Cōſiderandū tamen eſt, q̄ ſudoris materia, pluſ in animantiū corpore elauorata exiſtit quā vrinæ, ſiquidem ſudor ad cutē vsq. noſtri corporis per poros partiū prouenit, vnde ſudoris materia tenuior quam ipſius vrinæ, nobis cēſenda eſt: quibus intellectis expedit naturalem & optimū ſudorē aſſignare, vt præter naturalē & vicioſum nobis cōparaerimus. Naturalis igitur & optimus ſudor eſt, colorē moderate palidū, ſicuti optima & naturalis vrina cōtinens, necnō & qualitatem manifeſte ſalſam, vna cū amaritudine obſcura tñ, qui deniq; graueolens nobis minime iudicāduſ eſt, vt omnino naturalis habeatur: quibus prælibatis ſciendū eſt, q̄ ſudorū ratione, oēs qui in toto corpore humores redundant, euacuantur, ſi quidē

Sudor naturalis et optimus qualis.

medicamentis sudores proliuentia.

De varia vacand. ratione.

tantifudor superueniens febre non deficiente malū. Prorogatur enim morbus, & multā significat humiditātē: sciendū vtiq. pro huiusce capitis cōplemento est, q̄ magna ex parte pulueribus cōtra casum Mēlus euocantur sudores, vti ex vsu cōstat, qui de simplic. tract. cap. de rhabarbaro assignantur. Et præter ad quod sudores eliciunt, rupturas quoq. tā intrinsecas, quam extrinsecas in corpore factas moderate cōprimunt, non autem efficaciter, ideoq. huiusmodi pulueribus in casibus vti, præsente remediū est, tum quia sudoresciunt, tum etiā quoniā rupturas; si quæ fuerint sanare valent, considerari tamen huiusmodi puluerum exhibitio, duplici ratione potest, scilicet statim à casu: & tunc idrotico decocto vnius drachmæ pondere exhibendi sunt, vt itaq. humores cōmoti ac turgentes, sudoris ratione euacuētur, & postea post naturalē diem rursus propinādos censeo cū vino tñ stiptico & rhabarbari torrefactione. vt itaq. vacuatis iā humoribus titilantibus rupturas (si quædā fuere) efficacius coarctare valeāt, vel possemus etiā eos primo casu ingressu rhabarbaro tosto, & vino stiptico, aut simphiti decocto propinare, vt humores titilantes quiescāt, & ne versus cerebrū ruerint, atq. vt rupturæ cū efficacitā cōprimantur, & ne utique humores eiusmodi versus aliquam corporis partē tulerint, non paucies statim à casu potionem aquæ frigidæ exhibens: in cuius ratione laudatur quo

que agarici exhibitio duorū obolorum mensura in vino mulso, tum quia agarici ratione, eiusce humoris quietem habent, eius restrictionis causa, tū etiam quoniam humores cōmoti, & qui de loco in locū feruntur, per inferiora vacuantur, siquidē agaricum solutiuum fuerit vnde sequitur quod aliquoties in casibus purgatione vti tentandum est, quam sane doctrinā ex Diosco. colligimus, dicēte, agaricū adstringendi atq. calefaciendi facultatem habens, contusis & ab alto deuolutis efficacis est, quod duorum obolorum mensura in vino mulso febre non laborantibus, propinatur, quā tamen patientibus cum aqua mulsa. Si igitur in casibus purgatione vti licet, vt cōmoti atq. alterati humores vacuētur, quanto facilius & securius sanguinis detractione, vti possemus, si quidem tutius fuerit remedium, vti. c. 6. huius exposuim⁹ vt edum ergo erit prope semper in casuum euentu sanguinis missione tū quia eius ratione statim consequitur sudor, humores educens, tū etiam quoniam eius ratione eorum humorū cōmotio vacuatur, & hęc compendij gratia pro vacuādi per sudores ratione dicta sufficiēt, qui denique minime existenti febre. si cut & neque humorum cruditate procurandi erunt, nisi aliqua irrecusabilis cogerit necessitas.

Lib. 3. c. 1

Pro casu ratione purgatione et sang. mis. uti licet.

Existenti febre & humorum cruditate sudores minime procurandi sunt nisi urgeat necessitas.

Fuit huius operis finis, Anno 30. ætatis autoris.

COMPLVTI.

Excudebat Ioannes de Villanoua.

ANNO M. D. LXXI.

